a Quedā vitia vt yſidoꝛꝰ dicit ſpēs virtutum pꝛeferunt ideoq̄ꝫ pernicioſius ſectatores ſuos decipiunt: qꝛ ſub velamine virtutū teguntur. Nā vitia que ſtatim virtutibus contraria apparent cito dum in palam veniunt emendant. Item quedam vitia ſpecies videntur eē virtutū: ſed tñ virtutes nō ſunt. Nā interdum ſub pꝛetextu iuſtitie crudelitas agitur ⁊ putatur eſſe virtus que nimirum eſt vitiū ſicut ⁊ remiſſa ſegnicies māſuetudo eſſe credit̄ vt quod agit toꝛpens negligentia putetur agere indulgentia pietatis. Nōnūꝗ̄ parcitas triſtis tenacitas vt putat̄ vt vitium pertinatie abſconditur ſub virtute conſtantie. Item timoꝛ ſub ſpecie obedientie occultatur: ⁊ dicitur virtus humilitatis qḋ tñ vitiū eſt timoꝛis: ſed ⁊ ꝓcacitas vocis ꝓ libertate veritatis accipit̄ et vitiū pigritie quietis virtutē imitat̄. Poꝛro vitiū inquietudinis v̄tutē ſe vocari vult ſolicitudinis ⁊ ꝑcipitationis falſitas feruoꝛ boni ſtudij credit̄ ⁊ bene agendi tarditas conſilij moꝛa eſſe videtur dum tñ iſta ſit virtus illa vitiū. Tali ergo exemplo vitia ſpecies virtutū imitant̄: ⁊ inde nōnulli ſe iuſtos eſſe cōſidñt vnde ⁊ maxime repꝛobantur. Hec yſidorus. Hinc etiā. Bern. ait. Ecce enī parcitas putat̄ auaritia. ſobꝛietas auſteritas credit̄ ſilentiū triſtitia reputatur. Et ecōtra remiſſio diſcretio dicit̄: effuſio liberalitas. loq̄citas affabilitas: cachinatio iocūditas. mollicies veſtimentoꝛū ⁊ equoꝛū faſtus honeſtas lectoꝛū ſuperfluus cultus mūdicia appellat̄ Cum hec alterutrū impendimus: caritas appellatur: ſed iſta caritas deſtruit caritatem hec diſcretio diſcretionē cōfundit. talis mīa crudelitate plena eſt qua videlicet ita coꝛpori ſeruitur vt aīa iuguletur. Hec Ber. Libet adhuc ꝓ ſimplicium et nouiter conuerſoꝝ infoꝛmatiōe aliqḋ latiꝰ de ſimulatis v̄tutibꝰ tractādo cōſcribere. Plerūq̄ꝫ enī ſimplicitas: ſtultitia creditur: quies deuotiōis: pigritia vocatur coꝛpis: maturitas amaritudo: zelus iuſtitie temerarium iudiciū dicitur caſtigatio indiſcretio cenſetur timoꝛ dei. Litigioſa conſcientia eſtimatur fugere publicum: ſingularitas vocatur cauere ſcandalū ypocriſis vocatur paupertas ſpūs: id eſt ꝓ xp̄o paupertas magna ⁊ vera virtꝰ eſt: quā multi religioſi ꝓfitent̄. Et tñ videmus plures ſub pꝛetextu neceſſitatis pietatis ⁊ honeſtatis: diuitias deſiderare in pecunia pꝛedijs edificijs: veſtitu: victu: libꝛis: ⁊ alijs huiuſmodi ita vt ſatiari nequeant. Nam ſi qḋ cupiunt iam haberent, ſi quis plus offerret plꝰ acciperent: nec dicerent ſufficit nolumus hec. Econtra parce viuere ⁊ paucis cōtentū eſſe tenacitas ⁊ auaricia appellatur: quaſi nō audeat vti hijs que habet. Ecce quō virtus ꝓſcribitur et peruerſe vitium interpꝛetatur. E cōuerſo aūt plerumq̄ꝫ diſſolutio: ſocialis iocunditas putatur curioſitas edificioꝛum libꝛoꝛū et alioꝝ honeſtas cenſetur laxa conſcientia: libertas deputatur: coꝛpus delicate fouere diſcretio reputatur. garrulitas affabilitas dicit̄ inuidia fraterna: zelus iuſtitie videtur pura inclementia: rigoꝛ oꝛdinis putatur auaritia acquirēdi: fidelis ꝓmiſſio nūcupatur: aſtutia pꝛudentia noīatur. Elatio auctoꝛitatis oſtenſio mōſtrat̄ zelus ⁊ cōtentio oꝛdinis defenſio appellatur: Iactātia de bonis: edificatio ꝓximi vult videri: detractio ⁊ deteſtatio vitij alterius vult putari: confoꝛmitas vitioſa vult credi fuga ſingularitatꝭ Coꝛpoꝛ negligētie vult hūilitatis videri altioꝛa ſe nō querendo. Puſillanimitas timoꝛ dei dici querit inquietudo euagādi ⁊ negociandi vult agilitas dici bene operandi. Pꝛodigalitas largitas vult videri ⁊ ſic de alijs. Sciendū eſt inter que diſcretio ſpūs mediū virtutis eligit: non declinās ad dexterā vel ad ſiniſtrā regia gradiēs via: nō dicat bonū malū ⁊ malum bonū ponēdo lucē tenebꝛas et tenebꝛas lucē: diuidēs diem virtutis a nocte vicioꝝ: ne angelum ſathane ꝓ angelo lucis recipiat: verū a falſo diſtinguēs ⁊ qḋ bonū eſt tenens. Ubi notandū ꝙ virtus mediū vitioꝛū tenet: et in vtroq̄ꝫ latere tā a dextris ꝗ̄ a ſiniſtris: vitijs ē obſeſſa. ⁊ ita vt ſi modice a diſcretionis tramite declinauerit iam virtus nō ſit: verbi gratia. Parcimonia vel abſtinētia ſi metas ſuas excedat ī ſuperfluitate alimēti: declinat ī vitiū gule. Si nimis modicū admittat de neceſſario alimento vitium indiſcretionis incurrit: ꝑ quam vires coꝛpoꝛis deſtruat: vigoꝛē mentis extinguat naturam debilitet, ⁊ bona ꝗ̄ ꝓmereri potuit negligat et vel vitā citius ꝑimat vel ſenſuꝫ perdat: vel ſi vires recuperare debeat: tanto poſt modum ſtudeat coꝛpus reficere cōmodis ⁊ fomētis: ꝗ̄to pꝛius indiſcrete eadē ſubtraxerat ei. Similiter contēptus diuitiarū ſi vltra ꝗ̄ iuſtum eſt aggreget tp̄ale ſubſtātiā in auaritie vitium cadet. Si nihil tp̄ale vellet ad vſum admittere: ex tali indiſcretione necabit naturam fame: frigoꝛe: ⁊ egritudine. Pacientia ſi nimie declinat in pacientie vitiū incidit in toꝛpoꝛē: vt zelum iuſtitie ꝑdat et diſſimulet tam in ſe ꝙ in alijs vicia creſcere, que deberet perſequi ⁊ vleiſci. humilitas de ſe ſi nimis timet ex īdiſcreta abiectiōe ꝑdit confidentiā ſalutis. vel ꝑfectus ſpūalis. Caritas ꝓximi ſi īdiſcrete tenet̄. facit ꝓximo fauere in detrimētū ſalutis ꝓꝑrie et illi⁹ qui ꝑiurat ſe amore ꝓximi et alijs modis. Caſtitatis amor aliquos virilia ſibimet amputare facit et dū voluerunt tēptatiōis ardorē tēperare: periculo ſe ꝓꝑrie īterfectiōis expoſuerunt. Agilitas boni operis ſic qūqȝ fugat pigriciam: vt quietē deuotiōis extinguat. Nā acriores in ꝓncipio frangunt̄ in fine. Spūalis leticia ſic accidiā vel triſticiā declinat: vt qūqȝ in diſſolutionē incidat et vanā leticiā. Taciturnitas verba occioſa declinās: qūqȝ vtilia et neceſſaria retinet ī detrimētū proximi et ſui. Obedientia īdiſcreta ſic fugit ꝓꝑe voluntatis viciū: vt obediat ſuperiori etiā ad peccatū. cū tamē magis obedire opteat ꝓhibenti oīne peccatū. ꝙ cui vis hoī precipienti A peccatū. et ſic de alijs. Item nōnūꝙ ſub colore caritatis et iuſticie cōſideramus. vt hij qui delinquūt vel qui nolūt facere ſicut nobis videtur eos facere debere: ꝙ eſſent beneꝗ aſpere punitiꝗ caſtigati ꝓ peccatis ſuis. Iſte motus apparet bonus ſi tamē illū diligēter inſpiciam⁹: inueniem⁹ eū quādoqȝ magis carnalē cōtra ꝑſonā. ꝙ ſpiritualē ꝯtra peccatū. Diligere debem⁹ hominē ꝙtūcunqȝ ſit pctōr et odire peccatū in hoīe qͣlcūqȝ fuerit vel ꝗlīcunqȝ. Multi tn̄ in hoc decipiunt̄: qȝ cū deberent odire pctā ꝓximorū et diligere ꝑſonas odiunt ꝑſonas et credūt ſe odire pctā. Superbia vero ſepe excedit in verbis et videri appetit libertas puritatis. Tenacia plerumqȝ parſimonia appetit eſtimari. vt iuſte ac neceſſarie videat̄ tenere qcqͥd īdigēti ꝓximo nō vult īpendere. Ecce ex hijs ꝓdictis patet qđ nō ſolum vicia ſe virtutes eſſe mentiunt̄: ſed ⁊ ipſe virtutes ſi īdiſcrete exerceant̄ in vicia ꝯuertunt̄.

¶ Item de occultis ⁊ ſubtilib⁹ tēptatiōib⁹ quas Bern. ſup cātica vulpeculas vocat. Cap. ix.

B Dicit forte aliqͣs celliſta aliūde michi ꝓuenit vict⁹ vnde ꝗ poſſum aliena diſtribuere: cū michi nichil ſupra neceſſitatē liceat vſurpare? Quid igit̄ bn̄ficij īpendā ꝓximo: ad hec reſpōdit alredus dicens. Nichil ditius bona volūtate hāc ꝓbe. Quid vtilius orationib⁹: has largire. Quid humani⁹ pietate: hanc īpende. Itaqȝ totum mundū vno dilectiōis ſinu amplectere. Ibi oēs qui boni ſunt. conſidera et gratulare. Ibi malos intuere et luge. ibi afflictos cōſpice et cōpatere. ibi occurrāt mīſorie pauperū miſeria orphanorū gemitus viduarū deſolatio / triſtiū meſtitudo. neceſſitas ꝑegrināciū / pericula nauigāciū / vota virginū / temptationes monachorū ꝓlatorū ſolicitudo / labor militāciū: oībus pectus tue dilectiōis apias hijs tuas īpende lachrimas. hijs tuas preces īfūdas. hec elemoſina deo gratior ⁊ xp̄o acceptior tue ꝓfeſſioni aptior hijs quib⁹ īpendit̄ fructuoſior. huius mun⁹ beneficij tuū ꝓpoſitum adiuuat. nō ꝑturbat. dilectionē ꝓximi auget nō minuit. mentis quietē ſeruat non īpedit. Quid hijs plura dicam⁹ cū ſcī vt ꝑfecte poſſēt ꝓximos diligē. ſtuduerūt ī hoc mūdo nichil habere: nihil appetere. Ergo q̄ totū te ſeculo exuiſti: cui non ſolū nō poſſidere. ſȝ nec videre nec audire licet que ſeculi ſūt. nūꝙ amplexādo ſtercora: ſemꝑ eſto maria. hec etiā Bern. Pro cōſolatiōe eorū qui mundo renūciauerunt ſic ait. Quib⁹ vero dicet̄: ite maledicti in ignē eternā. eſuriui eni et nō dediſtis michi mādūcare. quibus inꝙ dicetur: niſi hijs qui ſubſtantiā huius mūdi habuere. Mundꝗ nō valde exhilarant̄. ad verbum hoc corda veſtra ꝗ ſpirituali iocūditate replēt̄. Mundꝗ nō precioſiorē ducitis paupertatem veſtram theſauris ſeculi? Siquidē iſta eſt qui liberat vos a verbo aſpero. Quomodo nanqȝ a vobis exiget de⁹ quod pro ipſius amore relictū ē? Vos ergo fratres mei. vos qui diuicias hui⁹ ſeculi penitus reliqͥſtis. qđ timeatis a verbo aſpero. quādo iam liberati eſtis a laqͦ. C Adhuc audiat nouici⁹ ⁊ is q̄ nondum habet ſenſus exercitatos ad diſcretionē boni et mali quō hoſtis antiquus ſub ſpecie boni ſoleat decipe incautos. Nā Bern. ſup illud cantici cāticorū capite vobis vulpes paruulas q̄ demoliūt̄ vineas: ſic dicit. vidi ego hoiem currentē bn̄. et ecce cogitatio. ſ. a diabolo cordi ſuo immiſſa. Quātis inqͭt bonum que ſolus fruor ſi eſſem ī patria. poſſē vtiqȝ īpartiri fratribus et cognatis et notis: amāt me: et facile acquieſcerēt ſuadēti. vt qđ ꝑdicio hec? vado illuc. ⁊ ſaluabo multos ex illis. ⁊ me pariter. Nec verēdū in loci īmutatiōe. etenim dū bene faciam quid intereſt niſi ꝙ illic ꝓculdubio ſatius. i. meli⁹ vbi fructuoſius degamus. Quid plura? Itēs perit miſer nō tam exul a pria. ꝙ canis ad vomitū. Et ſe ꝑdidit infelix: ⁊ ſuorū acquiſiuit neminē. En vulpecula iſta videlicet fruſtratoria ſpes. ꝙ habuit in acquiſitiōe ſuorū. Potes tu quoqȝ per teipſm ī teipſo vulpeculas alias atqȝ huic ſimiles inuenire ſeu aduertere ſi nō negligas vis tamē vt adhuc aliā ꝗ exemplū tibi demōſtrem? D ¶ Narratio. Legitur de quodā ſolitario in vitis patrū qui ꝑ ſex annos neminē vidit: ꝙ diabolus venit ad eū in ſimilitudine cuiuſdā iuuenis ſecularis: et cepit eū reſpicere a ſūmo capitis. vſqꝫ ad pedes ꝛ dicere. Ipſe eſt iſte. Non eſt hic. Et cepit ꝯſiderare. Et dixit ei frater. Quid me ſic reſpicis? Et ille ait. Puto non me cognoſcis. Nec mirum Quomodo enī poſt tātū tēpus habes me cognoſcere? Verū ego ſum vicin⁹ patris tui: filius talis N. Quomodo nō eſt pater tuus ſic vocatus. Et mater tua nōne tale nomē habuit? Et ſoror tua nōne ſic vocat. Et tu nūquid nō ſic vocaris? Mater vero tua ꝛ ſoror tua ante tres annos iam elapſos mortue ſūt Pater vero tuus modo defunctus eſt: ꝛ te fecit heredē dicēs. Cui debeo dimittere ſubſtātiam meā: niſi filio meo viro ſancto qui reliquit ſeculū et abijt poſt deū: ipſi dimitto oīa bona mea. Quapropter qui ſcit vbi eſt dicat vt veniēs diſtribuat oēz ſubſtātiā meā ꝛ eroget eam pauperibus pro aīa ſua et mea. Et perrexerūt requirētes te: et minime inuenerunt. Ego autē veniens ex occaſione ꝓ quodam opere hic: cognoui te. vnde non facias moras: ſed veni et vende oīa: et fac ſm volūtatem patris tui. Reſpōdēs frater ille dixit. Non neceſſe habeo reuerti ad ſeculū. Dicit ei diabolus. Si nō veneris et deperierit ſubſtantia illa: in cōſpectu dei tu inde reddes rationē. Quid enim tibi male dico. vt venias ꝛ eroges eā pauperibus et egenis: tanꝙ bon⁹ diſpēſator: vt non a meretricib⁹ ꝛ male viuētibus extricetur. quod paupibus dimiſſū eſt Aut quid oneroſū eſt vt venias et facias elemoſinas ſm volūtatē patris tui pro aīa ſua et tua et reuertaris in cellā tuā? Quid multa? Suadēs fratrē depoſuit in ſeculū et veniens cū eo vſqꝫ ad ciuitatē: reliquit eū. voluit autē frater ille ingredi domū patris ſui tāꝙ iam defuncto: et ecce pater eius viuus egrediebatur et videns filium nō cognouit eum. Et ait ad eum. Quis es tu? Ille vero turbatus: nichil poterat reſpondere. Et cepit eum pater eius iterū interrogare vnde eſſet. Tūc confuſus dixit ei. Ego ſum filius tuus. Et ait illi. vt quid reuerſus es? Ille vero erubeſcens et dicere qꝺ verum erat: dixit. caritas tua fecit me reuerti. Et manſit ibi. Et poſt aliquātum tēporis incidit ī fornicationē. et multis ſupplicijs afflictus a patre ſuo: infelix ille non egit penitētiā: ſed remāſit in ſeculo. Ideoqꝫ dico vobis fratres, qꝛ monachus nō debet ꝗuis ſual⁹ fuerit ad aliquo. egredi cellam ſuā. De hac autē vulpecula beatus Auguſtinus ita in ſermone quodam dicit. Sub ſpecie enī boni: multa mala fiūt. Et ecce diabolus tēptando dicit. O monache an ignoras matrē tuā dolere. Ecce nuper maritum amiſit filiū ſepeliuit poſſeſſionē amiſit infirmatus ad mortē nec vult forſitan confiteri. Quid ergo ī heremo agis. quid cogitas: ſurge velociter exeas monaſteriū. ingredere ciuitatem. penetra domū parentū. exerce in eis opera mie. Hoc enī deus vult: hoc fieri precepit. Dum enī ſeru⁹ dei hec cogitat. aliquādo monaſteriū exit: credēs bene facere. Et ecce dū appropinquat: mater filiū oſculat pater amplectit. parētes applaudūt dicētes. Noli nos derelinqre. fratres enī ſumus. Ecce enī pater noſter antiqu⁹ eſt. tibi incūbit familiā regere. Quid ergo amplius ad monaſteriuz redire preſumis? Et ſic audiendo cōſentit: ꝛ cōſentiēdo remanet et in ſeculo remanendo. omnibus affligitur. et quicꝗ boni antefecerat amittitur. Cauete ergo fratres mei cauete a malicia diaboli. Quā plures enī cognoui pro hac cauſa monaſteriū exiſſe: qui tamen ad monaſteriū nunꝗ reuerſi ſunt. Exercere volo vos opera mie: ꝗuis in ſeculo non habitetis nec inter gētes. Exercere tamē opera mie bene poteſtis orando obſecrādo. ꝛ deprecādo pro orphanis et pupillis. Et ſi hoc non videtur vobis ſufficere: penſare debetis. quomodo plures in monaſterio habitatis ſimul: et ſepe infirmamini ſepe a diabolo affligimini: ſepe patimini: ſepe morimini. Exercere ergo poteſtis etiam inter vos opa pietatis. Nullus igitur erit qui ſe a mia excuſare poterit / nec diues qui habet. nec paup. nec monachus qui ſaltē orare debet. vis inquit E Verū. vt vulpeculā vnam adhuc ego oſtēdā tibi. Interdū bene proficiēs quiſpiā cū ſibi profuſius aliqd ſuperne gratie ſenſerit irrorari ſubit animū deſiderium predicandi nō quidem ad parentes et propinquos iuxta illud non acquieui carni et ſanguini ſed quaſi purius. fructuoſius foraſqꝫ paſſim ad extraneos et ad omnes. Sane timet propheticum incurrere maledictum ſi que in abſcondito accepit frumenta abſcondat in populis: contra euangelium facere: niſi que aure audiuit predicauerit ſuper tecta. vulpes eſt eniz talis cogitatio atqꝫ eo illo nociuior, quo occultior venit. Sed capio tibi eam. Sz quomodo? Auſculta. Primus Moyſes dixit. Non arabis in primogenito bouis hoc pau ſuis interpretans. non neophitum inquit: ne in ſuperbiam elatus: incidat in iudiciū diaboli. Et rurſum. Nec quiſq̄ inq̄t ſumit ſibi honorē: ſed qui vocatur a deo tanq̄ aarō. Item. Quomodo predicabunt. niſi mittantur. Et ſcimus monachi officium eſſe nō docere. ſed lugere. Ex hiis ſimilibuſq; collectis michi texo rethe: et capio vulpem ne demoliatur vineam. Ex hiis claret et iterum eſt: quod publice predicare / nec monacho conuenit / nec nouicio expedit: nec non miſſo licet. Porro contra hec tria venire: ſp̄ta conſcientie demolicio eſt. Ergo quicquid tale animo ſuggeratur: ſiue ſit tua cogitatio: ſiue īmiſſio per angelum malum: doloſam agnoſce vulpeculam id eſt malum ſub ſpecie boni. Sed aſpice adhuc aliam. Quādos ex monaſterijs ſpiritu feruentes. heremi ſolitudo ſuſcepit: et aut tepefactos euomuit: aut tenuit contra heremi legem non ſolum remiſſos: ſed etiā diſſolutos. Sicq; apparuit vulpeculam affuiſſe. vbi tanta facta eſt vaſtatio vinee id eſt vite: et conſcientie hominis detrimentum. Cogitabat ſi ſolus degeret: multo copioſiores fructus ſpiritus ſe percepturum. Et bona viſa eſt cogitatio ſua ſibi: ſed rei exitus iudicauit magis eandem illi cogitationem vulpem demollientem fuiſſe. hec Bernar. A Eſt autem adhuc quedam vulpecula per quam certum eſt non paucos nō ſolum deceptos fuiſſe: ſed et frenceſim vel aliā irrecuperabilem infirmitatem icurriſſe. Et quenā eſt illa: vtiq; ſompni defraudatio ſeu penuria qua diabolus nonnunq̄ hiis vel ſimilibus modis incautos decipere conſueuit. Solet enim ſuggerere improuidis et incautis: vt eo tempore quo deberent ire dormitū vacent orationibus vel lectionib⁹ vel aliis quibuſlibet occupationibus: quatinus illis in officio matutinali cōſtitutis p ſompnolētiam illudere poſſit. Quod ſi hec perſuadere eis non valet: tunc ſuggerit eis: vt aut ante matutinas vigilias anticipēt aut poſt matutinas eaſdem vigilias prolongent: vt ſaltē eos ceteris horis quibus deberent vigilare: faciat in diuino ſeruitio dormitare. Unde legitur in vitis patrum de quodā iuuene quē demones volebant ſub ſpecie angelorum ſeducere: quod eum dormientem excitabant: vt iret ad collectam: et ei lumen oſtendebāt. Ille autem venit ad quendā ſenem: dicens Abba veniunt angeli cum luminibus et excitant me ad collectam. Ille autem dixit ei Non audias eos fili: quoniā demones ſunt Et ideo quando veniunt excitare te: dic eis Ego quando volo ſurgo: vos autem nō audio. Audiens frater preceptum ſeu doctrinā ſenis reuerſus eſt ad cellam ſuam. Et ſequēti nocte iterum demones ſecundum conſuetudinem venientes excitabant eum. Ille vero ſicut ſibi preceptum fuerat reſpondit dicens. Ego qn̄ volo ſurgo: vos aūt nō audio. Et illi dixerūt. Malus ille ſenex ⁊ falſator ſeduxit te. Hiis dictis paulopoſt euanuerunt. Eſt quoq; alia vulpecula ⁊ q̄dē apd̄ quoſdā frequenter admiſſa. Nam ſunt nonnulli q̄ vel orationes ſingulares vel aliquam aliam deuotionem priuatam: preferunt conuentuali et cōmuni ſeruitio diuino conuerſationiq; cōmuni hij non ſolum premio carent: ſed etiam penam incurrunt vnde et Ber. ait Spiritus ſanctus illa hora gratum non recipit qn̄ q̄cq̄d aliud q̄ debes neglecto eo qd̄ debes obtuleris rurſus ait. Omiſſo eo ad qd̄ teneris ingratum eſt ſpiritui ſancto quicqd̄ operaris. B Eſt autem adhuc alia vulpecula quam ſepe ſub ſpecie virtutis angel⁹ ſathane iuxta hunc modum ſolet allegare. Defert enim aliquando homini in diuino officio occupato ⁊ expedito intendēti peccatorum memoriā et quaſi neceſſariā fore cōſcientie diſcuſſionem et ſimilia vt ſic ab iniuncto officio ſibi ſub ſpecie boni: mentem impediat et conturbet eum cum ſcriptum ſit. Omnia tempus habēt immo ſummū remediū eſt et expertum ad fantaſticas imaginationes tollēdas et ſpirituales temptationes deſtruēdas tempore orationis debite: Iterum poſſibilitas obtinet nullo modo eiꝰ interdicere aliquādo etiā peccata per confeſſionem veram ⁊ contritionem puram prius deleta oſtendit hoſtis iā non eſſe remiſſa vel ſaltem in dubium reuocat quod aliquando certum eſſe cognouerat Et hoc facit quia memoriā prehabite confeſſionis vel aliorum bonorum operum obnubilat. puſillanimitatem et timorem menti incutiendo. Nec intendit malignus ſpiritus per illam immiſſionem: vt anima a peccato purgetur per cōfeſſionē qꝛ vellet q̄ nunq̄ quis confiteretur. Sed intendit vt mens taliter turbata: a pacis tranquillitate reuocetur. Eſt enim peſtilens ſpirit⁹ cordis pacē odiēs et turbationis amaritudinē affectans: cuius ſuggeſtionibus in hac parte ſubtiliter eſt reſiſtendū. videlicet cōfeſſionē talē per modum tēptationis et vexationis ſuggeſtā diſſimulādo et ſalubriter dimittēdo licet erronea cōſcientia dicat. Quāuis autē peccati cōfeſſio ſic vtilis et neceſſaria remiſſiõe veraci et cõpũctione ſalubri exigẽte: eſt tamẽ inutilis et non expediẽs. opinione falſa et dubitabili immiſſione amara atq3 terribili ſuadente. Nec dimittit̃ talis cõfeſſio cõtẽptu religionis: ſed cautela declinande tẽptatiõis hoc enĩ viũ ſit. quod bona itẽtione agitur. Cuius etiã malũ in ſe vindicatur. Cauſa enĩ intẽtio: finali dãt operi denominationẽ. Hoc enĩ xp̄s docuit quando ſuggeſſit ei diabol9 dicẽs. Si filius dei es mitte te deorſum. Noluit tñ per ipetũ precipitationis in imum ſe mittere. ſed elegit magis per gradus diſcretiõis deſcẽdendo ei9 machinamẽta declinare. dãs nobis exẽplũ eius ſuggeſtiõibus ſub ſpecie boni immiſſis: nõ ſtatim obedire: ſed per viã diſcretiõis ſalubrit̃

A obuiare. Implicat etiam aliquã ſpiritus erroris mentẽ diuerſis ꝑplexitatibus. miris ⁊ occultis ꝯgitatiõibus: oſtendo illicitum eſſe ⁊ peccatũ: ꝙ in ſe bonũ eſt vel indifferẽs. et eſſe mortale ꝙ i ſe eſt veniale: et de huiõi q̄ſi cõtinue cõfitendũ imo magis indiſcrete turbãdũ vt ſic mentem terreat ⁊ cõturbet ⁊ a bono impediat et erroneã cõſciẽtiã fabricet et inducat. Immo aliquã ꝯſcientie cogit erronee magis cõſentire ꝙ alicui9 diſcretiõi hũiliter obedire qḋ hereticũ eſt. Debet ergo talis ad arbitrium ſapiẽtis deponere errorẽ ⁊ ſequi veritatẽ. Et ſi dicat ꝙ nõ põt deponere. falſũ dicit et non verũ. põt enĩ velle deponere. et ſi velit deponere corã deo deponitur. Sic enim iam vult humilit̃ obedire: etiam ſi remaneat error inuoluntari9 in mẽte. Summũ vero remediũ ad deponendã erroneã conſcientiã: eſt hũilitas. videlicet ꝙ hõ ꝓprio ſenſui renũciãs. intellectũ ſuũ melioribus ⁊ ſapientiorib9 reuelet. Quod cũ fecerit. debet ex hũilitate plus eorũ doctrine fidẽ adhibere. ꝙ ꝓprio ſenſui initi. Debet etiam deũ frequẽter orare. vt ipſe per inſpirationẽ ſuam illuminet cõſcientiam ſuam: quatin9 valeat diſcernere inter bonũ ⁊ malũ. vnde ⁊ ſcriptura dicit. Cũ ignorem9 quid agere debeam9: hoc ſolũ reſiduũ habemus vt oculos noſtros ad te dirigam9. Debet quoq3 ſuam cõſciẽtiã mundare: q2 i maliuolã aiam non introibit ſapientiã: nec habitabit in corpe ſubdito peccatis. hec tria. ſ. humilitas. q̃ plus alieno ꝙ ſenſui ꝓprio credit̃ Et frequẽs oratio ad deũ: ac cõſciẽtie mũdacio. cito per dei gratiã. erroneã cõſciẽtiam in

D priſtinũ gradũ reparabunt. Nam ſuperbis de9 reſiſtit. hũilib9 aũt dat gratiam. Sciendum preterea ſcḋm Tho. in veritate theologie. ꝙ aliud eſt conſcientia. aliud timor cõſciẽtie

Tunc enim cõſcientia eſt: qñ quis ſimpliciter iudicat aliquid eſſe faciendũ vel vitandũ. Cõſcientia vero plures habet act9 pꝛim9 eſt cognoſcere facienda. Secundus eſt deliberare an facienda ſint vel non. Terti9 eius act9 eſt iudicare ⁊ ſententiare q̄ ſunt facienda. Quart9 actus eſt precipere ꝙ fiant vel ꝓhibere ne fiant Si ergo quis fecerit cõtra cõſciẽtiã ante deliberationẽ. vt facit hitũat9 ad mentiendũ. vel ſi fecerit cõtra iudiciũ cõſcientie. ⁊ reprobet illud ⁊ deteſtet̃. dũmõ conſciẽtia illud nõ pceperit neq3 ꝓhibuerit. nõ eſt mortale peccatum: ſed veniale tãtum: quãtũcũq3 lex dei aut humana ꝓfeſſio illud deteſtetur vel ſuadeat dũmodo non precipiat in illa neq3 ꝓhibeat̃ quia tantum lex preceptoria vel ꝓhibitoria obligat ſub pena pctĩ mortalis: nõ conſultoria nec iudicatoria. Sũt aũt ſex gradus eorũ que ad rectam pertinent conſcientiã: tres in licitis ⁊ tres in illicitis. Vñ notandũ ꝙ aliq̃ ſunt licita tribus modis: vel q2 ſunt neceſſaria ad ſalutem vt ſunt omnia precepta que i lege diuina vel humana ꝓfeſſione cõtinent̃ et in hoc gradu debet conſcientia precipere vt fiant. Item aliqua ſunt licita: quia vtilia ſunt ad ſalutem: vt ſunt cõſilia ad q̄ hõ non eſt ꝓfeſſus: ⁊ in hoc gradu debet cõſcientia cõſulere: ⁊ nõ precipere. Item aliqua ſunt licita: q2 indifferẽtia: vt ſedere ſtare ⁊ huiuſmodi: ⁊ in hoc gradu debet permittere ⁊ concedere quod placet. Similiter et illicita trib9 modis pñt eſſe vel quia ꝓhibita ſunt in lege dei aut in humana ꝓfeſſiõe: vel q2 non ſũt hõi conceſſa: horũ prima ſunt mortalia: et ideo debet ꝓhibere ne fiant. Secũda ſunt venialia: ⁊ ideo debet docere ꝙ nõ ſunt cõceſſa q2 mala ſunt ⁊ non facienda ꝓhibere tñ illa nõ debet: q2 ſunt ĩeuitabilia. Dicunt̃ etiam aliqua illicita tñ vt hic ⁊ nũc ⁊ non ſimpliciter q2 per ſe licita ſũt: ſed ex aliqua circumſtantia habent ſpẽm mali et ideo debet conſulere ne fiant ⁊ diſſuadere: ꝓpter ſcandalũ vitãdũ. Ex iſtis p3 ꝙ nullũ pctĩ veniale eſt cõtra cõſciẽtiã. ſicut nec ꝯtra legẽ dei q̄ eſt regula eiuſdẽ conſcientie. hec igit̃ clauſula: ſcꝫ oẽ qḋ fit cõtra cõſciẽtiã edificat ad gehennã ſolũ itelligẽda eſt de mortalibus ⁊ nõ venialib9 pctĩs. Facere aũt ꝯtra timorẽ ꝯſciẽtie nõ eſt ſemper peccatum. quia talis timor nõ eſt ſemper ex diffinitiua ſententia rationis per q̄ videt ſe teneri ad aliquid: ſed ex eo ꝙ vacillat inter dubia neſciens quid ſit melius: vel ad quid teneatur potius cum tñ nõ omitteret quicquid ſciret eſſe placitũ diuine vo=

luntati. Timor autē cōſciētie eſt: paſſio i cōſcientia ꝯtra ex hoc ꝙ ignorat quid ſit melius vel ad quid teneat̄ potius cū tamē etiam vt in priori clauſula. Cōſciētiā igitur timere in dubijs et ſe ad neutrā partē declinare: quouſq; certificata fuerit: bonū eſt. Sed facere ſciēter et cū deliberatiōe ꝯtra cōſcientiā precipientē vel ꝓhibentē eſt mortale peccatū. Que tamē ꝟba vt manifeſti⁹ lectoꝝ pateāt. ſic ea intelligere debet. Quicūq; ſciēter et cū deliberatiōe. aliqd cōtra conſciētiā ſuā omiſerit, vel fecerit: quod tñ anteq̄ fiat ſentēciat et iudicat ſm̄ ſuā cōſcientiā eſſe mortale peccatū: et nichilomin⁹ ſciēter: et deliberatiue illū omitit vel cōmittit. ille mortalit̄ peccat. etiā ſi ꝯſciētia ſit erronea. Si aūt illud nō niſi veniale peccatū iudicauerit. anteq̄ illud omittat vel cōmittat; non peccat niſi venialit̄ etiā ſi illud ſciēter et deliberatiē ꝯtra cōſciētiam omittat vel cōmittat. Cauēda eſt igit̄ ſecundum Tho. vbi ſupra cōſciētia nimis larga: et nimis ſtricta. Nā cōſciētia nimis larga. generat ꝑſūptionē. et nimis ſtricta deſperationē ꝑma dicit ſepe malū bonū. Scđa ecōuerſo bonū malū. Cōſcientia larga. ſepe ſaluat dāpnādū. ꝗ ſtricta dāpnat ſaluādū. Quiſq̄s igitur nimis largam vel ſtrictā habuerit conſcientiā eam cōſilio peritoꝝ deponat: q2 in medio cōſiſtit virtus. Et notādū ꝙ ſcrupuloſitas non eſt bona. quādo aliq̄s de leuibus peccatis. vel de quacūq; cauſa ſcrupuloſam habet cōſciētiā. q2 qđ nō eſt pctm̄ ex ſe peccatū ſit. ꝓpter ſcrupulū ꝯſciētie. Quicquid enī fit contra cōſcientiā licet erroneā peccatū eſt nec poteſt ꝑcipere gratiā dñi talem habet cōſcientiā. q2 nō habitat de⁹ i liquia et mala cōſciētia ſed in pace: q2 in pace fact⁹ eſt loc⁹ ei⁹. Item ſunt aliq̄ talis diſpoſitiōis ꝗ nature ꝙ cū pſalmū legerit ſemꝑ eis videt̄ ꝙ min⁹ bñ dixerint. vnde illud frequēter repetere ſatagunt. Itē cum cōfeſſi fuerint nō ſufficit cōſciētie ſue: ſed ſemꝑ in ſcrupulo ſunt. Igit̄ vtile eſt hmōi vt quicqđ ſemel dixerint: non repetāt illud: ſed ſicut dictū eſt relinquant. Dudū enī ꝙ dolēdū eſt: ita diſtricte circa ſonum ſeu ꝓnunciationē cuiuſlꝫ apicis id ē litere intente occupant̄: qđ pene intellectū totius oratiōis ſue amittūt: q2 dū deliberatiōi vel ꝓnunciatiōi nimis ſtudēt: ſapore ſue deuotionis ſe ꝑuāt. De ſcrupuloſitate quoq; cōſulendi eſt eis dicēdū ſeu cōſulēdū ꝙ confeſſoꝝ magis q̄ ſibijpis credāt. Et cū ei viſū fuerit ꝙ bñ ꝗ ſufficiēter dixerit tūc ipſis ſufficiat ꝗ bonā habeāt ꝯſciētiā. Caueātq; ne ſint ſcrupuloſi circa minora pctā: ſed breuiter illa in generali exponāt. Maiora vero et ea in qb⁹ poſſet eſſe periculū cognoſcere ſtudeāt: ꝗ ſpecialit̄ exponāt. Quacūq; enī ꝑte aliq̄s ꝓn⁹ ē ad malū vel tēptari ſe ſētit: ſemꝑ ꝯtraria opponat. Si ſcrupuloſus eſt ꝯſidētie et libertati cordis ſtudeat. Si iracūdus: īpetū ꝗ cōmotionē animi timeat: et trāquillitatē ꝗ māſuetudinē oībus modis intēdat. Si īpatiens ad ꝑferenda q̄q; aduerſa ſe ꝑparet. et exemplū patientiā ſibi apponat. Si vehemēs ꝗ impetuoſus etiā in defēſione iuſticie ꝑ īpetū ſpūs ſe extendere metuat: et verba ſua moderari et repꝛimere ſtudeat. Denīq; oīa ad que voluntas cordis cū quodā īpetu et vehementia fertur ſuſpectū habe. vt ſenſualitatis motū et ab ea que dormit in ſinu tuo cuſtodi te ſemper. Mulierē tuā. i. ſenſualitatē habe ſubditam nec dñari ꝑmittas: q2 ſi mulier hec poteſtatē habuerit cōtraria erit viro ſuo. i. rationi. Quā ſenſualitatē ſi non valeas cogere vt omnino taceat ꝗ ſubdita ſit: ſemꝑ ei reſiſtes pugna et hoc tibi reputabit̄ pro victoria. Semper enī obuiare malo viciſſe eſt: imo magis vtile eſt pugnā diutius exercere: q̄ citius ꝑualere. et ā plius remunerabit̄. qui diutius ꝗ laborioſius certauerit. De timore dico ꝙ qui puſillanimis eſt: cauere ſibi debet a nimio timore. Si enī cor ſuis naturalia ſequit̄ ad deſperationē vel ad nimiā mentis deiectionem ꝑueniet. Timor vtilis eſt duris diſſolutis atq; remiſſis. q2 timor terret et cuſtodit a peccato Timoratis ꝗ pauidis ſi accedat timor: ad peccatum eos adducit: ideo cōuertere ſe debent ad cōſolatoria et dulcia: vt ꝯtraria cōtrarijs curant̄: et frigida calidis tēperant̄. et calida frigidis. Stultus vtiq; eſſet q̄ calorē calori ꝗ frigus frigori adijceret. Ortus irrigat̄ ſiccitatis tēpore: ſed ſatis cōplutus nō irrigat̄ amplius. Si ergo q̄ neſcit excolere ortū ſuū imperitus eſt: multo mag̃ q̄ neſcit excolere animā ſuā. q2 plus eſt q̄ ort⁹. imo q̄ corp⁹. Si ergo de aliquo pctō tēptamur: ſemꝑ ꝯtraria obijcere debem⁹. ¶ Narratio. Sic enī ꝯſiliti ſūt demōes de vno monacho ꝙ eos cōfunderet q2 cum vellet eū extollere: ipſe ſe deprimebat. Et cum vellēt eum ad deꝑſſionē vel deſperatiōnē mittere ad ſpē ſe erigebat. Cogitatiōes enī turpes ſi occurrerit cito ſunt ita [illegible] vt confeſſor intelligat / nec ita [illegible] ſunt tales cogitatiōes: q2 nō delectāt ſed cruciāt / nec noſtre ſunt ſed demonū: q̄ eos ſuggerūt et cordis oculis obijciūt vn̄ de nobis nō īputabunt̄ quā ꝑ vexatio hoīem plecū ꝙ magis purgat ꝙ̄ maculat: qꝛ quicquid aliquē affligit nō placet.

¶ Sequit̄ de blaſphemia et de remedijs cōtra blaſphemiā ꝑ cōtra alias ſpūales tēptatiōes. Cap. x.

B

Blaſphemia ſm̄ Ambꝛo. eſt vel cū deo attribuit̄ ꝙ ei nō cōuenit: qḋ eſt cōtra miam vel cū ab eo remouet̄ qḋ ei conuenit: quod eſt ꝯtra iuſticiā: vel cum creature attribuitur qḋ eſt ꝓpꝛiū dei quod eſt cōtra maieſtatē. hec autē blaſphemia naſci ſolet de infidelitate ſeu dubietate circa fidē incarnatiōis vel diuinitatis xp̄i aut eſſentie dei aut ceterorū ſacramētorū. Preterea ſciendū qḋ hec circa electos ſuos de⁹ nō nunꝗ̄ operat̄. qḋ ꝑmittit eos quibuſdā tēptatiōib⁹ diuin⁹ occupari: q̄a forſitan ſi ille diſcederēt alie ꝑiculoſiores occurrerēt. Aliquādo vero veloci⁹ ꝓpulſat eas a nobis: vt in alijs quas frūctuoſiores nobis eſſe futuras cognoſcit: ſalubri⁹ occupemur. Nōnullos vero diabolus de pctīs ſpiritualib⁹ tēptat maliciose ſicut de diſcredulitate articulorū fidei vel ſacramēto altaris vel de deſperatiōe. vel blaſphemia dei. vel alicuius ſancti nec nō ꝗ de tedio ꝓpꝛie vite vel amaritudinis ꝛ triſticie irrationabilis. ꝗ de nimio timoꝛe de ſcripꝑis vel de cõfeſſiõ. vt autē aliquod remediū habere poſſint. hij qui iſtis et alijs ſimilib⁹ tēptatiōib⁹ vexant̄. verba btī Grego. ad memoriā ſtudeāt reuocare qb⁹ ait. Sepe mens que aduerſa multa et foꝛtia ſuperat: vnū in ſe ꝛ foꝛtaſſe minimū ꝯ̄uis magna īētione inuigilet: nō expugnat. Nā mirū diuina diſpēſatiōe agitur ne ex oī parte virtutibus ſplēdens: in elatiōnē ſublevet̄. Ut dū in ſe paruū quiddā ꝙ̄ ſenſibile videt et tamen ſubigere hoc non valet: nunꝗ̄ ſibi ſed auctoꝛi victoꝛiā tribuat: in hijs que ſubigere foꝛtiter valet. Quātūlibet enī creſcam⁹ i acquiſitiōe virtutū. ꝗ nullaten⁹ tamē poſſum⁹ ex toto vicia extirpare licet ea cū adiutoꝛio diuino cõpꝛimere valeamus. C Quod autē nemo debeat idcirco deſperare vel nimis de ſe timere: qꝛ tales ab aduerſario tēptatiōes ſuſtinet huius Iſidoꝛ⁹ ita declarat dicēs. Qui paſſiōibus aīe inſidiāte aduerſario cruciat̄: non idcirco ſe credat a xp̄o alienari: qꝛ talia patit̄. ſed magis ꝑ hoc deo cōmēdabilē ſe eſtimet ſi dū hec patit̄ laudet deū potius nō accuſet. Ad magnā vtilitatē diuino iudicio mens iuſti diuerſis paſſionū tēptatiōibus agitat̄. pro qbus ſi deo gr̄as egerit. ſuecꝫ culpe, qḋ talib⁹ dign⁹ ſit reputauerit. hoc qḋ ex paſſione tollerat. ei p̄ virtutib⁹ reputabit̄: ꝗ et diuinam cognoſcit iuſticiā ꝛ ſuā culpā intelligit. Preterea in quibuſcꝫ p̄dictis vel alijs ſimilibus modis deo ꝑmittēte vexaris: flagellū ipſius: quo te ꝑmittit a diabolo īpugnari patienter excipe. Nā ꝙ times tibi ad dāpnationē cedere ſi patienter feras et deū laudes vt ſupꝛa dictū eſt: eſt tibi coꝛona ſalutis: Neqꝫ enī in talib⁹ diabolicis īmiſſiōib⁹ aliqḋ pctīn tibi eſt. Qꝛ ſm̄ Aug. oē pctīn ſit voluntariū: et talia ſint nō ſolū ꝓter volūtatē tuā: ſed etiā totaliter cōtra eā cū de talib⁹ ſūme doleas nec in talib⁹ vllā cōplacētiā habeas et in tua ꝑtāte nō ſit taliū mot⁹ nō habere. D Remediū vero bonū ꝯtra p̄fatas cogitatiōes eſt. vt homo non timeat/ nec etiā coꝛ apponat ad tales motus blaſphemie vel deſꝑatiōis vel diſcredulitatis de ſacramēto altaris vel aliquorū taliū ꝙ horribile eſt audire. Nā tollerātia ſeu experientia taliū tēptationū: nō magis maculat animā ꝙ̄ auditus latrat⁹ canis: vel moꝛſus pulicis. Turbāt aīam et fatigant: ſed nō ledūt ſi hō velit eas deſpicere: ꝛ ꝓ nichilo reputare. Sic enī de talib⁹ diabolicis īmiſſiōib⁹ ſentiendum vel iudicādū: ſicut de aliquo bono viro in cuius p̄ſētia aliqs nomē dei blaſphemaret et ille cum horroꝛe audiret: ſibiqꝫ ſūme diſpliceret. Certe talis nullū peccatū haberet de alteri⁹ blaſphemia: q̄nimo haberet meritū de diſplicentia. Si vero vellet cum eo contēdere et eum ꝓhibere: poſſet quādoqꝫ cum illo in rixam incidere et moꝛtē acquirere ꝓpter ſuam indiſcretionē. ita eſt directe in ꝓpoſito. Diabolus enī coꝛam nobis deū blaſphemās immunda quecꝫ et indigna de deo vel ſctīs eius p̄ſentat. Et quo autem nobis diſplicet: ad meritū nobis eſt. Si autem vellem⁹ cū quodam furoꝛe et quadā indiſcretione oīa talia ꝓhibere poſſemus quādoqꝫ in deſꝑationē ꝗ moꝛtem ſpiritualē incidere et ſic ad culpā cōuertere: qḋ nobis poterat cedere ad coꝛonā. Nō eſt ergo bonū cum talib⁹ tēptatiōib⁹ cōtendere quaſi homo vellet vehemēter eas deuincere vel expellere: qꝛ quāto magis hoīes cōtendūt cū eis: tanto magis eis adherent. Et ideo debent in ꝙ̄tū poſſunt cogitatiōes ſuas ab eis abſtrahere quaſi de eis nō curarent. et coꝛ ſuū ad aliquā aliā occupatiōnē apponere. Et ſi poſtea adhuc dicte tēptatiōes eis adheſerint/ nec valeāt eas aliquo modo a coꝛde ſuo expellere: nō debent cōtra deū murmurare; ſed eas patiēter ferre: quaſi penā coꝛpoꝛalē et flagellū dei: ꝓ emēdatiōe peccatorum ſuoꝛū ꝙ̄diu deus voluerit. ſeqꝫ deo ex toto cōmittere qui etiā ſicut bonus medicus

A ideo forte hanc afflictionē poſuit ſup eos: ne elationis vicio periculoſius laborarent. Preterea bonū eſt eis oſtēdere cor ſuū alicui viro ſapienti et diſcreto in principio anteꝗ̄ tales cogitationes radicent̄: et vt relinquat ingenium et iudiciū propriū. et ſequatur eius conſiliū. et ꝙ non reuelent eas alicui homini indocto ⁊ mūdiali qui nunꝗ̄ ſenſit: ſeu expertus eſt tales temptationes. q: facilit̄ poſſent aīam ſimplicē iducere in deſperationē per ſuam inſipientiā. Igitur cariſſime quādo talis cogitatio te inuadit: expuas in terrā et dicas ſic diabolo. Blaſphemia tua ſit ſuper te demon peſſime. Ego eniz cauſam nō B habeo in huiuſmodi: hanc autez cauſā non vult anima mea. Sed etiam cariſſime ꝯquereris te ꝑ huiuſmodi tēptationes priuari ſopore lectionis oratiōis et cuiuſcūqꝫ exercitij ſpiritualis: etiā hoc te oportet paciēter ferre. Sufficiat tibi qḋ recipias ꝯſolatiōes in celo: et forte maius meritū tibi eſt in tali ſufferentia: ꝗ̄ poſſet eſſe i quocūqꝫ exercitio lectiōis et oratiōis ſeu in expiētia cuiuſcūqꝫ dulcedinis. Legimus de quibuſdā ſanctis. ꝙ deꝰ permittebat eos quādoqꝫ vexari corporal̄r a diabolo: ne intus in anima elatiōis vicio ꝑiculoſius vexarent̄: ſicuti paulū apoſtolū angelus ſathane colaphizat: ne reuelationū magnitudine extollatur. Scias ꝙ deus aliquibus dat etiam in hac vita conſolationes eternas: aliquibꝰ vero oēs in celo reſeruat. Et vt quidā ſanctus dixit. Maius meritū ē in via dei fortit̄ ſtare ſine taliū dulcedinū ſētimēto ꝗ̄ ipſas habere. licet hoc ſit iocundius. Omnia pene que huc uſqꝫ in hoc capitulo ſcripta ſunt: de dictis venerabilis walteri hilton et de epiſtola venturini fratris ordīs ꝑdicatoꝝ extrahuntur hec: ideo dico: ne quis eadē vilipēdēdo putet me ea ex ꝓprio igenio adinue- A niſſe. Quia vero vt ait apoſtolus: ſine fide impoſſibile eſt deo placere: idō hoſtis antiquꝰ ipſam volēs infringere. vel ꝑuertere falſis immiſſionibus erroneis ymaginatiōibus multis ac miris modis nititur eam impugnare. Et que non pōt a ſoliditate fidei deicere ſaltem ſuis aſtucijs conatur indeſinenter perturbare: cuius machinamētis ac temptationibus caute ac ſpiritualiter eſt obuianduz omnia fantaſtica ymaginata concepta erronea vel feda. et blaſphemias viſa vel audita: non curare ſed leuiter ferre ⁊ diſſimulare ⁊ fortiter ſuperare in mīa dei noſtri nec debz homo in huiuſmodi fantaſticis erroribus fidem vel mores impugnantibus diu immorare. nec diſcutere. ſeu cauſas talium multū inueſtigare quia ꝗ̄to quis magis erroneis ⁊ falſis diſcutiendo inſiſtit: tanto magis ſe in errorem mentis tandem immergit. Nec debet homo pro talibus obiectis ſeipſum ſupra modum anguſtiare vel increpare. vel abſolute ſue culpe imputare. quia temptatio ē penalis quo ad penam ⁊ leuiſſima quo ad culpam. Eſt enim huiuſmodi temptatio fideli omnino inuoluntaria ⁊ diſplicēs. ⁊ ideo penalis ⁊ nullius peccati ſed aīe purgatio. paciencie roboratio: humilitatis attractio: ⁊ ad ſpem vite eterne inſtigatio. Et notandum ſcḋm yſidorū ꝙ non āplius tēptat dei electos diabolus: ꝗ̄ voluntas dei permittit. Temptando aūt ſāctorū ꝓfectibus ſeruit. Nā tēptatiōes quas ille ad hoīs interitū mouet: xp̄s ad exercitiū virtutū ſalubrit̄ cōuertit. Nūꝗ̄ vocat aduerſariꝰ hoīez iuſtū grauare nec tēptationū certamia deſinit ⁊ mouere aut ei tribulatiōes cordis illi exaggerat aut dolores corporis ſuſcitat. Sepe eni iuſti mentē variis vexationum doloribus vis demonum cruciat. Unde interdum vſqꝫ ad deſperationē ⁊ nimiam anguſtiam coartatur. Permanēti autem in dei amore anime: ipſa talis anguſtia ad meritum proficit. Talis ergo a deo nō ſeparatur: ſed coniungitur qualicunqꝫ atroci anguſtia torqueatur. Multa iuſtus aduerſa patitur inſtigatione demonum. Sed talibꝰ temptamentis perire vita eterna non poteſt quia pius dominus ad dampnationem culpe non reputat quod de ſue maieſtatis permiſſione nolens qui patitur portat. Nam ibi peccamus: vbi cupiditatē vel voluptatem flectimus vbi verō violenter adducimur miſeria tantū pena eſt ⁊ non culpa. hec yſidorus. Uidetur tamē aliqū̄ ſic temptato ꝙ talis diffidentia ſeu heſitatio eſtimata ꝑ illuſionē demonū timorē incutientiū: nō modica eſſet culpa: cum tantū ſit heſitatio fidei: quia culpa eſt voluntarie vel ſaltē cum ignorātia affectata et grata que magis tēdit in errorem ꝗ̄ veritatem. Et ideo cum fides ſit habitus voluntatis: velle credere: eſt credere: velle ſperare eſt ſperare velle non heſitare eſt non heſitare. Unde apoſtolus ait. Corde creditur ad iuſtitiam. In voluntate enim que ſola cogi nō poteſt conſiſtit omne meritum ⁊ demeritum. Obnubilat̄ tamē aliquando mens quod non pōt quis videre voluntatē ſuam: nec ē curādū q: bona opa voluntatē bonam ꝓbant: et mala malam. Et ſi ꝓſumant̄ bona quouſqꝫ ꝓbent̄ mala

Si autem predicta tēptatio inualuerit nec ꝓter diſſimulationem facta ceſſauerit: imo per maliciam ſerpentis fantaſtica mouentis ac multipliciter diuaricantis falſa pro veris oſtendendo: vel mentē cōplexionabiliter obnubilando ⁊ grauando quaſi cōtinue tribulauerit: debet aliqñ: ſed caro per modū obiurationis ⁊ cōtrarie aſſertionis fidem ſuā ore exprimendo obiecto errori obuiare etiam ſi erronea conſcientia in hoc non conſenſerit. Scriptū eſt enī. Ore cōfeſſio fit ad ſalutem. Nō enī fallatijs aduerſarij decipitur qui deliberate ⁊ aperte earū tam verbo ꝙ facto cōtradictor inueniť. Et debilis eſt hoſtis: ꝗ nō vincit niſi volentē: et hoc voluntate deliberata grata et rata.

¶ Sequitur contra deſperationē vbi patet ꝙ nemo deſperat: debeat qui paratus eſt penitere cū ꝓpoſito ꝯfitendi et ſatiſfaciendi et in poſterum ſe emendandi. Cap. xi.

D Nota ꝙ aliqui ꝓpter puſillanimitatem putant ſe deſpare: cum nō deſperant. Sentiūt enī motus deſpationis per puſillanimitatē ⁊ hunc ſenſū putant eſſe cōſenſū. Sed ꝙtūcūqȝ ſentiant: etiam ſi cooperiantur hac tēptatione ꝙdiu ratio cōtradicat caritatem nō amittunt. Ignis enī qui in die ardet in nocte operiri cineribus ſolet: ex quibus ſic extinguitur: vt illius mane alteri9 diei vix ſcintilla aliqua inueniatur: que dum queritur licet lateat inuenitur et de ea ignis tam vehemens ſicut prius reparatur: hec eſt ſcintilla caritatis que ꝙtūcūqȝ operiatur aīa temptationibus ſi hec intētio maneat in ipſa: vt adhereat deo et nullaten9 cōſentiat alicui mortali: viuus remanet ignis caritatis qui poſtea ab hac ſcintilla ad tam magnū ignē repetur vel reparabitur ſicut prius. Simile dico de oī tēptatione. E Nō enī iudicabitur hō ſcōm ſenſationē ſenſualitatis carnalis: ſed rōnis ipſius aīe. Duplex eſt enī voluntas in hoīe: ſicut aplūs dicit: ſcȝ lex carnis .i. carnaliter delectari cōtra volūtatē: et qđ ita concupiſcebat nolebat ſed cōtra voluntatem fiebat. idō dicit. Ego iā nō operor illud: ſed qđ hītat in me pctm̄. Ita ſi tu temptaris carnali cōcupiſcētia vel deſperatiōe vel inuidia vel aliquo alio pcō: ꝙdiu ratio non vult hoc tu nō agis illud nec iudicaberis ſcōm illum ſenſum: ſȝ ſm rōnis et voluntatis conſenſum. Hinc Criſoſto. aūt in ipfecto. ome. Sicut duas ī nobis habem9 naturas: anime ſcȝ et carnis: ſic duas habemus voluntates: vnam anime alteram carnis. Quia ſicut homo ex duabus naturis eſt compoſitus: videlicet corporis ⁊ anime ſic in homine ē reperire duas voluntates duas cōcupiſcentias duas iras ſiue duos motus et appetitus: vnam carnis: et aliam ſpiritus. Iſta concupiſcentia carnis poterit dici ſenſualitas vel ꝓpaſſio ſeu fomes: et pena peccati originalis: ꝙ apoſtolus appellat legem peccati: et alibi ipſum peccatū hāc concupiſcentiam carnis homo inuitus patitur et dolens: et ideo ſcōm eam non punitur quatenus per ſe ſtat: niſi ſit fortificata ꝑ cōſenſum voluntatis anime: quia ſolum ſecūdum voluntatem anime que rationē ſimitit homo iudicatur vel remuneratur. Natura quidem carnis ab concupiſcencijs non pōt ſe ſeparare: nam neceſſe habet iraſci ⁊ cōcupiſcere etiam ſi non vult: qȝ non eſt in arbitrio ſuo creata: ſed ſub lege peccati: venūdata eſt enī ſub peccato. Sapientia enim carnis inimica eſt deo: legi enim dei non eſt ſubiecta. Anima enī in arbitrio creata eſt: ſubiecta legi iuſticie dei. ꝓpterea et poteſt nō iraſci: et non concupiſcere ſi vult: et ideo deus precepta ſua non mandauit carni que non poteſt non concupiſcere: et non iraſci. Nec enī fieri poteſt vt caro aliquando ceſſet a deſiderio malo. Deſideria autem carnis reprimere poſſumus vt nō faciamus quod deſiderat caro: preſcindere autem non poſſumus vt non deſideret. Sed loquitur deus ad animā ⁊ mandat anime que poteſt deo in omnibus obedire: que etiam poteſt carne iraſcente ſiue concupiſcente: non iraſci et non concupiſcere. Quādo ergo iraſcimur vel concupiſcimus: ſi diſplicet nobis et feſtinamus reprimere vel iram vel concupiſcentiam noſtram: manifeſtum eſt: quia caro noſtra iraſcitur ſola autem concupiſcit: non anima noſtra. Quādo autem complacemus nobis in hiis et decernim9 ſi potuerimus implere iracundiam vel concupiſcentiam noſtram: tunc et anima noſtra iraſcitur ⁊ concupiſcit ſimul cum carne. Propterea ſciens deus: qȝ carnis natura ſubdita ei nō eſt nec poteſt nō mandat carni ꝗ mandat: ſed anime que poteſt in omnib9 deo obedire que pōt etiā carne iraſcēte et cōcupiſcēte: ipſa nec iraſci nec cōcupiſcere ſicut dictum eſt. Si quis ergo viderit mulierem ad concupiſcendam eā: iam mechat9 eſt eā in corde ſuo: id eſt non ſi quis concupierit ſm deſideriū ineuitabile carnis ſed ſi quis concupierit ſm voluntatē aīe et conſentit diſcernit ⁊ ſtatuit iplere qđ cupit ille talis et ſi nichil geſſerit iā tamen in corde adulter eſt coꝛã deo: qꝛ foꝛte ĩpeditur ab opere non compunctus in voluntate. Quis eſt homo caſtus: nunquid qui nõ concupiſcit? abſit. ſed qui concupiſcentiam ſuam vincit Quis eſt manſuetus nunquid qui nõ iraſcitur? Abſit. Sed qui refrenat iracũdiam ſuã Alioquin in om̄i opere bono non habemus mercedẽ: niſi malis vꝛgeamur cõtrarijs per carnem. In om̄i enim opere bono. ſcandalũ diaboli poſitum eſt ſicut ſcriptũ eſt de demonibus iuxta ſemitã ſcandalum poſuerũt michi. Quando ex paſſione carnis ꝯcupiſcimꝰ et animo reſiſtimꝰ cõcupiſcẽtie noſtre ſiniſter oculus nos ſcãdalizat. i. mẽs carnis: non mens anime: ſiniſtra manꝰ ſcãdalizat nõ dextra. i. voluntas carnis nõ aĩe. Sĩ vo ex ꝓpoſito aĩe volumꝰ tũc dextra manꝰ nos ſcãdalizat ⁊ dexť oclũs. Hũc oculũ et iſtã manũ pꝛeſcindere iubet: deſideria vero carnis retinere quidẽ poſſumus. vt non faciamus quod caro deſiderat: pꝛeſcindere autẽ non poſſumꝰ vt non deſideret. Nec enĩ fieri poteſt. vt caro aliquãdo ceſſet a deſiderio malo. hec ille. Et quid mirũ ſi duplex voluntas ſit in hoĩe: cum in redẽptoꝛe noſtro fuit: vna qua voluit calicem paſſionis a ſe transferri ⁊ alia qua voluit pati. Igitur non te deijciat carnis voluntas. ſi voluntas ſpiritus vel ratio deo adhereat. Et non recedat a te exemplum mulieris neꝙ̃ quam vir ſuus nunꝙ̃ cogere potuit vt ſileret: tandem pꝛoiecit eam in ceno et cooperuit et incluſit. Et cum inquireret vtrum adhuc ſileret reſpondit ſe verſa facie adhuc nolle ſilere. Ita et tu totus comiolutus ⁊ coopertus ceno tẽptationis dic. Adhuc non ſilebo adherẽdo deo retinẽs bonitatem voluntatis: ſicut illa retinuit nequiciã.

Amplius dico ſi tu temptaris de deſperatiõe inuidia vel ſuperbia vel de aliquo peccato ſpirituali. Ꝙ̃tum pꝛe alijs temptaris tantũ pꝛe alijs mereris. ſi legitime certas. Tu temptatus duplex pꝛemium habebis: cum alter ſimplum ſit habiturus. Et ꝙ̃to aliquod peccatũ ſentis et eius delectatione fatigaris: tãto magis remuneraberis ſi non cõſentis. Et in tali ſtatu. ſ. cum aliquis temptatur. cõtingit vt aliqua venialia cõmittat: ſed in ipſa tẽptatione contingit vt pena quam ſuſtinet reſiſtendo deleat penam venialibus debitã ex vna parte. et ex altera parte meritũ creſcat. per intentionẽ reſiſtendi vel pugnandi Senſus autem peccati vel temptationis non maculat hominem nec a caritate deijcit: ꝙ̃diu ratio non cõſentit. Similiter deuotionis ſẽſus et conſolatio non faciũt hominem perfectũ vnde pares poſſũt eſſe in qualitate et ille qui conſolatione fruitur. et ille qui hac pꝛiuatur immo magis iſte deuotione. Fructus periclitari poteſt ꝙ̃ ille hac carens: quia ſi mens de hac conſolatione cõfidat et ſui cognitionem negligat: non fit per hanc gratiam deo vicinioꝛ ſed remotioꝛ in tantum quantũ non fuerit humilis ſed male cõfidentioꝛ. Aridus vero a gratia ſi cum laboꝛe: ꝙ̃uis arido coꝛde agat quod debet: equiparabit illi deuote vel foꝛte pꝛeferetur. ⁊ magis in hoc ſtatu illo deuoto merebitur ſi valde laboꝛat. ⁊ pꝛo accipiẽda gratia conetur. Sedeat ergo iuxta viam ⁊ mendicet lumen gr̃e ⁊ ꝙ̃uis turba malarum cogitationum dicat vt taceat magis tñ ac magis clamet vt lumen a chꝛiſto recipiat et magis meritoꝛium erit eiꝰ ſalubꝛe ſic gratiam acquiſiſſe ꝙ̃ ſine laboꝛe ⁊ gratis accepiſſe. Oꝛatio talis anime nõ eſt pura: ſꝫ dura: ſꝫ ꝙ̃uis non ſit dulcis: eſt tamẽ foꝛtis. vñ apud deum põt tantũ obtinere foꝛtitudine ⁊ duritia: ꝙ̃tum dulcis ⁊ deuota. Quia ſicut Bern. dicit ſuper illud pſalmũ. Delectare in dño ⁊ dabit tibi petitiones coꝛdis tui: non ẽ hoc dictũ de affectu ſed de exercicio. Ille enĩ tã bene hoc ĩplet qui conatur delectari: etiã ſi non pertingit ad hoc vt delectet: ꝙ̃ ille qui hãc delectationẽ ꝑcipit. Sciat enĩ certiſſime a dño oꝛationẽ exaudiri ſi veraciter frequẽter ⁊ ꝑſeuerãter peccat. Iſte ſunt duo quoꝛũ alter habet maioꝛẽ coꝛdis cõfidẽtiam ⁊ alter minoꝛẽ. Et cõtingit ꝙ̃ ille qui magis confidit magis ꝑiclitetur ⁊ inferioꝛ ſit: qꝛ cõfidentia eius ẽ de ignoꝛantia ſumpſius qꝛ ignoꝛat ad ꝙ̃ta teneat. Ille vo in ſecurioꝛi ẽ ſtatu: qꝛ trepidatio ipſius eſt ex cognitione ꝓꝓꝛie fragilitatis infirmitatis ⁊ imꝑfectiõis: et ꝙ̃to hõ magis ꝑ humilitatẽ timet et trepidat: tãto ad iudicium dei ſecurioꝛ ſtabit: qꝛ ſeipſuꝫ diſcuſſit et iudicauit. Ita aliqua eſt conſciẽtia ſeu confidẽtia quãꝙ̃ non bona: et timoꝛ ſecurioꝛ et deo vicinioꝛ. Deſꝑatio vero de multitudine peccatoꝛum et obſtinatione animi naſci ſolet.

D

Si igitur deſꝑatio in coꝛ noſtrum intrauerit debemus eam viriliter expellere: quia diabolica eſt: huic etiam peſſimo vitio multis rationibus debemus pꝛudenter reſiſtere. Pꝛimo quia deus omnipotens eſt: et ideo ſicut poteſt et ſolet damnare peccatores qui ad eum nolunt conuerti: ſic poteſt et ſolet ſaluare volẽtes ad eũ cõuerti. Unde ⁊ ipſe per pꝛophetam dicit. Nolo mortem peccatoꝛis ſed vt magis conuertatur et viuat.

Item ſi impius conuerſus fuerit ab impietate ſua ⁊ egerit penitentiam feceritqꝫ iudiciū et iuſticiam: vita viuet ⁊ non morietꝛ. Omniū iniquitatum ſuarum quas operatus eſt nō recordabor amplius: ait dominꝰ. Item alibi. In quacunqꝫ hora peccatoꝛ ingemuerit: peccatum ſuum ei remittitur. Secundo idcirco habemus cauſam reſiſtendi huic vitio quia deus miſericors eſt. Unde gregoriꝰ ait Nemo de immanitate iniquitatum ſuarum deſperet: quia omnipotens deus ſicut perſeuerantibus in prauitate eſt diſtrictus: ita conuerſis miſericors eſt. Nō erit i crimine quē penitet antea fuiſſe nec dicetur impius: qui fuerit denuo pius. Tantummodo velis vere et perfecte deo recōciliari et non ſolū veniā indulgebit: ſed et gratiā cumulabit. Tertio autem idcirco debemus vitio deſperationis obuiando reſiſtere: quia deus verax eſt ⁊ nūꝙ mentitur. Ipſe namqꝫ ait. Quacunqꝫ hora peccatoꝛ ingemuerit omnes iniquitates eiꝰ obliuioni tradentur. Quarto quia ipſe deus pius eſt: ꝓpter quod per ꝓphetam ſuū ait Tu autē fornicata es cum amatoribus multis. tamen reuertere ad me: et ego ſuſcipiā te ꝗ nō enī veni vocare iuſtos: ſꝫ peccatores ad penitentiam ꝓmittens conuerſis ſuorum delictorum remiſſionem et indulgentiam. Quinto ideo deſperationi reſiſtamus: qꝛ dominus benignus eſt. Et ideo vbi abundauit delictum ibi ꝙ gratia ſuperabundare videtꝛ Quod bene in beata maria magdalena ac in apoſtolis petro et paulo ⁊ in dauid ⁊ multis aliis demonſtratur. Si enī peccaſti in ſeculo nunquid plus paulo aut dauid: quorum alter blaſphemus fuit et perſecutoꝛ alter vero homicidium commiſit adulterio. Et tñ iſte poſtea ſecūdum cor dei fuiſſe inuenitur. Unde et de eo dñs ait. Inueni dauid filium iſay virum ſecundū cor meum: qui faciet omēs voluntates meas. Ille autē ſcꝫ paulꝰ poſtea i magiſtrum et doctorē gentiū fuit ſublimatus. Si vero in ordine deliquiſti nūquid amplius petro qui ter dñm ore ꝓprio negauit. et tñ iſte negatoꝛ et periurus poſtmodū clauiger celi factꝰ eſt. Tu ergo qui hec legis et audis nunꝙ pro peccatis tuis deſperes: ſed per hec exempla ad penitētiā ꝓuocerꝭ: quatenꝰ qui peccātes ſequutus es deū offendendo: ipſos eoſdē penitētes imiteris cor cōtritum ⁊ humiliatū deo offerendo. Sexto idcirco huic vitio reſiſtemus: qꝛ de cōuerſione vniꝰ peccatoris plꝰ gaudēt in celo angeli: ꝙ de nonagintanouē iuſtis qui nō indigent penitentia.

dientis imperiū: multas facere questiones Quare sepius ingeminare. vnde hoc venerit quis hoc inuenit cōsilium inde murmuratio: excusatio: simulatio impossibilitatis aduocatio amicoꝝ. Contra hos dicit psalmista In auditu auris obediuit mihi: ostendens vno eodēq momēto ꝓcessisse et imperantis imperium et obsequium obsequentis. Ad simplicitatē obediētis: pertinet non iudicare quid vel quare sibi p̄cipiat. vñ Bern. iterū dicit Fidelis obediēs non attendit quale sit ꝙ p̄cipitur: sed hoc solo contentus q: p̄cipit. Idē omnibus nobis in cōuersionis initio: nulla magis virtus est necessaria: q̄ simplicitas hūilis: et grauitas verecunda. Perfecta obedientia maxime in incipiente est indiscreta. hoc est nō discernere quid vel quare p̄cipiatur sed ad hoc tantū inti: vt fideliter et humiliter fiat qđ a maiore p̄cipitur. Idem loquēs de nouiter cōuerso: fiat inquit stultus vt sit sapiens: et hic ois sit eius discretio: vt i hoc nulla ei sit discretio: hic ois eius sit sapiētia vt in hac prorsus nulla ei sit. Hoc etiā Bern. sup cant. sic dicit. Qui vestri curam semel nobis cōmisistis: quid rursum de vobis vos intromittitis. Perfecte obediēs debet se habere vt iumētū. Unde dauid. Ut iumētū factus sum apud te. Simplicitatē obediētie multū amabāt ātiq̄ p̄res i discipulis suis. iđ i p̄ncipio sȳ precipiebāt eis recta: sed magis distorta. vñ et quidā in vitis patrū dixit abbati pastori Patres seniores nō loquunt fratrib⁹ ab initio recta sed magis distorta. Et si viderint ꝙ eā que distorta sunt faciūt iam eis nō loquūtur nisi ꝙ expedit: agnoscentes q̄r in oibus obedientes sunt. Debent autē subditi ita audire mandata superioꝝ suoꝝ: quasi si a deo discerent. Ideo sicut non discernerent si aliquid a deo p̄ciperet: sed hūiliter illud implerent: sic non debent disceptare de mandatis vel ordinationib⁹ suoꝝ prelatoꝝ nec dicere audeant. vñ vel ꝓpter quas causas facim⁹ ista. Unde et Bern. ait. Non te moueat magister inquitus: indiscreta potestas: sz memēto q: nō est ptās nisi a deo et qui potestati resistit: dei ordinationi resistit. vñ paulus ad colocenses ait. Serui obedite per oia dñis carnalibus nō ad oculū quasi hoibus placētes: sed in simplicitate cordis timentes deū Quod cū facitis ex aīo operamini sicut dño et nō hoibus scientes ꝙ a dño accipietis retributionē hereditatis. Tertius gradus obedientie est hilariter obedire. vñ Bern. ait. Serenitas in vultu: dulcedo in sermonib⁹ multum color: aut obedientiā obsequētis. Dubiosi corporis cōpositio et facies tenebris instruc obfuscata: deuotionē nō aīo inesse significant. vñ in eccle. xxxv. ca. scriptū est. In omni dato hilarē fac vultū tuū. Et paulus ad corin. Hilarē datorē diligit de⁹. Qui aūt cū murmure obediūt: cum praua falsa deū pascere volunt. Obediētia talium est quasi obediētia demonū: qui ad p̄ceptum xp̄i a multis exibant clamātia. Qui sic obediunt non sunt vere obedientes: ꝓpter ꝙ cū malo animo si obediat discipulus et non solū ore sed etiā i corde murmurauerit: et si impleat iussionē: tñ iam acceptū non erit deo qui cor respicit. Et p tali facto nullā ꝯsequitur gratiā: imo penā murmurātiū incurrit: si non cum satisfactione emendauerit. Prelat⁹ vero cuius subditi cum tristitia et murmuratiōe obediūt: similis est hoi qui haberet oia mēbra infirma: que necesse haberet mouere et nullū mouere posset sine dolore. Hic vtiq; in magna esset miseria. Subditi aūt ipsius nō solū p̄ defectu vnctionis murmurant sed et vnus alterū p̄cedere nō vult. Nō faciā hoc dicit vnus: nisi ille idē fecerit. Prelatus taliū subditorū īperat isti et ille affligitur et cōtristat. Et ipse cum eo similiter imperat alij et ille contristat et ipse cū eo: et sic q̄ debuerunt obsequi offendunt. Unde paul⁹ ad hebr. xiij. sic ait. Obedite p̄positis vestris et subiacete eis: ipsi enim peruigilant: quasi rōnē p aiab⁹ vestris reddituri: vt hoc faciāt cū gaudio et non gementes: hoc enī nō expedit vobis. Quartus gradus obedientie est: velociter obedire. Primus enī humilitatis grad⁹ est obediētia sine mora: hec vera obediētia cōuenit his qui nihil sibi carius xp̄o existimāt ꝓpter seruitiū scm ꝙ ꝓfessi sūt seu ꝓpter metū gehēne: vel gloriam vite eterne mox vt aliquid a maiore imperatū fuerit: ac si diuinitus imperet morā pati nesciant in faciendo. De quibus dñs dicit. Ob auditu auris obediuit mihi. Ergo hij tales relinquentes: statim que sua sunt: et voluntatem ꝓpriam deserentes ex occupatis manibus: et qđ agebant imperfectum relinquētes: vicino obedienti pede iubentis vocē factis sequūtur et veluti vno momento. Sed hec obedientia tunc acceptabilis erat deo et dulcis hoibus: si ꝙ iubet nō tepide: non tarde: non trepide: aut cū murmure vel cū respōso nolētis efficiat. Quia obediētia que maiorib⁹ prebetur deo exhibet: Ipse enim dicit: qui vos audit: me audit. Et vt hiero⁹. dicit. Perfecta obedien tia: eſt ſua imperfecta relinquere. Unde in vitis patrū legit̄: ꝙ abbas ſiluan⁹. xij. diſcipulos habebat: quoꝛū vnus Marcus vocabatur quē pꝛe ceteris diligebat ꝓpter bonū ꝫ obediētie quod in eo erat. Cumqꝫ quidā dicerent ei ꝙ alij diſcipuli contriſtarent̄ ex hoc. ipſe pulſauit ad oſtiū vniuſcuiuſqꝫ vocās eū et nullus exire volebat. Tandē vocauit marcum ad eius oſtium. qui ſtatim exiuit ⁊ ſiluanus in quaterno quē ſcribebat ille marc⁹ tēpoꝛe vocatiōis: vltimā litterā imꝑfectā inuenit quā poſt vocationē ꝓpt̄ bonum obedientie cōplere noluit. Tunc illi iudicauerūt eum magis eſſe diligendū eo ꝙ deus diligeret eum magis ꝓpter bonum obediētie. Itē quidā abbas ſenioꝛi ſuo abbati hoꝛ. debuit ꝑparare piſcē ⁊ appoſuit cultellū et incidebat eum: ⁊ vocatus ab abbate ſuo hoꝛ. reliqt piſcē ſemiciſum ꝓpt̄ bonum obediētie. Refert et Gꝛego. in dialogo ꝙ cum placid⁹ puer in flumen poſt vas demerſus eſſet cū vellet aquam exhaurire: btūs Bn̄dictus in cella exiſtens. ⁊ hoc per ſpiritū intelligēs dixit ad maurum monachū. Frater maure curre qꝛ puer ille cecidit in aquam ⁊ cū iam vnda longius traxit. Maurus aūt feſtinans extimauit ſe currere ſup terrā: ſed cucurrit ſuper aquam, atqꝫ eductū puerū: ꝑ capillos cōtraxit q̄ poſt reuerſus ad ſe attribuit hoc ſanctitati Bn̄dicti: ſed Bn̄dict⁹ aſcripſit hoc bono obediētie. hinc etiā de Petro ⁊ Andꝛea vocatis a dn̄o: dixit euangeliū ſic. Illi cōtinuo relictis retibus et naui ſecuti ſunt eum valde enī gratū ſolet eē pꝛincipibus: cum coꝝ ꝑcepta velociter adimplētur. vnde in pꝛouerbiis. xxvij. dicitur vidiſti hominē velocē in opere ſuo: coꝛā regibus ſtabit / nec erit āte ignobiles.

A Quintus gradus obediētie: eſt viriliter obedire. vn̄ ad philippē. de xp̄o dicit paulus. Factus eſt obediēs vſqꝫ ad moꝛtē. moꝛtem autē crucis. hinc Bernardus ait. Mementote fratres: chꝛiſt⁹ ne perderet obedientiam perdidit vitam vnde ⁊ diſcipul⁹ cuiuſdam abbatis cum ei ſuus abbas diceret: curre ⁊ ꝑcitius poteris ſaxum illud aduolue ſtatim ſaxum īmane. quod turbe multe hominum mouere non poſſent applicata nūc ceruice nunc humero: nunc toto coꝛpoꝛe tanto niſu et conatu pꝛouoluere intēdebat vt ſudoꝛe omniū mēbꝛoꝛum totum infūderet veſtimentum ſimplicitate ſincera credens abbatem ſuum nil icaſſum vel ſine ratiōe pꝛecipere poſſe pꝛopter qd̄ ſi cui fratrū aliqua foꝛte grauia aut impoſſibilia iniungūtur ſuſcipiat quidem iubētis imperiū: cum omni manſuetudine ⁊ obediētia. Quod ſi omnino vires ſuoꝛū mēſuram viderit pondus oneris excedere impoſſibilitatis ſue cauſas ei q̄ ſibi pꝛeeſt patiēter ⁊ opoꝛtune ſuggerat non ſuperbiēdo / aut reſiſtēdo / vel contradicēdo Quod ſi poſt ſuggeſtionem in ſua ſentētia pꝛioꝛis imperiū ꝑdurauerit: ſciat minoꝛ ita ſibi expedire. ⁊ ex caritate confidēs de adiutoꝛio dei obediat.

B Sextus gradus obediētie eſt humiliter obedire. vnde Bernardus ait. Magna virtus humilitatis ſine cuius obtētu virtus foꝛtitudinis non ſolum virt⁹ nō ſūt ſed etiā in ſupbiā erumpit. hincqꝫ dn̄s i euāgeliū luce. xvij. dicit. Cum feceritis om̄ia q̄ pꝛecepta ſunt vobis: dicite ſerui inutiles ſum⁹ Quod facere debuimus fecimus: ve enim nobis ſi non feciſſemus. Septimus gradus obediētie: eſt indeſinēter ſeu perſeueranter obedire. vnde Bern̄. ait. Perſeuerātia ſingularis eſt filia ſūmi regis. Quid currere ꝓdeſt. et ante curſus metam deficere? Hij ſūt ſeptē gradus ſcale quē Jacob vidit: hanc viſionē vidit Jacob doꝛmiens in itinere lapide ſuppoſito capiti. Gloſa ſic dicit. Caput ponit in lapide qui chꝛiſto heret mēte. Et ſecundū Aug. in itinere doꝛmire eſt: in via huius ſeculi ab impedimēto ſecularium actionum quieſcere. btūs Augu. ⁊ alij ſancti qui religiones inſtituerūt: cum chꝛiſto coꝛde adheſiſſent. ⁊ a curis hui⁹ ſeculi quieſcerēt ſpiritualiter viderunt viſionē illam. Scala iſta obediētia eſt. cuius duo latera poſſunt intelligi. volūtaria paupꝑtas et cōtinētia vel abꝛenunciatio ꝓpꝛij ſenſus et pꝛopꝛie volūtatis Attendēda ſunt quattuoꝛ. q̄ de hac ſcala dicūtur. Pꝛimū eſt: ꝙ erat ſtans ſup terram i quo notat̄ rectitudo itētiōis que eſſe debet in illis qui viā obediētie aggrediunt̄ ⁊ excludit̄ per hoc macula intentionis terrene. Scala vero eoꝛum qui habent terrenam intentionem in religione nō ſtat. ſed potius iacet ſuper terram vel potius directa ad infernum. Ideo monet ſcriptura dicens. Cuſtodi pedem tuum ingrediens in domum dn̄i id eſt pedem intētionis. Secundū vero ꝙ de pꝛefata ſcala dicitur eſt quod cacumen eius celos tangebat: in quo figuratum eſt ꝙ cōuerſatio religioſoꝛum debet eſſe i celis vel quia eſt immediatus tranſitus i moꝛte a via perfecte obediētie in celum. parum enim vel nichil moꝛantur perfecte obedientes in purgatoꝛio. Tertium eſt: quod Jacob vidit angelos aſcendētes ⁊ deſcendentes per ſcalam illam: in quo inſinuatur quod via obedientie vita angelica eſt. Siue enim deſcendant vere obedientes fratribus ſuis miniſtrando: ſiue aſcendant deo aſſiſtendo in oꝛatione/ in lectione/ meditatione ad modum angeloꝛū voluntatē dei peragūt. Quartum eſt. quod dominus erat innixus ſcale in quo inſinuatur ꝙ perfecta obedientia ſe habet immediate ad deum. Nullum eni īteruallum vel modicum eſt inter moꝛtem vere obedientis. ⁊ diuinam viſionē. Multū deberet incitare eos qui ſunt in ſcala obidientie ad aſcendendū: ſpes et deſiderium videndi dominū innixum ſcale. ſicut cum acclamatū eſt in obſidiōe alicuius caſtri illum habiturū centū libꝛas qui pꝛimo intrauerit ſpes ⁊ deſideriū tanti lucri facit aliquos per ſcalam aſcendere tenentes clipeos ſe licet lapidibus deſuꝑ percuciantur ſic ſpes ⁊ deſiderium videndi dominū deberent facere vt homines per ſcalā obedientie aſcenderent: oīes aduerſitates que occurrunt ſuperando. Item inſinuatur in hoc ꝙ dominus erat innixus ſcale. ꝙ ipſe paratꝰ eſt iuuare ⁊ conſeruare eos qui viam obedientie aggreſſi ſunt: quaſi ſuos. Perfecte obediens pꝛo chꝛiſto: ſequitur dominū. vnde dn̄s quaſi fidelis ſocius vbi deuentum eſt ad locum difficilem ad tranſceūdū poꝛrigit ei manum iuuans eum. Attendēdum eſt etiam ꝙ ſequitur vere dominꝰ eſt in loco iſto dixit Jacob. Deus dominū ſe exhibet vere obedienti eum iuuando conſeruando: et ei pꝛouidendo. Et merito: cum vere obediēs exhibebat ſe ſeruum dei voluntatē eius adimplendo. Item attendēdum eſt: ꝙ Jacob poſtea dicit q̄ terribilis eſt locus iſte. Terribilis eſt locꝰ iſte id eſt locus religiōis pꝛopter domini pꝛeſentiam. Sollicite enim ſe debēt habere qui ſunt in religiōe pꝛopter hoc ꝙ dominus pꝛeſens eſt: hoc eſt enim vnum illoꝛum que dominus requirit ab homine ſcȝ ſollicite ambulare cum deo ſuo. Terroꝛem incutere deberet his qui peccāt in locis ſanctis pena eorum qui in locis ſanctis peccauerunt: vt pena luciferi ⁊ ade. Sequitur non eſt hic aliud niſi domus dei et poꝛta celi: domus dei dicitur religio: in vere obedientibus dominꝰ dominiū habet. Poꝛta vero celi eſt: pꝛopt̄ pꝛopinquitatē quā habet ꝑfecta obediētia ad dei viſionē. ve illis qui de poꝛta celi faciunt poꝛtam inferni. et de domo dei ſpeluncam latronum: et de ſcala celeſtis regni ſcalam ꝯfuſionis. quoꝛum peccata tanto amplius ferent hoībus q̄to ipſi ſunt in gradu altioꝛi.

¶ De pꝛopꝛio ſenſu et pꝛopꝛia voluntate q̄ aduerſantur obedientie. Cap. ix.

Notādum ꝙ obedientie pꝛimo aduerſatur pꝛopꝛius ſenſus. deide pꝛopꝛia voluntas. Sicut equus vidēs non eſt ydoneus circuire ad molam: ſic qui habet ꝓpꝛium ſenſum non eſt aptus volubilitati obedientie. Et ſciendum ꝙ pꝛopꝛia voluntas dicitur dupliciter. vno enim modo dicitur pꝛopꝛia voluntas. que non eſt deo ſubiecta. Et ſecundum hoc: abnegatio pꝛopꝛie voluntatis fit. cum voluntas noſtra diuine voluntati ſubijcitur. Alio modo dicitur pꝛopꝛia voluntas que non eſt ſubiecta homini et ſecundum hoc pꝛopꝛia voluntas abnegatur in illo: qui voce ſe obligans homini: voluntateȝ ſuam ſubdit voluntati humane. Et ſic abnegatio pꝛopꝛie voluntatis ſpecialiter pertinet ad religioſos. Exemplum relinquēdi ꝓpꝛium ſenſum chꝛiſtus dedit a matre ſua in tēplo inuentus. vnde tertio capitulo in luca deco ſcriptum eſt. Deſcendit cum eis et venit nāzareth: et erat ſubditus illis. vnde Bernardus ait. Quis non erubeſcat obſtinatus eſſe in conſilio vel ſenſu ſuo. quando ſuum ſapientia ipſa deſeruit? Pꝛopꝛius ſenſus: ē oculus veteris hominis qui eſt inimicus deo: et ideo eruendus eſt. De pꝛopꝛia voluntate notandum eſt. ꝙ ipſa deo multum diſplicet. et diabolo multum placet: ac homini multum nocet. Nec mirum ſi multum deo ꝓpꝛia volūtas diſpliceat: quia ipſa pꝛimo deo murmurat. ipſa ſola deo aufert dominium ſuū. et dat illud diabolo. Sicut enim obedientia efficit hominē ſeruum dei. ſic pꝛopꝛia voluntas efficit eum ſeruum diaboli ideoqȝ multū placet pꝛopꝛia voluntas diabolo. Propter quod kariſſime ſicut monet ſcriptura: poſt concupiſcentias tuas non eas: et a voluntate tua auertere. Si enim pꝛeſtes anime tue concupiſcentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis venire. Pꝛopꝛia volūtas homini multipliciter nocet. Pꝛimo ei aufert deum. vnde et Bernardus ait ſuper canti. Non dabit inobedienti copiam ſui tantus obedientie amatoꝛ: vt moꝛi q̄ non obedire maluerit Secundo beneficia dei homini ſubtrahit. vnde Gregoꝛius ait. Dignum eſt vt ab eius beneficijs ſit quilibet extraneus qui eius nimirum iuſſionibus non vult eſſe ſubiectꝰ. Ter tio meritum euacuat ſicut in yſaia. lviij. legitur. Quare ieiunauimus et non aſpexiſti humiliauimus animas noſtras et neſciſti. Et ſubditur cauſa. Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. Hinc Bernard. ſuper canti. dicit. Grande malum propria volũtas: que facit vt bona tua tibi bona nõ ſint. Quarto propria voluntas: religioſum furem facit. Nam ille qui in religione eſt. ſe ipſum ſuo prelato propter deum et regnum celorum ſubiecit. vnde iam non eſt ſuus ſed eius cui ſe vendidit ꝛ ideo nichil ſibi de ſe agere licet ſine ſui prelati voluntate quia ipſe eſt dominus ſue voluntatis et certum eſt quia qui cõtrectat rem alienam id eſt ſeipſum inuito domino: furtum facit propter hoc monet dominus in euangelio dicens. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum. Quinto volũtas propria ydolatrie comparatur ſicut primo regum oſtenditur. Quoniã quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare. et quaſi ſcelus ydolatrie nolle acquieſcere. Gloſa. Sola eſt obedientia que fidei meritum poſſidet ſine qua infidelis quiſqꝫ conuincit̃. Sexto propria voluntas hominem morte temporali ꝛ eterna dignum efficit: ſicut patet in deut. iij. Qui ſuperbierit nolẽs obedire ſacerdotis imperio: morte moriatur. Item ĩ hoc Joſue primo. Qui contradixerit ori tuo et non obedierit cunctis ſermonibus quos precepero ei morte moriatur. Bernar. etiã Bernardus quoqꝫ de propria voluntate ſic ait. Quid odit deus aut quid punit. preter volũtatem propriam? Ceſſet enim propria volũtas. et infernus nõ erit: in quem enim ignis ille deſeuiet. niſi in propriam voluntatem. hinc idem Bernar. ſuper canti. ſic ait. Grande malum propria voluntas: qua fit vt bona tua tibi bona nõ ſint. Etenim ſi ĩ die ieiunij mei inueniatur voluntas mea non tale ieiunium elegit dominus. Nec ſapit illi ieiuniũ meũ quod non obediẽtiã: ſed vitium ꝓprie voluntatis ſapit. Ergo nõ ſolum de ieiunio ſed et de ſilentio: de vigilijs: de oratione: de lectione: de opere manuum. Poſtremo de omni obſeruantia monachali vbi inuenit̃ voluntas ſua in eo et non obedientia magiſtri ſui: idipſum ſentio. Minime prorſus obſeruantias illas et ſi bone in ſe tamẽ inter virtutes ſenſerim deputandas voluntatẽ quidem ꝓpriam dimittentes nihil amittimus. immo ꝛ lucramur plurimum cõmutantes illã in melius vt cõmunis fiat: que ꝓpria fuit. Hinc quoqꝫ idẽ Ber. in ſermõe de lepra Naamã dicit. In corde duplex lepra eſt. ꝓpria voluntas et ꝓprium conſilium. Lepra vtraqꝫ nimis peſſima: lepra vero proprij cõſilij eo pernicioſior eſt: quo magis occulta: et quanto magis abundat: tanto ſibi quiſqꝫ ſanior eſſe videtur. hec illorum eſt qui zelum dei habẽt ſed non ſecundum ſcientiam: ſequẽtes errorẽ ſuum et obſtinati in eo: ita vt nullis velint conſilijs acquieſcere: hij ſunt vnitatis diuiſores inimici pacis caritatis expertes vanitate tumentes placẽtes ſibi et magni in oculis ſuis ignorantes dei iuſtitiam: et ſuam volentes conſtituere. Et que maior ſuperbia: quam vt vnus homo toti congregationi iudicium ſibi preferat tanquam ipſe ſolus habeat ſpiritum dei: ydolatrie ſcelus eſt nolle acquieſcere: et quaſi peccatum ariolandi: nolle obedire. Sunt nunc qui ſe faciunt religioſiores alijs qui non ſunt ſicut ceteri hominũ. Ecce arioli et ydolatrie facti ſunt. Hec Bernardus. Hinc enim Johannes caſſianus in collationibus abbatis Moyſi ait. Nullo vitio hoſtis antiquus tam precipitem monachum pertrahit ac perducit ad mortem quam cum eũ neglectis concilijs ſeniorum ſuo iudicio perſuaſerit diffinitioniqꝫ conſentire. vnde Ber. ait. Caueas ne incipias abundare in ſenſu tuo ꝛ velis plus ſapere quam oporteat ne forte dum lucem ſectaris impingas in tenebras illudente tibi demonio meridiano. Omnibus nobis in conuerſionis initio nulla virtus magis neceſſaria eſt quam ſimplicitas humilis. et grauitas verecunda vnde ꝛ greg. ait. Nichil ſimplici corde felicius multaqꝫ alia que ad deteſtationem voluntatis proprie dici poterant. omitto. ne lector faſtidium incurrat.

De commendatione obediẽtie. Cap. x.

AUguſtinus de commendatione obedientie loquens. Sic dicit. Inter omnia bona creata virtus eſt optima. Sed inter omnes virtutes excellit obedientia. Sola obedientia virtus eſt que ceteras virtutes menti inſerit. Inſertaſqꝫ cuſtodit. Igitur inter omnes virtutes obedientia eſt optima. Difficillimum eſt enim contra ſeipſum quempiam agere quod tamẽ facit obedientia. hic greg. ſup illud. Melior eſt obediẽtia quam victima ſic ait. Obediẽtia victimis iure ꝑponit̃. quia per victimas aliena caro. per obediẽtiã vero volũtas ꝓpꝛia mactat᷑. hinc etiā Aug. dicit. Si ieiunaueris diebus ac noctibus oꝛationē ꝙ feceris: ſi in ſacco iacueris vel cinere: ſi nichil aliud. ꝙ quod in lege ſcriptū eſt feceris vt tibi ipſi quaſi ſapiens viſus fueris et patri videlicet ſpirituali obediens nō fueris oēs virtutes perdidiſti. vna obedientia plus valet: ꝙ oēs virtutes. Sed ſcire hoc debes: q2 vt ait Bern. in ipſa obedientie via tibi foꝛtaſſe aliqua dura et aſpera occurrere poſſunt: vt accipias interdū pꝛecepta nōnulla que licet ſalubꝛia ſunt: minus tamē ſuauia vident᷑. Hec ſi moleſte ceperis ſuſtinere ſi diiudicare pꝛelatum: ſi murmurare in coꝛde ceperis etiam ſi exterius impleas quod iubet᷑: nō eſt patiētie ſed velamē malicie. Quicqd ergo a ſenioribus fuerit iꝑatū ſic accipite tanꝙ ſi de celo ſit dei oꝛe pꝛolatū. Nichil repꝛehendas. nichil deſpicias i nullo penit᷒ murmurare pꝛeſumas: q2 in monaſterio ſeruire veniſti non iꝑare. obedire potius quā iubere totum iuſtum totū vtile iudicans. quicqd tibi aut aliis videris iꝑari. Et nō ſolū linguā tuā debes a murmuratiōe moꝛtifera ꝓhibere: ſed etiā murmurantē aliū non debes libēter audire ſed magis ꝙtum potes tuo ſancto ac ſalubꝛi conſilio furoꝛē illius mitigare. Nemo ſe circumueniat fratres: q2 nemo ſibi ſoli viuit: et nemo ſibi ſoli moꝛit᷑. Quātis eni exemplum vere humilitatis et ꝑfecte caritatis oſtenderitis. pꝛo tantis etiā pꝛemia fratres conſequemini q2 nemo ſibi ſoli viuit et nemo ſibi ſoli moꝛitur. Si vero ꝙ abſit ſuperbie. iracūdie. murmuratiōis vel inobedientie formā ad imitandū te dederis: non ſolum pꝛo te: ſed etiā pꝛo alijs quos deſtruxeris: gehenne toꝛmenta ſuſtinebis. Sed dicis foꝛſitan. Nimis dura ſunt ⁊ inepta: que nobis a ſenioꝛibus noſtris traduntur. Nō legiſti ꝓpter verba labioꝛū tuoꝛū ego cuſtodiui vias duras. Non legiſti quia arta et anguſta eſt via que ducit ad vitā. Non audiſti apoſtolū dicentē Per multas tribulationes opoꝛtet nos intrare in regnū celoꝛum. Et ſi ea que tibi pꝛecipiūtur dura ſunt: nunqd murmurando poteris illa facere molliora. Si pꝛeuales implere qd tibi pceptum eſt pꝛebe obedientiam cū humilitate. Si vero nō pꝛeuales: impoſſibilitati tue cū humilitate poſtula veniam. Dura tibi videntur pcepta ſenioꝛis: ꝙto tibi duriora erūt conſilia diaboli deceptoꝛis. Aſpa tibi videntur que tibi a ſenioꝛibus imperant᷑: ꝙto duriora ſunt que auaricia iꝑat cultoꝛibus ſuis. Et laboꝛioſa et ꝑiculoſa itinera cultores ſuos auaricia ſuſtinere compellit. Et cū illi totum accipiant patienter ꝓpter pecuniā temporalem: tu quare non equanimiter tolleras ꝓpter vitam eternam. Senioꝛ enim caſtigat vt coꝛrigat: diabolus autē blanditur vt perdat. Et ſicut diabolus per viam latā ⁊ ſpacioſam ſuperbiētes et luxuriantes ducit ad moꝛtem: ſic econtrario chꝛiſtus nos ꝑ artā viam humiles et obediētes perducit ad vitam. Ambe iſte vie: ſcz lata et anguſta finem habent: et breuiſſime ſunt. Nec in anguſta via diu laboꝛat᷑: nec in lata diu gaudetur. Quos autem lata via et luxurioſa delectāt: poſt breue gaudium habebūt ſine fine ſupplicium. Et ecōtra illi qui xp̄m per artā viam ſequunt᷑: poſt breues anguſtias merebuntur ad eterna pꝛemia peruenire. Obediētes autem et humiles anime multas tribulationes atqꝫ omnes laboꝛes pꝛoſternunt: atqꝫ in conpendium mittunt. Sciendum eſt enī ꝙ quanto humilioꝛes ⁊ obedientioꝛes fuerimus. tantum ſuper nos leuius ac dulcius ſētiemus. quantum obedientioꝛes fuerimus pꝛepoſitis noſtris et patribus: intantū obediet deus oꝛationibus noſtris. Pareat igitur lꝛm̄e ſuperioꝛi tuo quiſcunqꝫ vel qualiſcūqꝫ ipſe fuerit loco dei tibi pꝛepoſito et vt breuit᷑ dicam: quicquid tibi ſiue in pꝛohibēdo. ſiue iubendo iniunxerit. ꝙ tamē ſecundum deū fuerit. non aliter accipias. quam ſi a deo audiſſes. Caue tibi a negligentia quam parit obliuio et maxime ſicut a moꝛte: ſic caue tibi a contemptu. cuius cauſa eſt omnis peccati initium elatio. In pꝛeceptis nanqꝫ etiam que minima videntur. nec excuſari negligentia pōt cum peccatum ſit. nec ſine graui pena dimitti debet contemptus cum crimen ſit. Et vt hoc tibi lꝛm̄e manifeſtius pateat attende diligenter quod beatus Bernardus declarat dicens. Si iubente ſenioꝛe vt ſileam verbum michi foꝛte per obliuionem elabit᷑ reum me confiteoꝛ inobediētie: ſed venialit᷑. Si ex contemptu ſciens et deliberans ſponte i verbo pꝛoꝛumpero et rupto ſilētii legē ꝑuaricatoꝛem me conſtituo etiam criminaliter. Et ſi impenitens perſeuero vſqꝫ ad moꝛtem pecco etiam dampnabiliter. Idem. In obediendi ratione: hec gnālis regula teneatur vt in difficilioꝛibus quidem agendis obediētioꝛ gratioꝛ ꝙ ꝑuaricatio grauioꝛ iudicetur et in facilioꝛibus minuſqꝫ oneroſis contemptus dampnabilioꝛ: ꝙ actus laudabilioꝛ eſtimetur. Idem. Melius eſt obedire deo ꝙ hominibus: et ipſis melius magiſtris ꝙ diſci-

pulis. Porro in magiſtris: melius noſtris q̄
extraneis. Quibus autem conſtat melius:
ipſis proculdubio non obedire deteſtabilius
eſt. Sicq; obedientie modus ſecundum Au-
guſtinum ſeruādus eſt. vt malis in bono nō
contradicamus: et bonis in malo non conſē-
tiamus: ſed et ſi quis aliquo euentu inobedi-
ens deo vel eius vicarijs aut regule extitit ne
quaq̄ deſperare debet: ſi tamen conſiliū pe-
nitētie ſeruare voluerit. hinc Bernardus ait
Solum illum cēſuerim fregiſſe votum: vio-
laſſe propoſitum: preuaricaſſe pactum. qui
et preceptum contempſerit et remediū. Nā
illum ſane dico ſecurum: qui etiam ſi inter-
dum obedire preterierit: conſilium non re-
ſpuit penitentie. Notandum vero eſt quia
vt iohannes Caſſianus in collatione abba-
tis Moyſi dicit nullo vicio tam p̄cipitē mo-
nachū diabolꝰ pertrahit ac perducit ad mor-
tem q̄ cum eum neglectis conſilijs ſeniorum
ſuorum iudicio ꝑſuaſerit diffinitioniq; pro-
A prie conſidere. Obedientia eſt quaſi quoddā
martyrium. vnde et Grego. ait. Tanto de-
um quiſq; citius placat: q̄to repreſſa arbi-
trij ſui ſuperbia. gladio precepti ſe immolat
Obediens quaſi proprium caput ſibi ampu-
tat pro chriſto et caput ſibi chriſtum conſti-
tuit. vel eum qui in loco eius eſt: ſcilicet p̄la-
tum. Qui autem martyrium pro chriſto ſu-
ſtinet vnam voluntatem ſibi amputat ſcili-
cet voluntatem viuendi: ſed obediens ampu-
tat omnem voluntatem. Dixit autē abbas
ypperitius: quia miniſterium monachi eſt
obedientia. Quā ſcilicet obedientiam q̄ poſ-
ſidet: quod poſtulat exaudietur. et cum fidu-
cia crucifixo aſtabit. Etenim ſic deus venit
ad crucem: factꝰ ſcilicet obediēs vſq; ad mor-
tem. hec in vitis patrum. Item dicebant ſe-
nes quia ſi habet quis in aliquo fidē ⁊ tradit
ſe ei ad ſubiectionē: nō debet attēdere in mā-
datis dei: ſed patri ſuo ſpirituali omnem vo-
luntatem ſuam cōmittere: quia illi per om-
nia obediens non incurret peccatum apud
deum. Item in vitis patrum dicebant ſenes
Quia nichil ſibi querit deus ab his qui pri-
mitias habent cōuerſatiōis: quomodo obe-
dientie laborent. Item ibidem legitur ꝙ duo
fatres carnales venerunt habitare in quodā
monaſterio: ex quibus vnus erat preclare cō-
tinentie: et alter obedientie magne. Cui pat̄
monaſterij dicebat fac hoc: et faciebat: ⁊ fac
illud et faciebat: et manduca mane et mādu-
cabat. De qua re magnam opinionē in mo-
naſterio habebatur ꝙ ita obediens exiſtebat
Frater autem eius continēs inuidebat ei: et
dixit intra ſe. Ego probabo iſtum: ſi habet
obedientiam. Et accedēs ad patrē monaſte-
rij. dixit ei. Mitte mecum fratrem meum vt
eamus alicubi. Et dimiſit eos abbas ire. Et
aſſumēs eum: frater ille abſtinēs: voluit eū
probare. Et cū veniſſent ad flumen vbi erat
multitudo de cocodrillis dixit illi. Deſcende
in flumen et tranſi et ille mox deſcendit: ve-
nerunt autem cocodrilli ⁊ lingebant corpus
eius in nullo ledentes eū. Quod cum vidiſ-
ſet frater eius: dixit ei. Aſcende de flumine.
Et cum iter agerent inuenerūt corpus hu-
manum iacens in via. Et dixit abſtinens il-
le ad fratrem ſuū. Si haberemus aliquid ve-
tuſtum: iactaremus ſuper corpus iſtud. Et
reſpondens ille obediēs frater dixit. Magis
oremus: et forſitan reſurget. Et ſtantes ad
orationem et orantes attente: ſurrexit mor-
tuus ille. Quo facto: gloriatus eſt ille abſti-
nens frater: et dixit. Pro abſtinētia mea: ſu-
ſcitatus eſt mortuus hic. Omnia autem hec
reuelauit deus abbati monaſterij eorum: et
qualiter temptauerit fratrem ſuum de coco-
drillis et quomodo ſuſcitatꝰ eſt mortuus. Et
cum rediſſent ad monaſteriū: dixit abſtinen-
ti illi. Quare ita feciſti fratri tuo? Ecce iſti ꝑ
obedientia illius: mortuus ille ſurrexit.

¶ De dictis ſanctorum ad deteſtationem inobedientie. Capitulū. xj.

INobediens ſecundum Auguſtinum B
ſimilis eſt diabolo qui ſecundū ſe ip̄m
et non ſecundum deum viuere voluit. vnde
et Gregorius ait. Qui faſtidit ſubeſſe diabo-
lum imitatur pro inobediētia dampnatū.
Sunt enim multi religioſi: qui malūt habe-
re ſuperiores ad ſuam voluntatem: q̄ econ-
uerſo. hinc legitur in vitis patrum de quodā
abbate reſpondente cuidam dicenti. vellem
habere abbatem. iuxta voluntatem meam ⁊
cum eo manere. Cui reſpondens abbas: di-
xit. Tunc velles ſemper preeſſe et nunq̄ ſub-
eſſe. hinc et Bonauentura conqueritur di-
cens. Queſo vt mihi dicas (quis eſt ille) qui
velit habere prelatum ad precipiendum et
non potius ad ſeruiendum. Iam nolumus
prelatorum volūtatibus aſſentire: ſed volu-
mus vt voluntates noſtras debeant in omi-
bus adimplere. Iam non cogitamꝰ quomo-
do poſſumus eorum voluntati noſtram vo-
luntatem perfectius ſubiugare: ſed excogi-
tamus quomodo poſſumus eis in omnibus

reſiſtere et ad faciendum ꝙ cupimus eos coartare. aut ad remedium quod nobis iniungunt: excuſare vel alias palliare: aut diligenter inueſtigamus: quomodo non teneamur eis in hoc vel in illo aliq̃tenus obedire. Quid ergo de obedientia gloriamur. cur non potius de noſtra ſuperbia confundimur. Nunquid viri contemplatiui poſſumus nominari. Timeo nec etiam chriſtiani: ſed potiꝰ imitatores luciferi poſſumꝰ et demoniaci appellari. Quomodo enim chriſtianus dici poteſt qui chriſto contraria nititur adimplere. Nunquid chriſtus conſiderauit ꝙ ipſe erat deus. et ſecũdum humanitatem dei gratia et ſcientia plenus: imo q̃ cum ad animam iam beatus: qui vtẽ virginis et iam Joſeph erat ſubditus in ſoluendo etiam didragma: ſeruis demonum voluit obedire. Nos ergo ſumus ſepulchra dealbata ypocriſi plena: et oſſibus mortuorũ hominibꝰ exterius apparẽtes humiles: interius tumore ſuperbie vegetamur. A hinc et Bernardus de cõmendatione ſancti Pauli perfecte obedientis poſtq̃ a domino proſtratꝰ eſt: ſic in eius perſona dicit. Domine quid me vis facere: hoc plane fratres: perfecte conuerſionis ſeu obedientie eſt forma. Paratum inquit cor meũ deus: paratꝰ ſum et non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua. Domine quid me vis facere? O verbum breue: ſed plenum: ſed viuũ et efficax: ſed om̃i acceptiõe dignum. Quam pauci inueniuntur in hac perfecte obedientie forma. qui ſuam abiecerint volũtatem et ne ipſum quidem cor proprium habeant vt non quid ipſi: ſed quid dominꝰ velit om̃i hora requirant dicentes ſine intermiſſiõe. Domine q̃d me vis facere. Et illud Samuelis. Loquere domine: quia audit ſeruus tuus. Heu plures habemus illius euangelici ceci: q̃ Pauli conuerſi imitatores. Quid vis ait dñs ad cecum illum: vt faciam tibi. vere cecus erat ille: quia non cõſiderauit. non expauit non exclamauit. Abſit hoc domine: tu magis dic. quid me facere velis ſic enim decet. Sic omnino dignum eſt: non meã a te. ſed a me tuam queri et fieri volũtatem. Sed heu multorũ vſq; hodie puſillanimitas et peruerſitas exigit: vt ab eis queri oporteat: quid vis vt faciam tibi: non ipſi querant domine quid me vis facere? Conſiderare neceſſe habet miniſter et vicarius chriſti: quid ſubiecti ſibi precipi velint. non ipſi ſubiecti conſiderant que volũtas ſit preceptoris. Non eorum eſt obedientia plena: non in om̃ibus parati ſunt obſequi: non per om̃ia ſequi ꝓpoſuerunt eũ: qui non ſuam ſed patris venit facere volũtatem. Diſcernũt et diiudicant: eligentes in quibꝰ obediant imperãti: imo in quibus preceptorem ſuum obedire neceſſe ſit eorum voluntati. Huiuſmodi itaq; et ſi tollerari ſe videãt et cõdeſcẽdi eos infirmitati ſue: ꝓficiant obſecro pudeatq; ſemꝑ ꝑuulos inueniri ne forte audiant quid debui vobis facere q̃ non feci: et abutentibus patientia prelatorũ q̃ benignitate fiat tandẽ multitudo exhibite miſerationis cumulus iuſte dampnationis. hec Bernardus. B Obediẽtia preſtat deo obſequium acceptiſſimũ. vnde et ſcriptura ait. Nunquid dominus vult holocauſtomata et victimas: et non potius vt obediatur voci domini: melior eſt enim obediẽtia q̃ victima. Contingit autem nõnunq̃ inobedientẽ prelato ſ hec vel ſimilia verba prorumpere et quaſi de ſua rebellione aduerſus prelatum illata dicere. Quam conſtãter illi reſtiti: q̃ bene non acquieui: quanta auctoritate reſpondi. Putabat ꝙ me ſemper illi humiliare deberem. Quod qui facit: diabolo ſe tradidiſſe captiuum conſtat. qui de hominũ vicijs et paſſionibus ac ꝑditiõe letatur. Et tali aie euenit illa ſentẽtia peccator adijciet ad peccandum. Verbi gratia. Mali cuiuſlibet aut obtrectationis paſſio: me impugnare cepit. Si non me ſtatim penitudo huius momordit: cras tãta mihi huiꝰ vicij facilitas veniet. et quedã ſuauitas vt reuocare me ab illo: et continere nõ poſſum. Ita enim euenit. vt qui primo tempore emendare noluit incipiat in ſequẽti nec velle nec poſſe verbi gratia. Sup hic acquieſcere cepi. regulam violaui ſeniorem offendi iuniorẽ ſcandalizaui. Si non me ſtatim penituit tam grauiter fuiſſe prelapſũ: ita de die in diem libẽtiſſime me rapiet ipſa violentia cõſuetudinis et impetus paſſionis: vt iã nec delinquere me itelligam. nec peccare me ſentiam. Obſcurat enim ac obruit intellectum onus delicti: et aſſiduitas delinquendi. C vnde ſciẽdum ꝙ cum inobedientia captiuam illaqueauerit mentem: ſtatim itollerabilia atq; impoſſibilia facit etiam illa que parua et leuia ſunt. Et ſane dubium non eſt: ꝙ inobedientibus vires diuinitus ſubtrahuntur. Et ſicut ille qui non habet in ſe neceſſariã fidei deuotionem etiam quod habebat aufertur ab eo: ita inobedientia obdurat animũ quẽ ſemel ceperit vt ad ſuſcipienda precepta nec auctore nec ratione flectatur: ſed ꝙ peſſimum eſt ſibi ſoli credat et pro omni ratione intentiones ſuas ſequatur: et hoc ſolum rectum putet quod obdurato corde conceperit ſimilis illis effectus de quibus ſermo diuinus pronunciat dicens. Itinera inſipientiũ recta in cõſpectu eorum. Et iterũ. Sunt vie que videntur eſſe hominibus recte: ⁊ nouiſſima eorum veniũt ad profũda inferni. Quã obrem qui vult tuta eſſe opera ſua vel recta in conſpectu dei: nichil obedientie preferat: nichil penitus anteponat. ſiue ſit ſenior ſiue iunior. Nullus autem ſenior tam indoctus appareat: vt putet ꝙ eum non deceat obedientia: que deum decuit. Sed magis q̃tũ ſenior eſt: tantum plus debet ſtudere edificationi et perfectioni. hec Ceſarius epũs.

De errore eorum qui dicunt obediendum eſſe deo et non hoĩbus. Cap. xij.

A Falſitas huius erroris facile manifeſtari poteſt: his qui vetus ⁊ nouum teſtamentum nouerunt. In veteri enim lege iubentur occidi. qui imperio ſacerdotis vel p̃ncipis vel parentum inobedientes extiterint. De primo ſic ſcribitur ĩ deuteronomio decimoſeptimo. Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio morte moriatur. De ſecundo habetur in libro Joſue. Qui cõtra dixerit ori tuo et non obedierit cunctis ſermonibus quos preceperis ei: morte moriatur. De tertio quoq; habetur in deuteronomio. xxi. Si genuerit homo filiũ cõtumacẽ qui non audiat patris et matris imperium: et coercitus obedire noluerit vel cõtempſerit: lapidibus obruet eum omnis populus: Teſtimonijs etiam noui teſtamenti: huius erroris falſitas manifeſte poteſt oſtẽdi. Nã paulus ad romanos decimotertio ait. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eni eſt poteſtas niſi a deo. Que autem ſunt: a deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit p̃tãti dei ordinatiõi reſiſtit. Qui aũt reſiſtũt ipſi ſibi dãpnationẽ acq̃rũt. Itẽ ad ephe. vi. Filij obedite prepoſitis veſtris ĩ domino hoc enim iuſtum eſt. Itẽ ibidem. Serui obedite dominis carnalib⁹ cum timore ⁊ tremore ĩ ſimplicitate cordis veſtri. Itẽ ad titum tertio. Admone illos principib⁹ ⁊ poteſtatibus ſubditos eſſe. Item ad hebreos. Obedite prepoſitis veſtris: et ſubiacete eis. Hinc etiã petrus in p̃ma ſua epiſtola. ij. ait Subiecti eſtote omni humane creature: propter deum ſiue regi quaſi precellenti ſiue ducibus tanq̃ ab eo miſſis. Item ibidem. Serui ſubditi eſtote ĩ omni timore dominis veſtris non tantum bonis et modeſtis ſed etiã diſcolis. Unde et dominus ihẽ ait. Qui vos audit me audit: qui vos ſpernit me ſpernit. Item Amen dico vobis quecunq; ligaueritis ſuper terram erunt ligata et in celo: et q̃cunq; ſolueritis ſuper terram: ſoluta erunt ⁊ in celo. Patet ergo ꝙ obediendũ fuit apoſtolis ſicut chriſto tanq̃ eius vicarijs ⁊ a conſequẽti ſucceſſoribus eorum obediendũ eſt tã q̃ xp̃i vicarijs. Si quis vero errore decept⁹ dicit ꝙ obediẽdũ fuit apoſtolis tanq̃ chriſto ſed nõ eorum ſucceſſoribus. ergo chriſtus receſſurus ab eccleſia ⁊ aſcenſurus in celũ. nõ ſufficienter ordinauit de ea. ſi non ordinauit de ea niſi q̃ diu apoſtoli viuerent. Abſit hoc procul a corde credentium. Liquet ergo ꝙ ſucceſſoribus apoſtolorum obediẽdũ ſit. Et ſi quis dicat hominibus bonis obediendũ eſſe ⁊ non malis. patet hoc falſum eſſe, ex verbis xp̃i in euangelio math. xxiij. dicẽtis. Super cathedrã moyſi ſederunt ſcribe et phariſei. Omnia ergo quecũq; dixerint vobis ſeruate et facite. Secũdum vero opa eorũ. nolite facere. Dicunt enim et non faciunt. hinc ⁊ petrus in p̃ma epl̃a. ij. ſua ait. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis. nõ tm̃ bonis ⁊ modeſtis. ſed etiam diſcolis. Si tantũ bonis eſſet obediendũ. iuriſdictio eccleſie. nichil haberet certitudinis. Neſcitur enim quis ſit bonus. q̃s malus vñ ſcriptura dicit. Sunt iuſti atq; ſapientes ⁊ opa eorum in manu dei. ⁊ cum neſcit homo vtrũ amore an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruantur ĩcerta. Item iuriſdictio eccleſie nihil haberet ſtabilitatis. Ille enim qui nunc eſt bon⁹: in momento pot̃ fieri malus. ⁊ iam non erit ei obediẽdum. ſi malis non ſit obtemperandũ. Qua propter ſicut pictor fedus depingit ſtatuam pulcram. nec vitium pictoris ſtatuã deturpat: ſic ⁊ prelatus malus põt facere vel iniungere preceptum bonum. Nec eſt periculum hiis q̃ ſubiecti ſunt. ſi obediant prelato malo in eis in quibus obedirent prelato bono. Si quis vero culpe vel periculi eſt in eo qđ alicui iniungitur: ſuperioris eſt cuius ſenſui ⁊ voluntati ſubditus innititur: niſi manifeſtum ſit peccatum illud ꝙ ei iubetur. Si vero prelatus malus precipiat malum: tunc plane non eſt obediendum.

De paupertate ⁊ de diſtinctione eorum qui vere ſunt pauperes et qui non et qui ſunt vere diuites et qui non. Cap. xiij.

B Si vis inquit dominus perfectus eſſe: vade et vende oīa que habes ⁊ da pauperibus et veni ſeq̄re me: contēpne diuitias et eris locuples: contempne gloriam et eris glorioſus. Multi ꝓpter diuitias in diſcrimine venerunt: multis exiciabiles fuerunt diuitie multis mortē gñauerunt opes. Nunq̄ mētis requiē habet qui curis terrenis ſe ſubdit. Sollicitudines enī rerū mentē conturbāt cure mentē exagitant. Si ergo vis eſſe quietus nil ſeculi appetas. Semper requiem habebis mentis: ſi a te mundi curas abieceris. Semper interna frueris quiete ſi te a ſtrepitu terrenarum rerum ſubtraxeris. Qui terrenis curis ſe implicat: a dei amore ſe ſeparat. Quicunq̄ voluerit eſſe amicus huiꝰ ſeculi: inimicus dei conſtituetur propter deū ergo renuncia omnibus. Abiice a te quicquid impedire poteſt bonum propoſitum. Contempne viuens que poſt mortē habere non potes. Hec yſidorus.

C Contempnere mundū eſt cuncta tranſitoria ſine amore eorum hāc vitam tranſire: in via nihil preter deum querere de omnibꝰ vanis gaudijs et ſolatijs nō curare: vix neceſſaria accipere: et ſi aliquādo deſint letanter ferre. Iſte eſt mundi contemptus: hunc habe ſi non vis eſſe ꝯtemptꝰ. Nemo quippe ſaluari poterit: niſi mundum et omnia que in illo ſunt deſierit amare. Superflua querere eſt vilis cupiditatis: neceſſaria retinere eſt infirmitatis: ſed omnia relinquere eſt perfectionis. Chriſtus ad exemplū noſtrum pauperem vitam in via duxit: quia ſciuit illos qui diuitijs et delicijs hic abundāt: difficile intraturos in regnum celorum. Unde vt auidius et feruentius paupertatē homines amplexarentur ſummū honorem his qui ꝓpter eum omnia relinquerent et ipſum ſequi vellent ꝑmiſit: ſcʒ iudiciariā poteſtatem dicens. Uos qui reliquiſtis omnia et ſecuti eſtis me: ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus iſrael. Unde ⁊ gre. ait. Quiſquis ſtimulo diuini amoris excitatus: hic poſſeſſa reliquerit illic ꝑculdubio culmen iudiciarie poteſtatis obtinebit: vt ſimul iudex cum iudice veniat: qui nunc conſideratione iudicij ſeſe ſpontanea paupertate caſtigat. Hinc et ſanctus Edmundus epiſcopus in ſpeculo ſuo ita ait. Diuiti poſſūt pauperes eſſe de gaudio celi: ſicut ſūt de vna re quam tenent in manibus. Modo ſcio inquit prefatus Edmundus: ꝙ deſideras cognoſcere quis eſt vere pauper: et quis non. Et quis eſt vere diues et quis non. Audi ergo. aliqui ſunt qui habēt diuitias et illas amant: ⁊ huiuſmodi ſunt auari et cupidi huius mundi. Aliqui ſunt in diuitias non habent: illas tamen amant: atq̄ libenter vellent habere: ⁊ huiuſmodi ſunt miſeri mendici huius ſeculi et mali religioſi. Et iſti ſunt ita diuites ſicut illi qui diuitias habent et illas amant. Et de talibus chriſtus loquitur ī euangelio dicens. Facilius enim eſt camelū per foramen acus tranſire: q̄ diuitem introire in regnum celorum. Et quidam ſūt qui diuitias habent: illas tamen non diligunt. Attamen illi volunt illas bene poſſidere: iſti ſunt probi homines iſtius mundi: qui bene omnia expendunt: et de illis modicum ſibi retinent. Alij vero ſunt qui habent diuitias non tamen illas amant: nec habere deſiderant: qui vtiq̄ pauperes eſſe eligerunt: ſed iuſſu diuino aliter factū eſt: vt principes terre conſtituerentur et diſpenſatores rerum eccleſiaſticorum pro alijs: ſed a ſe paupertatis propoſitum nō abiecerunt. Unde tanto laudabiliores paupertatis ſectatores exiſtunt: q̄ro et in diuitijs ab eius amore non ſeparātur. Iſti ſunt ſancti homines et religioſi: et iſti ſunt vere pauperes: ⁊ ipſorum eſt regnū celorum. Unde chriſtus in euangelio dicit. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum celorum: hec eſt benedictio pauperum. Oportet igitur ꝙ diuites habeant cōtrarium illius benedictionis. Et ſi beati ſūt pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Tunc poſſum iſto modo dicere de diuitibus. Maledicti diuites ſpiritu quoniam ipſorum eſt pena inferni. Diuites ſunt qui diuitias habent et eas amant: vel habere cupide deſiderant. Pauperes ſunt q̄ habent paupertatem et illam diligunt aut q̄ poſſident diuitias et diligunt paupertatem et diuitias cōtēpnunt. Hic ſanctus Edmundus. Hinc etiam Auguſtinus ait. O fratres mei eſtote pauperes non ſolum verbo: ſed etiam opere et veritate attendentes quid nobis ſaluator in euangelio dicit. Ait enim. Beati pauperes ſpiritu. Non beati qui ſub dura et grandi neceſſitate paupertatem patiuntur: quia tales murmurant: detrahunt inuident habentibus rapiunt et furantur: et ſi nō opere ſaltem voluntate hec adimplere conā tur. ideo tales bonos non appellat ſaluatoꝛ: quia non pauperes: ſed miſeri ſunt predicādi. Quare: quia de tempoꝛalibus anguſtijs educti ad eternas miſerias deputati ſūt. vbi non ſolum beatitudinē habere non poterūt A ſed nec guttam aque inuenient. Beati ergo pauperes ſpiritu: ſed non pauperes ſe ſimulantes. Tales ſunt ypocrite: paupertatem a foꝛis pꝛedicantes: nullam tamen neceſſitatem ferre volētes. Tales in cunctis ſuis operibus ſperant reuerentiam honoꝛis: gloꝛiaꝫ laudis a melioꝛib⁹ metui et venerari vt de⁹ ſancti ab omnibus vocari deſiderant. Sola voce paupertatem et abſtinentiam pꝛedicāt ſed digito ſuo non cogitant ea mouere. Hic Bernardus ait. Videmus autem aliquos pauperes qui ſi veram haberent paupertatem: non adeo puſillanimes inuenirentur ⁊ triſtes: qui pauperes eo pacto eſſe volūt: vt nihil eis deſit: ⁊ ſic diligunt paupertatem: vt nullam inopiam patiantur. In deſerendo que mundi ſunt: et imitando que chꝛiſti ſunt: iudicāt eſſe perfectionem. Non enim omnes qui ſua derelinqūt chꝛiſtum ſequuntur. Nam nonnulli ſunt peioꝛes poſt deſertionem ſuoꝝ ꝙ̄ antea fuerūt. Tūc enim deſeruiūt detractioni pꝛimoꝛum bonā famā auferre non pertimeſcūt. Quomodo putas talibus diabolus illuſit: q̇ nec deū habēt nec mūdū quos ꝑ diuerſa deliramenta deducit ad eterna toꝛmenta. Intelligēs ꝗ̄ dicta ſunt ꝑ aliā viā accipias paupertatē Cū dicit vade ⁊ vēde oīa tibi. Nota immutationē affectuū ⁊ cogitationū vt q̇ pꝛi⁹ ſupb⁹ fuerat iā hūilis deueniat: iracūd⁹ mitis inuid⁹ caritatiu⁹ cupid⁹ largius diſcrete. Et ſi immūdus extiterat nō ſolū ab omi malo: ſed ab oī ſpecie mala ſe abſtinere cōtendat. Si aūt in aliquo ꝑ cibum vel potū exceſſerat deinceps per ieiunium emēdet. Qui vero mundū nimis amauerat: iam ad amoꝛem chꝛiſti ſe totum colligat: et omēs diſperſiones coꝛdis in vno deſiderio eternoꝛuꝫ ligat. Sic nimirū fructuoſa erit illi volūtaria paupertas et anguſtia quā B pꝛopter deum patitur coꝛona glorioſa. Nota tamen ꝙ quidam ſunt qui mutant tunicam: et non animā imo diuicias videntur deſerere: et innumerabilia vicia non ceſſant cōgregare. Tu vero ſi omīa pꝛopter deum deſeris: vide magis quid cōtempſeris ꝙ̄ quid relinquis. vide diligenter quomodo chꝛiſtū: imiteris in moꝛibus. Diſcite inquit a me: quia mitis ſum et humilis coꝛde. vnde et pſitorus ait. Si ita quis renunciet: aut omnibusꝫ vt ſuis non renūciet moꝛibus non eſt chꝛiſti diſcipulus. Qui igitur relinquere diſponis omīa: te quoqꝫ inter relinquenda numerare memento. Immo vero maxime et pꝛincipaliter abnegā temetip̄m: ſi deſideras ſequi eū qui ait. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetip̄m: et tollat crucem ſuā ⁊ ſequatur me hinc Gregoꝛius ait. Ecce nunc qui ſuperb⁹ fuit ſi conuerſus ad chꝛiſtū humilis fact⁹ eſt ſemetip̄m reliquit. Si luxurioſus quiſqꝫ ad cōtinentiam vitam mutauit abnegauit vtiqꝫ quod fuit. Si auarus ambire iam deſijt ⁊ largiri didicit ꝓpꝛia. qui pꝛius rapiebat aliena pꝛoculdubio ſemetip̄m reliquit. Sciendū tamen ꝙ paupertas per ſe nō eſt virtus: ſed magis miſeria / nec pꝛopter ſe laudabilis: ſꝫ quia eſt inſtrumentū virtutis: et ad beatitudinem acquirendā adiuuat ⁊ facit vitare occaſiones peccandi ꝙ ib laudabilis eſt ⁊ optabilis. Facit enim hoīem nō honoꝛari. Quis virtuoſus ſit ſed deſpici ⁊ confundi et abici inter ſeculi amatoꝛes: que oīa ſuſtinere pꝛo xp̄o ſumme meritoꝛium eſt. Quid enim eſt paupertas ſpūs: niſi hūilitas mentis? Qui ergo paupertatem habent etiam ſpontaneā ⁊ carent humilitate ⁊ manſuetudine: miſerabilioꝛes ſunt hijs qui oībus diuicijs abundant. nec accipient in iudicio ſedē apoſtolice dignitatis: ſed induentur diploide confuſionis: que eſt damnatiō aīe ⁊ coꝛpoꝛis. hinc aug⁹ ait. Quid ꝓdeſt diſpergendo pauꝑib⁹ dare ⁊ pauperem fieri. cū aīa miſera ſupbioꝛ efficitur diuitias contempnēdo ꝙ̄ antea fuerat poſſidendo. Qui autē hūilitate ⁊ manſuetudine pollent ꝙuis multas diuitias poſſideant: tū ad dexteraꝫ xp̄i cū iudicaturis ſtatuētur. Dicunt enim quidam. Omnia relinq̄re non poſſumus: iſtrini ſumus neceſſaria nobis retinere opoꝛtet vn̄ viuam⁹ et licitū eſt hoc. Sed minus valent: qꝛ anguſtam paupertatem et penuriam pꝛo deo ſuſtinere nō audent. poſſunt tū ad culmen virtutum ꝑ dei gratiam attingere et ad contemplationē ſupnoꝛum ſe leuare. ſi occupatiōes et ſecularia negotia deſerant et ad oꝛandum. meditādū ꝙ indefeſſe aſſurgunt. atqꝫ ea que habent nō amando poſſideant. ſed poſſidendo relinquāt Sed audiamus apoſtolū dicentem. Scitis C gratiam domini noſtri iheſu xp̄i. qꝛ pꝛopter vos cū eſſet diues. egenus fact⁹ eſt. vt illius inopia diuites eſſetis. Magna ergo eſt abuſio et nimis magna. vt diues eſſe velit ſeruus cuius vilis, propter quem deus maieſtatis & dominus ſabaoth voluit pauper fieri: xp̄s paupertatem elegit, ergo eſt nobis eligenda. Si quis aliud predicauerit: licet angelus de celo anathema ſit. Naſciturus nanqꝫ dei filius in cuius arbitrio erat quodcunqꝫ eligere vellet tempus: elegit quod moleſtius eſt preſertim paruulo & pauperis matris filio: que vix pannos habebat ad inuoluendum: preſepe ad reclinandum. Et cum tanta eſſet neceſſitas nullā audio pelliū fieri mentionem. Primus adam pelliceis veſtiebatur tunicis ſecūdus pannis inuoluitur. Non eſt tale iudiciū mundi aut chriſtus fallitur: aut mūdꝰ errat: ſed diuinam falli impoſſibile eſt ſapiētiā. Merito inde & carnis prudentia mors eſt. Si quidem et ipſa inimica eſt deo: et ſeculi ſapientia ſtultitia nominatur. Quid eſt xp̄s elegit vtiqꝫ quod carni moleſtius eſt: id ergo melius: id potius eligendum eſt. Quiſquis autem aliud doceat vel ſuadeat: ab eo tanq̄ a ſeductore cauendū. Chriſtus pauper fuit in proceſſu pauperior in progreſſu pauperrimus in fine pauperes elegit diſcipulos et regnum celorum promiſit pauperibus.

Querat igitur diuitias paganꝰ qui ſine deo viuit: querat iudeus qui terrenas poſſeſſiones accipit: ſed qua fronte magis autē qua mente chriſtianꝰ diuitias querat: poſtq̄ xp̄s beatos eſſe pauperes in principio doctrine C ſue predicauit. Hec Bern. Qui autem ſtatū voluntarie paupertatis aſſumpſit ſciat pro certo q̄ q̄diu eius dilectio illaqueat adheret & q̄ſi iuiſcat cupiditate alicuius boni terreni qd iam habet vel habere vellet: non poterit habere nec ſentire veraciter purā dilectionem dei. Contraria enim ſunt cupiditas mundi: & amor dei: nec in eodem ſimul requieſcunt. Quāto ergo profundius cupiditatem ab animo expuleris: tanto magis amorem diuinū guſtabis. Quāto maior cupiditas: tanto minor caritas. Hinc gre. ait. Magna ſecuritas cordis eſt nil concupiſcētie ſecularis habere. Qui nihil habet q̄ diligat: nihil ē in mūdo q̄ pertimeſcat: habentes ergo ſcḋm q̄ apoſtolus dicit alimenta et quibus tegamur his cōtenti ſimus. Que quidem apoſtoli verba licet vniuerſaliter omnibus chriſtianis dicta ſint p̄cipue tamen ad religioſos pertinere noſcūtur. D Qui ſi eadem apoſtoli verba recte intellecta opere adimplerent: ſolis neceſſariis cōtenti ſuperflua ſeu curioſa non quererent. Si autem quis querat que ſint illa neceſſaria quibus religioſus debet eſſe contentus: non meam in hoc: ſed venerabilis Bonauenture ſententiam audiat dicentis. Scio q̄ q̄ in monaſterio conſtitutus paupertatem profeſſus es et nihil proprium habere potes. De quo gratias age deo tuo et ipſam paupertatem inuiolabiliter ſerua. Sed vlterius te aſcendere volo: q̄ tamen a profeſſione tua non diſcrepat: quinimo profeſſio ipſa ſine hoc intellectu verbalis eſſet et vacua. Dico ergo de illa paupertate que radicatur i corde. Virtutes enim in anima collocāde ſunt non in exterioribus. Optime ergo profeſſionem paupertatis imitaris: ſi conſentias.

Nam ſi rerum penuriam exterius pateris: quia forte non abundas vt ſenſualitas vellet: et interius cupiditatem habeas et pluſq̄ neceſſe ſit deliberato animo nō appetas: nō viuis in paupertate: ſed in egeſtate: quia nō eſt hec paupertas virtuoſa et meritoria. ſed egeſtas laborioſa et demeritoria. Sufficit eſt ad perdendum meritum & ad omne peccatū perpetrandum: concupiſcentia cum conſenſu. Et cum tali paupertate: nō credas te poſſe aſſurgere ad orationem vel contemplationem vel centuplum conſequi retributionem. Quomodo eni cor terrenarum cupiditatū pondere aggrauatum ſurſum poterit aſcēdere. Et quomodo cor ipſum luto & fece coinquinatum et terrenum et groſſum effectum ad dei & celeſtium puritatem poſſet propinquare. Igitur cordē diligas paupertatem p matre illam aſſume. Placeat tibi decor eius & delecteris in ea: & cum iocunditate animi: et cum tranquillitate pauſa in ea: nunq̄ per aliqua ipſam ledere velis. Nihil habeas & nihil habere velis vltra neceſſitatem. Et ſi queris que erit illa neceſſitas. Reſpondeo q̄ q̄to intimiꝰ paupertatem dilexeris: tāto ſubtilius de neceſſitate iudicabis. Illa nāqꝫ neceſſaria ſunt ſine quibus eſſe nō poſſumꝰ. Vide igitur ea ſine quibus eſſe cōmode potes & illa nec habere: nec petere: nec procurare: nec a ſponte dantibus recipere velis. hec Bonauētura de vita chriſti. Imitemur ergo quoad poſſumus eum qui dilexit ſic paupertatem: vt q̄uis in manu eius eſſent omnes fines terre non habuit vbi caput ſuum reclinaret.

¶ De contemptu diuitiarū et de bona volūtate qua deo nil ditius offertur atqꝫ de quadruplici cauſa contēptus diuitiarū necnō & de tribus gradibus paupertatis. Cap. xiiij.

A Contemptus diuitiarum opponitur auaritie rerum temporalium. Sed ſciendum ꝙ contemptus diuitiarum triplex eſt. ſ. cum aut liberaliter effundunt in pauperes ꝑ opera mie. vel cum ad cultum dei amplificandum vel deſcendendum largiter expenduntur: aut cum penitus recuſantur propter deum. Nemo tamen cum quoſdam conſpicit multa reliquiſſe: apud ſemetipſum dicat Imitari huius mundi contemptores volo: ſed ꝙ relinquam non habeo. Multa fratres relinquitis: ſi deſiderijs carnis renunciatis. Exteriora noſtra dño quamlibet parua ſufficiunt. cor nanq; ꝛ non ſubſtantiam penſat. Multam reliquit qui ſibi nihil retinuit. Multum reliquit: qui cum re poſſeſſa etiam concupiſcētijs renūciauit. Multum reliquit ꝗ quamlibet paruū totū deſeruit. Certe nos ꝛ habita cū amore poſſidemus. ꝛ ea que minime habemus: ex deſiderio querim⁹. Multum ergo diuiſit ꝗ deſiderium habendi dereliquit. Regnum dei tantum valet: quantū habes. valuit petro ꝛ andree: dimiſſis retib⁹ et naui valuit vidue: duobus minutis. valuit alteri: calicē aque frigide. Sed fortaſſe nec calix aque frigide ſuppetit. qui indigenti prebeatur. Etiam tunc ſecuritatem nobis promittit ſermo diuinus. Redemptore etenim nato celi ciues cecinerunt dicentes. Gloria in excelſis deo ꝛ in terra pax hominibus bone voluntatis. B Ante dei oculos nunq̄ ē vacua manus a munere. ſi fuerit archa cordis repleta bona voluntate. Nichil quippe offertur deo ditius bona voluntate. voluntas autē bona eſt ſic aduerſa alterius ſicut noſtra pertimeſcere ſic de proſperitate proximi. ſicut de noſtro profectu gratulari. aliena dampna noſtra credere. aliena lucra. noſtra deputare. Amicū non propter mundum ſed propter deum diligere. Inimicum etiam amando tolerare. Nulli qđ pati non vis: facere. Nulli ꝙ tibi iuſte rependi deſideras denegare. Neceſſitati proximi non ſolū iuxta vires conſulere: ſed prodeſſe etiam vltra vires velle. Quid ergo hoc holocauſto locupletius: quū per hoc ꝙ deo immolat: i ara cordis aĩa ſemetipſam mactat. vñ ꝛ aug⁹ ait. Quicqđ vis ꝛ non potes: factum deus computat. Quantū vis tantū mereris Quantū creſcit volūtas tua tm̄ creſcit meritū tuū. Fac ergo magnā volūtatē: ſi vis habere magnū premiū amare nanq; equaliter poſſunt diuites ꝛ pauperes: etiam ſi pecuniam equaliter dare non poſſunt voluntas tū bōa nō eſt: ſi nō operet ꝙ potes. Sꝫ hoc bonū voluntatis ſacrificiū nunq̄ plene ꝑſoluit: niſi mūdi hui⁹ cupiditas ꝑfecte deſerat. Nā quicqđ ī eo cōcupiſcim⁹. hoc procul dubio proximis inuidem⁹ vñ ſācti ꝑdicatores ꝛ qui ꝑfecti vt poſſēt prios ꝑfecte diligere ſtuduerūt ī hoc ſclō nil amare nil vnq̄ appetere. nihil etiā cū appetitu poſſidere. Quatuor aūt de cauſis cōſulit cōtēptus diuiciarū. Prima: qꝛ rerū amor retrahit animū ab amore dei ꝛ patrie celeſtis vñ veritas ait. Nemo pōt deo ſeruire ꝛ mamone. i. diuitijs. Sicut enī diuitie de fundo terre tollunt ita ſuo pondere ad infima terre ſuos trahunt amatores. hoc eſt. ad profundū inferni. hinc enim paulus ait. Qui volūt diuites fieri in hoc ſeculo incidūt in temptationes ꝛ in laqueū diaboli ꝛ deſideria multa et inutilia ꝛ nociua que mergūt hoīes in interitū ꝛ perditionē. Radix enī oīm malorū: eſt cupiditas. Secūda vero cauſa eſt: qꝛ diuitie retardant hoīes a ꝑfectu virtutū. Sicut enī oneratus non pōt velocit currere ſic preſſus mundanis curis nō pōt in ſpū expedite ꝓficere vñ yſidor⁹ ait. Qui in rerū ſeculariū defigit̄ in deo nullaten⁹ delectat. Cure enī rerū: ab intentione dei animū auertūt. Difficile eſt celeſtibus ꝛ terrenis curis pariter deſeruire. A curis ergo ſeculi te ꝓpt deū ſuſpēde. Sine impedimēto ſeculi: deo ſeruire ſtude. Nulla te cura a dei amore ſubtrahat. Nulla te ſollicitudo rerū ab intentione dei ſuſpendat. Tanq̄ defunctus ab oī terreno te priua negocio. hec yſidorus. Si igit̄ vis feſtinare ad celeſtē patriam. Si vis laqueis venantium non teneri. Si vis non comprehendi ī via ꝛ ad captiuitatem vñ euaſiſti non reduci: ꝑice auariciam; extrahe pedem de viciosa cupiditate terrenorū. Et notandum ꝙ ſicut iudei tardi erant ad redeundū in hieruſalē de babilonia eo ꝙ ibidem filios ꝛ vxores ac poſſeſſiones acquiſierant. ſic religioſi tardius celeſtia deſiderant: cū in terrenis ceperint dilatari. Tercia aūt cauſa: quare contempt⁹ diuitiarū cōſulit. eſt ratio mercedis amplioris. Nā quāto minus tibi de terrenis indulges: tanto magis recompenſabitur tibi in celeſtibus de gloria ſempiterna. Beati enim pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Non portio aliqua glorie: ſed tota gloria. Filius aūt dei dans nobis exemplum perfectionis nichil poſſeſſionis voluit habere in terra: non agros domos vel redditus: preter ſolum veſtimentum quem etiam permiſit ſudo crucem ſibi auferri: vt doceret nos omnia relinquere. quod nō tm̄ conſiſtit in non volēdo habere. vel ſponte oīa paupib⁹ tribuendo ſed etiam patienter amittendo: ſi habita vi tollantur quod plerumq; maioris eſt meriti q̄ pauperibus tribuiſſe quia maior eſt virtus illata equanimiter perpeti q̄ ſponte bona operari Non eſt ergo detrahendū paupertati voluntarie propter chriſtū aſſumpte cum etiam ſecundū Jero. melius ſit omnia propter chriſtū relinquere q̄ monaſteria conſtruere et pauperes ſuſtentare. Ait enī ſic ad nepotianum Exſtruis mōaſteria et multus a te pauperū numerus per inſulas dalmathie ſuſtentatur ſed melius faceres ⁊ ſi ipſe fact⁹ monachus et pauper inter ſanctos viueres. quia plus deo facit qui ſe deo totum dat q̄ q̇ ſua tantum largitur. Ad qđ probandum Anſelmus euidens ponit exemplum de duobus ſingulas arbores habentibus quorū vnus dn̄o ſuo dat fructum arboris: ſed arborem retinet ſuo dn̄o. Alius vero dat totam arborem cū fructu: nichil ſibi retinēs et iſte plus meretur et laudatur a dn̄o ſuo q̄ primus Sic et ille perfectius facit qui ſe et omnia ſua deo deuouet: q̄ qui ſua deo tribuit et ſe ipſū proprie voluntati retinet. Et ideo religioſus ſi nichil concupiſcat poſt dimiſſa premiandus eſt tanq̄ ſi multa dimiſiſſet regna. hoc tamē ſciat religioſus: quia nichil proderit pecunias vel diuitias nō habere. ſi voluntas fuerit habendi vel poſſidēdi. Quarta cauſa: quare contēptus diuiciarū cōſulitur. eſt qꝛ tēporalis ſubſtantia multis cōſiderationib⁹ ex ſui natura nō eſt diligēda. cū terra ſit ignobili⁹ elementum inter oīa. Itemq; tēporalis ſubſtantia nō multū neceſſaria eſt. Modicus eī victus ⁊ veſtit⁹ ⁊ tectū: ſufficiūt hoī ꝓ neceſſitate viuēdi. Quod aūt ſupereſt: ſuperfluū eſt. Itemq; temporalis ſubſtantia non multum neceſſaria eſt. Modicus cuꝫ vict⁹ multorum patet inuidie. q̇ libenter eū auferrent habenti: per multas aſtucias. Item qꝛ multo labore et ſollicitudine acq̇rit: ⁊ ſeruatur etiam in periculo vite. Itē quia nō ſatiat appetitum hoīs habētis ſed quo plus habet de ſubſtantia: eo inq̇eti⁹ ſititur. Item qꝛ tam malis q̄ bonis dat ⁊ iō non ſunt feliciores. qꝛ i tpali ſubſtātia abūdāt imo frequēt infeliciores qꝛ i eis occaſio multoꝝ maloꝝ ē. Sapiētis ergo eſt ꝑuipendere qđ vile eſt. et nō multum laborare ꝓ eo qđ parū vtile eſt. et fugere qđ pernitioſum eſt et liberaliter ſpergere: qđ cōſeruatū perit ⁊ diſtributū fructificat ſi in pauperes erogetur. De auaritie deteſtatiōe ⁊ paupertate amplectenda: plures inuenies in pᷓma parte vbi agitur de remedijs cōtra auaritiam. Primus aūt gradus in contēptu diuitiarum: eſt nihil velle habere iniuſti lucri nec per ſe acquiſitū. nec ab alijs datum. vel relictum. ⁊ reddere oīb⁹ debita ꝓ poſſe et de iuſte habitis elemoſinas facere: et nō abuti facultate propria ꝓ peccatum ſuꝑbie. laſciuie. gule et aliorum viciorum. Et ſciendum qꝛ tribus modis videtur quis habere iniuſta bona. ſ. cū aut ipſe male acquiſiuit. quocūq; modo aut datū venditum vel relictum aliqđ ei eſt ab eo q̇ ius in eo non habuit aut cū nocuit alteri iniuſte in rebus: etiam ſi de illis nihil habuit. Secundus gradus paupertatis. eſt nihil velle ſuperfluum habere. ſed ſolis neceſſarijs. eſſe contentum. in victu. veſtitu. hoſpitio. vtenſilibus. obſequētiū famulatu reliqua habita pauperibus erogare. vel non recipere oblata nec acquirere vel ꝓcurare vltra neceſſitatē. vn̄ dn̄s ait. Quod ſupereſt date elemoſinā ⁊ ecce oīa munda ſunt vobis. Sic monachi egipti: ⁊ alij eis ſimiles de labore proprio victum ⁊ veſtitum habentes reliqua pauperib⁹ diſtribuebant. Sed non ſic diues ille auarus de quo in euangelio legitur qꝛ cū videret ſe vberioribus agrorū fructib⁹ ditatū: noluit eſſe contēt⁹. Nā nō dixit diues ſū et abſido: plus non cupio qꝛ nō capio. ſꝫ cogitauit horrea vetera deſtruere ⁊ maiora facere. Prima horrea ſunt neceſſitatis. Sufficit enī naturā ſuſtentare. vt poſſit ad ſeruiēdum deo ꝓcurare ⁊ hanc ſufficientiam docet natura. hec horrea parua ſunt: et paruis implentur. Sed auarus hec horrea deſtruit et maiora facit id eſt concupiſcentie et ſuperfluitatis que nunq̄ implentur. quia ſemper cum plurima habere ceperit et ampliora facere diſponit. ad que horrea non ſufficiunt iam habita: niſi adiciat adhuc plurima. ⁊ ſic cor auarum in infinitum ſolet procedere.

Eſt enim quaſi fouea ſine fundo. q̄ quo amplius recipit plus conſumit. vt nunq̄ videatur impleta de quo videlicet auaro merito ſcriptura dicit. Auarus nunq̄ adimplebitur pecunia. Item. Nichil ſceleſti⁹ q̄ amare pecuniam. Tertius autem gradus paupertatis eſt nihil velle poſſidere in hoc ſeculo et in oīb⁹ neceſſarijs penuriam pati propter deum. hoc eſt efficaciſſimum remedium contra auariciam. hoc remedium chriſtus docuit verus animarum medicus qui in omnibus illam viam tenuit: que aptiſſima eſt ad doctrinam virtutum et curationem vi=

tiorũ. Diuitie enĩ ad honores ſeculi: et voluptates carnis: ſunt precipua ſanctitatis impedimẽta. q̄ videlꝫ impedimẽta magiſter et dñs virtutũ ſuos diſcipulos declinare ⁊ vitare docuit dicens. Si vis perfectus eſſe: vade et vende vniuerſa q̄ habes: et veni ſequere me huic voluntarie paupertati multe virtutes et multa dona gratiarũ annexa ſũt; q̄ tamen a paucis capiuntur. eo ꝙ licet multi ſunt qui quaſi nihil habeãt in mũdo tamẽ valde rari ſunt in religione. q̄ nõ velint plus habere q̄ꝫ habent vel pro ſe vel ꝑ alijs. Preterea notandũ ꝙ ſm Johan. Caſſianũ prima abrenũciatio eſt: qua corporaliter vniuerſas diuitias mundi: carniſq; voluptates contempnimus. Secunda qua mores ac vicia. affect⁹ q; p̄ſtinos animi carniſq; reſpuim⁹. Tertia qua mentẽ noſtram de p̄ſentibus vniuerſis ac viſibilib⁹ euocãtes: futura tm̄mõ contẽplamur. et ea que ſũt inuiſibilia ꝯcupiſcim⁹.

¶ De proprietate ĩ religiõe ⁊ quõ ſe habere debent quibus cura adminiſtrationis non committitur. Cap. xv.

A Cauere debet religioſus ab omnimoda proprietate: quia religioſum dampnat: et in morte a conſortio fidelium ſeparat: prout narrat Hiero. in epiſtola de quodam religioſo ꝓprietario. qui lina texendo quandam pecuniam adquiſierat et eam retinẽdo occultabat poſt cuius mortem magna inter fratres queſtio orta eſt de eadem pecunia habitabant enim ibi circiter quinq; milia fratrum diuiſis cellulis. quorum quidam dicebant eandem pecuniam pauperibus eſſe erogandam. Alij eccleſie dandam. ſed Macharius. pachomius. yſidorus. quos patres vocant ſancto etiã eis loquẽte ſpiritu decreuerunt eã cum eo ĩfodiendã dicendo. Pecunia tua tecũ ſit in perditionẽ. Tales merito in perditionẽ veniunt quia menciuntur ſpiritui ſancto. Inſuper ⁊ fures ſunt vſurpando ꝙ ſuum non eſt; votiq; ſui trangreſſores. ꝑiuri ſunt. atq; a domino papa Innocẽtio. iij. excõicati. Conſimile narrat greg. iiij libro dialogoꝝ de quodam religioſo habente tres aureos abſconditos quem prohibuit idem greg. ne cum fratribus ſepelirent nequis fratrũ eum tempore ſue mortis viſitaret ⁊ vt defunctum cum illis tribus aureis ĩ foueam proicerent dicentes. pecunia tua tecum ſit in perditionem. hoc exemplo docens prelatos eccleſie quantum zelum habeãt habere circa illud vicium. Refert etiam auguſtinus factum conſimile de quodam canonico nomine Januario: poſt cuius mortẽ. ſic de eodem loquitur dicens. O profeſſio mortifera. O proditoris promiſſio. ore dicebat. ⁊ corde odiebat. Sanctũ credamus qui omnibus prior erat. Qui vt vidiſtis. male vixit ⁊ male moritur. Quare vel quomodo vixit male: niſi quia ꝙ ſuum non erat ſecrete tenuit. Quomodo et male moritur. niſi quia in fine ſe non cognouit ⁊ obſtinatus in ſuo ſenſu nobis ignorantibus teſtamentum fecit. O vtinam ſaltem in fine nobis dixiſſet vt orantibus nobis veniam impetraſſet ſed nec confeſſus fuit nec eum feciſſe penituit: ꝓpterea de noſtris non eſt. qui nec dum viueret erat ligate igitur manus cadaueris eius ponentes in panno vndecim ſiclos quos in pariete cellule retinebat: flentes ⁊ dicentes pecunia tua tecum ſit in perditionem. Non enim licet nobis ſeruis dei eos collocare vel ponere in victu vel veſtitu vel in opere monaſterij. quia precium maledictionis eſt. hec auguſti.

B Sciendum vero eſt ꝙ ille proprietarius eſt qui ſine licentia vel conſcientia prelati aut recepit. aut receptum retinet. aut receptum diſpenſat. commutat. aut donat ad libitum q̄cunq; temporalia: ſiue parua: ſiue magna. Tales ſimiles ſunt iude proditori. qui fur erat ⁊ loculos habens: ea que mittebantur aſportabat. proprietarij itaq; fures ſunt: ſicut iudas. quia contrectant rem alienam inuito domino. q2 ꝯtra võitatẽ eſt. appropriant ſibi. Timeant tales penam ananie ⁊ ſaphire vxoris eius: qui fraudantes de precio agri ⁊ quandam partem ponentes ad pedes apoſtolorum expirãtes mortui ſunt. Ideo dicit Hieroni. ꝙ monachus habens obulum non valet obulũ. proprietariũ manifeſte contra regulam ſub apoſtolis ⁊ primitiua eccleſia ſtatutam faciũt. Nam ſcriptura dicit ꝙ multitudinis credentium: erat cor vnum. ⁊ anima vna. nec quiſq̄ eorum ex hijs que poſſidebat. aliquid ſuum eſſe dicebat ſed erant illis omnia cõia horum regulam aug⁹ ſeruãs ait. Non dicatis aliquid proprium: ſed ſint vobis omnia cõmunia vnde ⁊ hugo de ſancto victore ait. Non debem⁹ aliquid proprium. aut quicq̄ dicere meum ſed noſtrum. vt dicatur noſtra capa. noſtra tunica. noſtra domus. noſtra cuna. ⁊ in ceteris ſimiliter. Omnia enim in cõmuni debemus habere. ⁊ omnia; debemus communi nomine appellare. Quod autem ſcribitur diſtribuebatur vnicuiq; prout cuiq; opus erat hoc ſecundum p̄fatum hugonem. non eſt ita intelligendum vt cuiq; quod opus erat. ſit abundanter diſtributum ꝙ nullam haberent indigentiam quia multi indigent corpore non animo. vñ ⁊ legitur de apoſtolis. ꝙ ſeruiebant deo in frigore ⁊ nuditate. in fame. ⁊ ſiti ⁊ ꝙ pre penuria: vellebant ſpicas ⁊ comedebant eas. In primitiua quippe eccleſia tanta erat gratie ſpiritualis abundantia: vt non ſolum modico eſſent cõtẽti ſed ⁊ hoc ipſum ꝙ nihil habebant pro ſummis diuicijs deputabãt. Jõ ⁊ qui ſemetipſos abnegant ꝓpt̃ xp̄m: dei virtute ipſaꝫ ſuã ſupãt naturã. Dei autẽ dilectio que fortis eſt vt mors. non ſolum illicita deſideria: verum etiam ipſos corporales ⁊ naturales plerũq; extinguit affectus. habẽtes ergo victum ⁊ quibus tegamur. hijs contenti ſimꝰ. in huiuſmodi ergo non debemꝰ attendere voluptatẽ carnis. ſed valitudinẽ nature enim. Plus appetit carnalis voluptas ꝗ̄ neceſſitas. Quamobrẽ iſte modus ſeruandꝰ eſt quatinus ſic nutriatur corpus. vt ſeruiat. ⁊ iterũ ſic reprimatur vt non ſuperbiat et ſic ſeruetur neceſſitas nature vt abſcindatur ſuperfluitas ɔcupiſcẽtie. ad deteſtationem huius vicij: plura poſſumus ponere notabilia exempla. C Primũ itaq; exemplũ eſt de vxore loth. que poſt ſe reſpiciẽs. verſa eſt in ſtatuã ſalis. Unde ſciẽdũ ꝙ vir religioſus tunc poſt ſe reſpicit. qñ diuicias huius mundi quas reliquit: concupiſcit. Statua corpꝰ eſt ſine ſpiritu. vñ clauſtralis tunc ſtatua efficitur: qñ ſolo corpe in clauſtro ɔuerſatur ⁊ corde i mũdo. Statua etiã ſimilitudinẽ hẽt monachi ſed monachus non eſt. Notandum etiam ꝙ vxor loth. verſa eſt in ſtatuam ſalis: quia talis monachus licet exemplo habitus ſui exterioris condiat alios ſibi tamẽ eſt inutilis hoc exẽplũ reuocat dñs ad memoriam noſtram dicens luce. xv. Memores eſtote vxoris loth vñ iterũ dicit. Nemo mittẽs manũ ſuam in aratrũ: ⁊ reſpiciẽs retro. aptus eſt regno dei Secundũ exemplum eſt de rachele que furata eſt ydola laban patris ſui laban candidatio ſiue candidus interpretatur: ⁊ ſignat mundum qui habet quendã candorem exterius Rachel virũ cõtẽplatiuũ ſignat Rachel ergo ydola furatur laban: qñ clauſtralis diuicias huiꝰ mundi amplectitur amore. Notabile vero eſt in hoc exẽplo ꝙ iacob tacita pena iudicauit puniendũ eſſe: qui hoc feciſſet Ait enim apud quẽcũq; inueneris deos tuos necet̃ coram fratribus noſtris. Unde ſciẽdũ ꝙ diuitie ſiue quecũq; temporalia parua ſiue grandia: que clauſtralis ſine licentia ſeu pro miſſione ſui prelati animo occultandi retinet ydola vocant̃. Et ſicut aurum ⁊ argentũ ydolorũ inutilia ſunt ydolatris: ita illa priꝰ memorata nocẽt proprietariis. q꞉ fidẽ ſpeꝫ ⁊ amorẽ que in ſolo deo ponere deberẽt: in pecunia ponunt. vñ nec veram fidem nec caritatẽ habẽt. Nam ꝓprietarii amorem qui in ſolo deo ponendus eſt: ponunt in pecunia. Amant enim pecuniam pluſꝗ̄ deum. quod patꝫ ex hoc. Quia cum ipſi non poſſunt ſimul habere deum et pecuniã potius eligunt amittere deum quam eſſe ſine pecunia. Et iõ illud qđ deꝰ vniuſcuiuſq; ꝙ ꝑceteris diligit pecunia ergo ꝓprietarii: deꝰ eius eſt. vñ ipſe ydolatra eſt. Et nota ꝙ ſub hoc nomine pecunia: intelligitur et ɔ̄prehẽditur quicquid põt redigi in pecuniã. Tertiũ exẽplum eſt de achor vñ in Joſue legitur ꝙ cũ idem ioſue ꝓhibuiſſet ne quis acciperet aliquid de anathemate iericho ipſe achor tulit inde clamidem coccineam ⁊ regulam aureã. ⁊ ducẽtos ſiclos argẽti: Hierico ꝙ interpretatur luna ſignat mũdum iſtum qui anathema debet eſſe veris clauſtralibus. Sed ſunt aliqui qui de anathemate iſto cum achor furantur. vñ pecuniam ſibi ꝓhibitam volunt habere. In illis vero tribus que furatus eſt achor. tres ſpecies ꝓprietatis figurantur. In regula aurea intelligit̃ ꝓprietas interior. vt ꝓprietas ſenſꝰ et voluntatis. In auro aũt ꝓpter ſplendorẽ ſapiẽtiã ſolet intelligi. Regula vero a regẽdo dicitur vñ pertinet ad voluntatẽ que habet regimẽ et imperium in homine. In pallio vero coccineo intelligitur conuerſatio exterior habens peccatum in coccineo enim peccatũ intelligitur. Tunc ergo clauſtralis pallium coccineũ furatur: qñ aliquid retinet de exteriori cõuerſatione ſeculari: vel in habitu vel i tõſura vel i aliquo tali. Notãdũ ꝙ ibi dicit̃ pallium valde bonum. multis enim clauſtralibus videtur valde bona conuerſatio ſecularis. Quattuor aũt notabilia ſunt in iſto exemplo. Primum eſt hoc quod deus dixit filiis iſrael. Non ero vltra vobiſcum donec cõteratis eum qui huius ſceleris reus eſt. In quo innuitur ꝙ dñs qñq; contra totam vnã congregationẽ iratus ſit ꝓpter vnũ ꝓprietariũ quẽ tollerant vñ oẽs qui ſunt in aliqua tali congregatione deberent perſequi illum quẽ ſciunt proprietariũ eẽ. Secundũ notabile eſt illud quod ibi legit̃. L. anathema i medio tui iſrael eſt nõ poteris reſiſtere hoſtibꝰ tuis donec deleat̃ ex te q̃ hec contaminatꝰ es ſcelere in quo innuitur ꝙ per peccatum proprie

D

tatis.: diabolus hoſtis noſter poteſtatē habet precipitādi clauſtrales in multa peccata Tertiū notabile eſt ꝙ Achor ea furatus eſt nec dicitur ꝙ lucrū aliqd inde habuerit niſi pctm̄ et penā pcti. In terra ea abſcōdit: ⁊ cū moriturus erat: ea manifeſtauit. Sic ſepe ꝓprietarij aliud lucrū nō reportāt de pecunia ſua niſi ꝙ cuſtodiunt eā dū viuūt: ⁊ in morte eā manifeſtāt. Quartū notabile ē qꝛ lapidauit eū oē iſrael; et cuncta que illius erant igne conſumpta ſunt. In igne intelligitur magnus zelus quē habere debēt clauſtrales circa illud vitiū. in lapidibus intelligūtur increpationes. quibus lapidandus eſt proprietarius Quartum exemplū ē de anania et ſaphira vxore eius qui fuerūt p̄mi ꝓprietarij in noua lege: qui etiā ꝓpter illud pctm̄ ante D pedes apoſtoloꝝ expirauerūt. Quintū exēplū eſt de quodā fratre qui ſeculo renūcians et ſua dās pauperibus: aliqua ſibi retinuit. Nō cū cōpiſſet antonius dixit ei. Si vis monachus eſſe vade ⁊ cōpa tibi carnes crudas et ipone eas corpori tuo nudo: et ſic veni ad me. Qui cum hoc feciſſet tam canes ꝙ aues corpus eius ꝓpter carnē rapiendā dētibus ⁊ vnguibus dilacerauerunt: ⁊ ſic dilaceratus venit ad abbatē Antoniū. Cui antonius ait Quicūqꝫ renūciat ſeculo: et vult adhuc habere pecuniā: ſic a demonibus dilacerat aīa eius. Et nota ꝙ ꝓprietarius eſt ſimilis fatuo A negociatori querēti bonas margaritas et inuenta vna ꝓcioſa margarita vendidit oīa ꝙ habuit et cōparauit eam. Deide margaritam cōculcat ⁊ ꝓ nihilo dat. margarita iſta ē de⁹ ꝓ quo clauſtralis quidē mūdū dedit totū: et etiā ſeipſum. Quā videlicet margaritā poſtea ꝓ nihilo dat: cū ꝓ aliqua re tēporali deū amittit. voluit aūt dñs ſic ordinari eccleſias ſuas: vt alij vacarent ſpūalibus alij eis miniſtrarēt tpalia. idō alios voluit eſſe prelatos alios ſubditos: prepoſitorū officiū eſt ſubditis tpalia miniſtrare. Subditoꝝ miniſteriū eſt: ſpūalibus ſtudijs inſiſtere lectioni orōni et contēplationi vacare in pſalmis hymnis et canticis ſpiritualibus celeſti dño cotidie deſeruire. Tanto ergo opus eſt vt circa ſe ſolliciti viuant: ꝙto eos aliena cura nō implicat Conſtitutū eſt a dño eos qui altari deſeruiūt de altari viuere. Dignus eſt operarius mercede ſua. Et ideo ſi viuimus de annona xpi iuſtum eſt vt laboremus in ſeruicio chriſti. Et tunc digni mercedem accipimus: ſi p̄mo boni oꝑarij fuerimus. Dicit enim apoſtolus Qui non vult operari: nō māducet. Quod ſi non laboramus ⁊ manducam⁹: tanto maioris criminis efficimur rei: ꝙto dei beneficia ſumimus indigni. Oportet ergo vt ſeruiamus ei a quo paſcimur ſi ſine periculo aie volumus hoc ſumere quod nobis diſtribuit Tāto plus ſolliciti eſſe debem⁹ in bono opere: ꝙta ea ꝑcipim⁹ ſine magno labore. Naꝫ quid mirū ſi hij qui tēporalibus occupātur minus ſtudioſe viuūt: ſi frequēter in cogitationibus ſermonibus atqꝫ actionibus offendunt: vſus enim ſeculi hoīem ad peccatum qn̄qꝫ inuitū trahit hij vero quibus cura mūdi et occaſio peccandi deeſt: ꝙto minus religioſe viuunt. tanto ſupernū iudicē offendūt nec ſine graui periculo aie etiaꝫ in minimis negligentijs offendunt. Penſemus ergo ad quid nobis victus et tegumentū tribuitur: vt ſit totū noſtrum deſideriū querere p̄mū regnū dei et iuſtitiā eius: ꝓpter ꝙ hec omnia nobis adijciuntur.

De caſtitate et eius gradibus. Cap. xvi. B

Caſtitas ſicut yſidorus ait: hoīem celo iungit: caſtitas ad celū ꝑtrahit. Continentia hoīem deo ꝓximū facit: vbi iſta mā ſerit ibi et deus permanet. Geminū eſt bonum virginitatis: qꝛ et in hoc mundo ſollicitudinem ſeculi amittit: et in futuro premiū caſtitatis percipit. Qui caſti perſeuerant et virgines: angelis dei efficiūtur equales. Nō dubiū eſt virgines feliciores eſſe in vita eterna yſaia teſtante. hec dicit dñs. Dabo eunuchis in domo mea: ⁊ in muris meis locum ⁊ nomē melius a filijs et filiabus. Nomē ſempiternum dabo eis quod non peribit. Amāda eſt pulchritudo caſtitatis cuius deguſtata delectatio: dulcior inuenitur ꝙ carnis. Caſtitas enim fructus ſuauitatis eſt caſtitas ſecuritas mentis: ſanitas corporis. Luxurioſa namqꝫ vita: carnē cito debilitat: fractamqꝫ celeriter ducit ad ſenectutem. Omne peccatum: per penitentiā recipit vulneris ſanitatem. Virginitas autē ſi labatur nullatenus reparatur. Nam ꝙuis penitendo veniē fructum recipiat: incorruptionem tamen nullatenus recipit priſtinam .: virgo carne non mente nullum p̄miū habet in repromiſſione. Virgines de ſuis meritis gloriantes ypocritis comparantur: qui gloriam boni operis foris appetunt: ꝙ intra cōſcientiam hūiles habere debuerunt. Tales igitur ad ꝓmiſſa celeſtia non perueniunt: qꝛ ipſi ſibi virginitatis premiū ꝑ elationis vitiū auferunt. hoc ē ei i euāgelio nō h̄re v̄gines i. vaſis oleū .i. nō ſeruare itra ꝯſciētiā boni operis teſti=

moniū: ſed in facie gloriari apud hoīes: non
in corde apud deum. Hec yſidorus. ꝑterea
E Aug⁹. ait. Audeo dicere: ſuperbis cōtinentibus
expedit cadere: vt in eo ipſo in quo ſe extollūt
humilient. Quid ei ꝓdeſt cui eſt cōtinētia
ſi dn̄ctur ſupbia. Plerūq; cū de ipſa cō
tinētia mēs elatione tangit ops deus ſupbiā
deſerēs: hūc ī immūdiciā cadere permittit.
Nulla eni eſt caſtitas carnis: quā nō cōmen
dat hūilitas mentis. Notādū ſm̄ Criſoſtomū
ꝙ ſex ſunt: que incorruptā ſeruāt caſti
tatē. ſ. ſobrietas operatio ſeu fuga ocioſitatis:
aſperitas cultus inhibitio ſenſuum raritas
ſermonis cū honeſtate euitatio opportunitatis
D et perſone. ⁊ loci ⁊ temporis. Caſti
tas quattuor facit in preſenti corpus mūdi
ficat: ſicut econuerſo luxuria inquinat: ita vt
ſi non eſſet alia merces caſtitatis ꝙ̄ preſens
mundicia: nec aliud luxurie ſupplicium niſi
eius feditas caſtitatis honeſtas eſſet ample
ctenda et luxuria horrēda. Itē caſtitas men
tē liberam facit et expeditam: qꝛ nec ꝓ vxo
ris ꝓuiſione: nec ꝓ filiorum educatione ſo
licitat: nec affectus dilectionis ad cōiugez et
filios ligat: nec ſpiritus zelotipie caſtum ex
agitat: nec ſolicitus eſt quō vxori placeat: ſꝫ
potius ſicut apoſtolus ait. Qui ſine vxore ē
ſollicitus eſt q̄ dei ſunt quō placeat deo. Itē
caſtitas cōſcientiā letificat: qꝛ gratū deo pre
ſtat obſequiū: qui ꝓ xp̄o carnis dulcedinem
reſpuit: quā mūdus ꝓ magno bono concupiſcit.
Letificat aūt: qꝛ deo placet et deo ꝓxi
mare facit ⁊ dei offenſam cauet. In delecta
tiōe ſpūali: ⁊ p̄miū celeſte meretur et deum
E auctorē mūdicie ꝑ caſtitatē imitādo ſequit̄:
cū ſit gloria magna ſequi deū: qui preceſſit
in mūdicia caſtitatis. Itē caſtitas tā hominibus
ꝙ̄ angelis amabilē ⁊ ſpectabilez facit
hoībus: qꝛ tam boni ꝙ̄ mali caſtitatē venerantur.
Angelis qꝛ cum naturaliter omne
animal diligit ſibi ſimile etiam angeli hoīes
familiarius diligūt. Ad caſtitatis autem ac
quiſitionē et ꝑfectū ac cōſeruationē valent
ea que ſupra poſita ſunt in p̄ma parte: vbi
agitur de remediis luxurie ⁊ de deteſtatione
eius ac familiaritate mulierū cauēda. Nūc
E vero de caſtitatis gradibus qui religioſo cōueniūt.
videamus Primus itaq; caſtitatis
gradus eſt cōtinētia ab oī actu carnali cū ꝓ
poſito ſic manendi: ⁊ oībus illicitis motibꝰ
cōſenſum negandi. Iſte gradꝰ eſt adhuc vi
cinus terrene voluptati: propter ꝯuerſionis
nouitatē: quia vapor tāgit eum carnalis tē
ptationis: quaſi fetor ſodome ardentis. Ne
igitur quaſi vxor loth retro aſpiciens pereat
feſtinet ad mōtem ⁊ ſublimioris gradū caſti
tatis laboret attingere: vt ſaluetur ne ꝑeat ī
ſcelere ciuitatis in pctō luxurie: quo plurimi
perierunt. Primus iſte gradus eſt adhuc in
labore pugne ⁊ in incerto victorie dū ſola vo
luntas cū adiutorio gratie pugnet cōtra quat
tuor hoſtes. ſ. carnis pruritū: affectionis ap
petitum: mūdi prouocamenta ad libidinem
et demonū ſuggeſtionem. Et ita ſunt quat
tuor cōtra duos. Cōfidat tn̄ bona voluntas
et inhereat ei qui dicit. In mūdo preſſuram
habebitis: ſed confidite ego vici mūdū: qui
etiam diabolum fortiorem alligauit et ſpo
lia eius diſtribuit et cito inimicos eius conuertet
ad pacē et ſubiciet exactores ſuos car
nis libidinoſum pruritū et affectionis illece
broſum appetitū. Scōs gradus eſt cum per
macerationez carnis: et per alia ſpiritualia
ſtudia affectus mundantur: ⁊ caro ita ſpiri
tui ſubiugatur ꝙ rarius ⁊ mitius tentatur
vt ꝗuis adhuc plene non careat concupiſcē
tiarum ſtimulis: tn̄ earū cōmotiones facili
labore ſedare preualet: ita vt imperādo ma
gis ꝙ̄ reluctando inſurgētes compeſcat: niſi
forte ex ꝓpria negligētia et deſidia vires ſu
mere ⁊ grauius impugnare ꝑmittātur. Si
igitur hoſtibus viciorū fortiter reſtiterimꝰ
qū nos impugnare incipiunt: nō ſolum vin
cemur ab eis illa vice: ſed etiā debilitabunt
ꝙ poſtea rarius audebūt nos impetere. Si
vero tepide eis reſtiterimus: damꝰ eis vires
⁊ auſum ſepius et acrius nos deinceps impugnandi.
Sciendū tn̄ ꝙ aduerſarius quan
do fortiter vincitur aliqū diu expectat ꝙ de
eodem vitio non impugnat donec iterū diſ
ſueſcat hō repugnare. et tunc iterū ſubito ir
ruit: vt improuidos tanto ſecurius ꝓſternat:
ꝙ̄to ad repugnādū inuenit imparatos. Seꝑ
ergo ſimus parati hoſtibꝰ viriliter reſiſte
re: quia ipſi non quieſcunt nos impugnare
etiam qū videtur quieſcere. Tertiꝰ aūt gradus
caſtitatis eſt: ita edomitas hēre carnis cō
cupiſcētias: ꝙ vix rariſſime ⁊ tenuiſſime ſē
tiant ⁊ ex affectu talē induiſſe caſtitatꝫ amo
rē: vt horreat: ⁊ ita deteſtet oēs carnales mo
tus: ꝙ quaſi nauſeā inde patiatur: nec poſſit
audire tractari de operibꝰ carnis: niſi cū hor
rore cordis ⁊ execratōe. Si vero ꝓ vtilitate
corū de matrimonii caſibus aliqd tractādū
occurrerit: ita quietos ſue carnis motus ſen
tiat: ac ſi de luto vel de lapidibus vel ſimili
bus tractaret. Et tn̄ ꝑ ſoporē ſōpnii hūoris
abūdantia naturaliter ſe reſoluit: ita quiete

et inſenſibiliter ꝑfluat: vt nec turpiū fantaſiarum ymaginationibus illudatur nec ſenſu ſede delectatiōis titillet. Iſta eſt pꝛofecto caſtitatis deſcriptio. Hec quidē caſtitas in hoc peccati coꝛpoꝛe non niſi a raris et perfectiſſimis poteſt obtineri. Ut autem ſtabiliter in hoc gradu et cōtinue perſeueret: puto ad hoc requiri p̄uilegiū ſingulare eo ꝙ ſupꝛa poſſibilitatis naturalis metas eſſe videatur in carne viuere et carnis vicia non ſentire. Frigidi cum ex natura vel ex debilitate coꝛpis; carnis motibus pleruꝙ carere poſſunt: ſed mentis caſtitas cū predicta mentis puritate ex ſola virtute cū dei gratia poſſidet.

¶ De habitu religioſoꝝ q̄lis eſſe debeat ⁊ de deteſtatiōe coꝝ qui curioſitati veſtiū ſtudēt. Cap. xvij.

A Qualis eſſe debeat religionis habit⁹ declarat apoſtol⁹ Petrus dicens. Nō in veſte p̄cioſa. Qui mollicies mulierum p̄cioſam veſtem denegat: putas ne monacho vel cuiꝗ̄ religioſo p̄cioſum habitum concedat. Audiam⁹ itaꝙ quid Grego. de p̄cioſa veſte ſentiat. ait eni. Sunt nōnulli qui cultū ſubtiliū p̄cioſarūꝙ veſtiū non putāt eſſe peccatum. Quod videlicet ſi culpa non eſſet: nequaꝗ̄ ſermo dei tā vigilāter exprimeret ꝙ diues q̄ toꝛquebat apud inferos biſſo et purpura indut⁹ fuiſſet. Nemo q̄ppe veſtimēta p̄cipua vel p̄cioſa: niſi ad inanem gloꝛiā querit videlicet vt honoꝛabiliꝛ ceterꝭ eſſe videat. Nā qꝺ pꝛo ſola iani gloꝛia veſtimentū p̄cioſū querit; res ipſa teſtat. q2 nemo vult ibi p̄cioſis veſtibus indui: vbi ab aliis non poſſit videri. Hinc quoꝙ Bernar. ait. Quid de habitu dicā i quo iam nō caloꝛ: ſed B coloꝛ requirit magiſꝙ cultui veſtiū ꝗ̄ virtutū inſiſtit. vanū coꝛ vanitatis noticiā igerit coꝛpoꝛi et exterioꝛ ſupfluitas interioꝛis vanitatis indiciū eſt. mollia indumēta: animi molliciē indicāt. Non tāto curaret coꝛpoꝛis cult⁹ niſi p̄mus neglecta fuiſſet mēs inculta virtutibus. Queritur ad induendū nō qꝺ vtilius: ſed ꝙ ſubtilius inuenit. Nō ꝙ repellat frigus. ſꝫ qꝺ ſupbire cōpellat. Non deniꝙ iuxtā regulā ꝙ vilius cōparari pōt: ſed ꝙ venuſti⁹ imo vanius oſtētari. Ecce eni habit⁹ noſter qꝺ et dolens dico qui humilitatis ſolebat eſſe inſigne: a monachis noſtri tpis inſigniū tantū ſuperbie vtr autē in noſtris p̄ncipijs fuerim⁹ que veſtiri dignemur. miles et monachus ex eodem pāno: partiunt ſibi cucullā et clamidē. Sed audiam⁹ iam quid Hug. de habitu ſentiat. Non ſit inqt notabilis habit⁹ veſter nec affectetis veſtibus placere ſed moꝛib⁹. Unde et Hugo de ſctō victoꝛe de beato Auguſti. Hic fecit vtiꝙ iſte ſanctus qꝺ docuit. Quia veſtimenta ⁊ calciamēta ei⁹ nec nitida nimiū nec abiecta plurimū: ſed ex moderato ⁊ cōpetēti habitu erant. Ipſe quoꝙ de ſe dixiſſe legit. Fateoꝛ de p̄cioſa veſte erubeſco. Non decet hanc pꝛofeſſionē. nō decet hanc admonitionē nō decet hec mēbꝛa. Hinc dn̄s in euāgelio ait C Ecce qui mollibus veſtiunt: in domibus regum ſunt. Mollia dicuntur veſtimēta: eo ꝙ mollē animū efficiūt. Mollib⁹ veſtimentis domus regia delectat. aſperis et humilib⁹ chꝛiſti delectat eccleſia. Et quid eſt dicere: ecce q̄ mollibus veſtiunt in domib⁹ regum ſunt: niſi apta ſentētia demōſtrare. q2 nō celeſti: ſed terreno militant regno: hij qui pꝛo deo ꝑpeti aſpera fugiūt: ſed ſolis exterioꝛib⁹ dediti. pꝛeſentis vite molliciē et delectationē q̄runt. Nemo ergo exiſtimet in fluxu atꝙ in ſtudio veſtium peccatum deeſſe: q2 ſi hoc culpa nō eſſet: nullo modo dn̄s Iohānem baptiſtā de aſperitate ſui veſtimēti laudaſſet. Si hoc culpa nō eſſet: nequaꝗ̄ Petrus apoſtol⁹ p epiſtolā feminas a p̄cioſarū veſtiū appetitu cōpeſceret dicēs. Non in veſte p̄cioſa. Penſate ergo que culpa ſit hoc etiā viros et pꝛecipue religioſos appetere a quo curauit paſtoꝛ eccleſie et feminas ꝓhibere. Talia igit ſm̄ Hugonē p̄fatū debēt eſſe veſtimēta religioſoꝛū in quib⁹ nichil poſſit notari nouitatis nichil vanitatis nichil ſupfluitatis. Nichil ꝙ pertineat ad ſupbiam et vanā gloꝛiā. Nā plus amat ſpōſus ſponſe caſtitatē: ꝗ̄ p̄cioſam veſtem plus ſimplicitatē: ꝗ̄ oꝛnatū crinem. Sic immoꝛtalis ſponſus plus amat interioꝛē habitū: ꝗ̄ exterioꝛē. Exterioꝛ eni ſupfluitas: D animi nūciat vanitatē. Molles mollia querunt elati pꝛecioſa delicati ſpecioſa. Et notandū ſm̄ eundē Hug. ꝙ in habitu quinꝙ modis debet diſciplina ſeruari. In genere ⁊ qualitate in coloꝛe et foꝛmatione, et coaptatione veſtimētoꝛū. In genere ne ſint veſtimenta noſtra nimis p̄cioſa In qualitate: ne nimis ſint ſubtilia vel mollia. In coloꝛe ne nimis ſint nitida ſiue qualibet alio modo ſupꝛa ꝗ̄ diſciplina ſancte conuerſatiōis expetit fucata. In foꝛmatiōe vt ſint decenter cōpoſita et humilitatis ſignū habētia. i. nō nimis magna ſeu ampla aut depēdentia aut fluxa nec nimis ſtricta: ſiue qualibet alio modo ſm̄ ſeculi vanitatē decoꝛata. Coaptatio: ad modū poꝛtandi pertinet. Oꝛnem⁹ ergo nos ſpiritualibus oꝛnamentis. ſ. caſtitate / humilitate / māſuetudine / obediētia / patiētia ⁊ cari-

Habitus Religioſ.

ate. hec ſunt indumenta quib⁹ aīa poteſt celeſti īperatori placere. Non enī exterioꝛē ſed interioꝛē pulchꝛitudinē requirit celeſtis ſpōſus ſicut ſcriptū eſt. Omnis gloꝛia eius filie regis ab intus. Noſtre ergo diuicie noſtra pulcritudo boni moꝛes ſunt. Primis parentibus fecit de⁹ perizomata poſt peccatū: et a xp̄o dicitur xp̄ianus. Nō duas tunicas habeatis: A ſed iuxta iohānis admonitionē: q̄ habet duas tunicas: det vnā nō habēti. Secundū vero Iero. ſimplex nō duplex veſtimentū dicitur quicqd neceſſariū eſt alicui ſcdm qualitatē loci vel tpis. Duplex autē quod extra neceſſitatem eſt. Quicqd coꝛpoꝛa noſtra defēdere poteſt et hūane ſuccurrere imbecillitati quos nudos natura ꝓfudit: hec vna appellāda eſt tunica. Et quicqd in pꝛeſentibus alimētis eſt neceſſariū: hoc vnius diei victus appellat. Sed ſupbus vt magnificus videat ſatagit veſtiri duplicib⁹ idui mollib⁹ pciōſis oꝛnari. Sꝫ qd eſt homo pciōſis oꝛnatus: niſi ſepulchꝛū foris dealbatū: intus autē ſpurcitia plenum. B Quid ergo ſuperbe philacteria dilatas: ꝛ magnificas fimbꝛias. Diues ille qui induebatur purpura et biſſo ſepultus eſt in inferno. Et tamen diues iſte nōdū ꝓpꝛijs rebus abrenūciauerat: ſed qꝛ in his que poſſidebat tēperātiam ſeruare noluit: idcirco poſt illicitū vſum rerū tēpoꝛaliū ad penam ſempiternā ꝑuenit. Si igitur ille qui ꝓpꝛijs abuſus eſt: dāpnationē meruit: quid putam⁹ illi facient q̄ pꝛopꝛia nō habētes alienā elemoſinā cultui ſue elationis impēdere nō ꝑtimeſcūt. Ve eis: quia ipſi ſicut ꝑ ꝓphetam dicit: peccata populi comedunt: et victimas in ꝓfundū demergunt qꝛ quod pꝛo redēptione aīaꝝ ſuarū offerūt: C hoc ipſi accipiētes: per illicitū vſum ad dampnationē aīarū ſuarū ꝯuertūt. Nam cucullam vel habitum empturi luſtrāt vꝛbes foꝛa circueunt ꝑcurrant nūdinas domos ſcrutātur negotiatoꝛū cunctā euertunt ſinguloꝛū ſupellectilem ingētes explicāt cumulos pānoꝛū attrectāt. digitis admouent. oculis opponunt ſolis radio. Et quicqd groſſū: quicquid pallidū occurrerit reſpuūt. Si quid autem ſui puritate ac nitoꝛe placuerit: mox illud q̄libet pcīs ſatagunt ſibi retinere. hoc quoqꝫ viciū qđ arrogantie vel curioſitatis ē honeſtas vel vtilitas eſſe ab illis vana ratiōe cōtendit dū hoc vel gratis dat vel diu durare perhibet. Sed pꝛoh dolor hec eſt prudētia ſecularis: ſapientia aīalis et diabolica: dum vtilitas tēpoꝛalis bono pfertur ſpūali. Nos et vniuerſos alios iſtis ſimiles falſos ꝓphetas nō immerito appello: qꝛ quod verbo et ꝓfeſſione dicunt et pꝛomittūt: facto cōtradicunt. Nā ſi uis doceant auariciā fugiendā. ipſi tamen pecuniā totis viſcerib⁹ ſitiunt. Qui clamāt gloꝛiā mundi ſpernendā: ipſi toto conamine vanos querūt honoꝛes et pꝛomotiōes. Qui D dogmatizāt curioſa abijciēda et ſimplicia eē ſectanda ipſi vero curioſitati exceſſiue deſeruiunt et vt de alijs taceā: videas pleroſqꝫ tantam querere in veſtibus culturā quas ſancti patres ad ſimplicitatis ac innocentie ſignum ferre ſuis poſteris mādauerūt. vt non min⁹ q̄ ſecularis pompe imaginē pferre videātur. Videas hūc pāno pcioſiſſimo ſtolatū incedere et rugas ꝑ ſcapulas decētes habere ac plicas centuplicatas circūiacentes poꝛtare: vt velut ſimilitudo tēpli circūoꝛnatus procedere videatur: videas et aliū cirothecas habentem in manib⁹ et calceos ſtrictos atqꝫ roſtratos: et quaſi ad ſaltandū aptos in pedibus. Quoſdā autem poꝛtantes tunicas nouitate quadā et foꝛma diſſoluta in figura modo ſeculari defoꝛmatas manicas ſciſſas et adeo ſtrictas vt bꝛachia non niſi cū magno labore poſſint ſubintrare. Tabulas eburneas depēdentes zonas ſericeas fulgētes et cetera ſimilia q̄ leuitatē et diſſolutionē oſtēdūt volentes ꝑ hec placere mulierculis et diſplicēt deo et eccleſiarum platis omnibuſqꝫ vtriuſqꝫ ſex⁹ hoībus honeſtis. Quid putas cogitabūt hij ad quos tales ꝓphete pꝛo eoꝝ inſtructiōe mittunt. cum eos viderint nō venientes in ſaccis velut antiqui ꝓphete fecerūt: ſed cū ſcandalis et offendiculis multis. Spernēdi vtiqꝫ erunt: diceturqꝫ eis illud ꝓuerbiū. medice cura teipm. Nam cuius vita deſpicit: reſtat vt eius pꝛedicatio cōtempnat. O quot detractiones et ſubſannatiōes ac irriſiōes habebūt hij ab his qui foꝛis ſunt. O quotiēs et quāti deridebūt illos. Nec immerito pꝛofecto quia hec digna eſt riſu. Erubeſce ſydon: ait mare. Si iam audiamus quid Hugo pꝛefatus contra hos curioſos et elatos dicat. Quātūcunqꝫ excolatur caro et oꝛnetur: quid aliud E eſt caro q̄ caro. Quid ergo pꝛodeſt in habitu qui foꝛis ad tempus lucet gloꝛiā querere. et coꝛruptionis putredinē que in nobis eſt et ſemper in nobis permanet: nō conſiderare. vt enim verum fatear nō multum differt habitus canonici regularis et ſecularis. Sed et ſi foꝛte regularem videas: archidiaconū vel epiſcopum te vidiſſe cōtendas. Contra tales ſit Iſido⁹. ait. Non tenera veſtis facit clericum aut ſacerdotẽ: ſed mundicia mẽtis ornatum facit clericum. Studeamus ergo ſecundum prefatum Hugonẽ inuiſibili deo placere non veſtibus. ſed moribus vt impleatur in nobis quod per apoſtolum precipit. Nolite conformari huic ſeculo: ſed renouamini in nouitate ſenſus veſtri. et ſi exterior homo veſter corrumpitur. interior tamen de die in diem renouatur. Si enim cogitaremus de claritate eterna angelorum et ſanctorum qui fulgebunt ſicut ſol in regno patris celeſtis: non tanta cura nobis eſſet de veſte corruptibili et tranſitoria. hinc etiam beat⁹ Effrem ait. Ornatus veſtium indicat qualiter ea: que eterna ſunt ſapiamus. Per ſtudium enim clarioris amictus: ab eterna claritate nudi eſſe dinoſcimur. Propterea debẽt amatores religionis opere demonſtrare: quãtum ipſi terrena deſpiciant: nec carnẽ que moritura eſt: cultu ſuperſticioſo ſeu ſuperfluo excolere et ornare. ſed pompe ornamentorum morum ornamenta anteferre et veſtimenta plus vilia quam precioſa plus groſſa quã ſubtilia: plus aſpera quam mollia: plus fuſca quam nitida: plus neglecte quam accurate compoſita vel adaptata amare.

De murmuratione religioſorum quam ſepe propter peruerſitatem ſuam atqȝ imperfectionem incurrunt. Cap. xviij.

pertinet. ſed magis gratiarū actio. Quā gra
ue ſit peccatum ſcurrilia & inhoneſta loqui.
Hiero. declarat dicēs. Qui ſcurrilitatē repli
cat. et cachinnis oꝛa diſſoluit. aliquid ꝓfert
turpitudinis: hic nō ocioſi ſermonis: ſed cri
minoſi reus tenet̄. Nunc ergo deponite vos
oīa: & turpē ſermonē de oꝛe veſtro. Abſtine
re ſaltem idcirco a verbis turpibus debē⁹: qꝛ
eoꝛum licētia impudiciciā nutrit. Inutilia
vero ſunt: q̄ nec loquētibus nec audientib⁹

proſunt. Inutilia ⁊ ocioſa loquentes attendant. quid dñs dicat. De oī verbo ocioſo qđ locuti fuerint hoīes: reddent in die iudicij racionem. Nam vt ſcriptura refert In multiloquio nō deerit peccatū. Itē q multis verbis vtitur: ledit aīaʒ ſuā. Itē q īcōſideratꝰ ē ad loq̄ndū ſentiet mala. Qui aūt cuſtodit os ſuum ⁊ linguam ſuam: cuſtodit ab āguſtijs aīam ſuam. Nos aūt dum turbis populari M bus admixti frequēter ocioſe: aliqñ etiā qđ grauius eſt noxia loquimur. os nřm oīpotēti deo tanto lōginquū ſit: ꝙ huic mūdo pximū. Os enī nřm tanto minus ab oīpotenti deo in orationibꝰ exaudit. quanto amplius in ſtultis ⁊ vanis locutiōibꝰ inquinat. Multiꝗ deorſum ducimur. dū locutiōe cōtinua ſecularibꝰ admiſcemur. At cōtra dei famuli. q2 a terrenis actibꝰ ſegregati. ocioſa loqui neſciūt. ⁊ mentē per verba ſpergere atq inq̄nare deuitāt ideirco auctoris ſui exauditiōeʒ pceteris impetrāt. cui quātū eis poſſibile eſt ipſa puritate. ac ſimplicitate cogitatiōis ſſi ex quadā iam ſimilitudine concordāt. iuge ei F ſilentiū. cogit celeſtia meditari. Quod ocioſa loquētes multū deo diſplicēāt. atq de edificatiōe cōferentes deo multū placeāt hoc ſequēti exēplo manifeſte oſtendit. In vitis patrū legitur. ꝙ quidā patrū dicebat. Quia dū ſederent aliqñ ſeniores et loquerent de edificationibꝰ: erat inter eos vnꝰ pūidus ⁊ vidit angelos manus agitantes ⁊ laudantes eos. Poſtꝙ vero locutio ſecularis veniſſet inter eos: diſcedebant angeli ⁊ volutabantur porci in medio eorum pleni fetoribus. ⁊ polluebant eos. Cum autem curſus loquerent de edificatiōe venientes iterū angeli laudabant eos. vanꝰ enim ſermo. cito polluit mentem. Siquis aūt illiꝰ ſpū plenꝰ eſſet q dicit de oī verbo ocioſo reddituri ſunt hoīes rōeʒ: tam verba ocioſa ꝙ pernitioſa penitus deuitarēt. Redire ad cogitatiōem ſuam mēs interius non valet: que p multiloquiū ſparſa a ſecreto intime cogitatiōis cōſideratiōis ſe excludit ab oī ſtatu rectitudinis perēūt q p noxia verba dilabuntur. Quia autem verba metiri neſciunt: ad ocioſa dicta dilabuntur. Deinde ab ocioſis verbis ad noxia et contumelioſa proſiliunt: hinc etiaʒ yſidorus ait. Cū quedam parua vitiorum verba non euitamus in magno lingue prolabimur crimine. Et dum facta quedam non grauia libere ſine metu committimus: ad grauia ſceleraꝫ horrenda peccandi conſuetudine labimur. Imperiti enim ſicut loqui neſciunt: ita tacere non poſſunt. ſimiles eīm buzite effecti qui ait plenus ſum ſermonibus: ⁊ coartat me ſpiritus vteri mei donec. Exeant ſermo G nes. Quia ſicut parturiens non quieſcit. donec partum emiſerit, ſic nec fatuus ſeu verboſus donec verbum protulerit vnde iterū dicit ille buzites. Cum venter meus quaſi muſtum abſq ſpiraculo. quod nouas lagunculas dirumpit. Quaſi diceret. Creparet niſi loqueretur. Totum nanq ſpiritum ſuum pfert ſtultus: ſapiens autem in poſterum reſeruat. Vani ſermones: in ore xpiani eſſe nō debent. Nam ſicut malos mores bona colloquia corrigunt: ita colloquia praua bonos mores corrumpunt. Quod autem non ſolū a malis verbis. verum etiam a bonis aliquādo tacere debeamus: manifeſtat ſanctus quidam qui ait. Poſui ori meo cuſtodiam. Obmutui, ⁊ humiliatus ſum ⁊ ſilui a bonis. hic oſtendit propheta. quia ſi a bonis eloquijs interdum propter taciturnitatem debet tacere quanto magis a malis verbis propter penā peccati debet ceſſare? Loqui et docere magiſtrum condecet tacere ⁊ audire diſcipulo conuenit. Scurrilitates vero vel verba ocioſa. vel riſum mouentia. eterna clauſura in omnibus locis dampnamus. Et ad tale eloquium: aperire os diſcipulum non permittimꝰ hinc auguſtinus ait. Non enim tantum debemus oculos ſeruare illeſos: ſed etiam linguas inter dentes reſeruare illeſas. Sermo H enim vanus: vane cōſcientie iudex eſt. Qualis enim es: tales ſermones loqueris: talis ⁊ mens comprobatur. O qualis eris in factis ſi talis comprobaris in verbis hinc Caſſiodorus ait. Si vis ſcire de fratre tuo: quale cor habeat. attende vnde libenter loquitur. talis eſt in corde quia ex abundantia cordis os loquitur. Stultus enim valde eſt. qui non prius verbum ducit ad limina rationis: ꝙ educat ad linguam oris. Qualis eſt homo ī mēte talem verboſitas depingit in ore. verboſitas enim quid aliud eſt: ꝙ ſemen quod fructum non facit. O verboſe cognoſce teipſum nam loqui nunꝙ erubeſcis nec conſideras quid ſed ꝗtum dicere poſſis. nec menſuras verborum ſententiam: ſed tantum vt ſacietis. O verboſe erubeſce, et conſidera tuam grandem miſeriam. Quid eniʒ aliud es ꝙ ſal infatuatū: quod ad nullū valet ꝛ dimētum. O artifex mēdaciorum O faber fabularum. lege quod debes: q2 vir lingoſus nō dirigitur nec dirigetur in terra promissionis. Nam q̄ non refrenat linguam suam huius vana est religio. Qui non custodit linguam suam monachus non est: qui autem moderatur linguā suā prudentissimus est: verus q̄ monach⁹ est. Ostenso iam quid loqui debeamus quia nō ociosa sed vtilia et edificatoria loqui nos oportet. videamus cui: qñ: et vbi: et quomodo ea proferre debeamus.

¶ Sequitur de eo cui: qñ: vbi: et qualiter loqui debeamus. Cap. xxiiij.

A Postq̄ sibi elegerit homo quid loquendum sit etiam cui dicat diligenter attendat: quia sicut ait sapiens qui narrat verbū non audienti: quasi qui excitat dormientem de graui sompno. Et iterum. Cum stulto non multum loquaris et cum insensato ne abieris. Item noli arguere derisorē ne oderit te. Argue sapientem et diliget te de discretione loquendi: ita in eccle. scriptū est. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate et cū iniusto de iusticia christi. In quibus verbis datur intelligi q̄ boni prauorum colloquia aliquando debēt appetere: aliquando sperant ex sua exhortatione illos posse corrigi: et de sua stabilitate confidunt vt non timeant: et ex illorum praua suggestione corrumpi. Quando vero malorum duriciam et suam infirmitatem considerant: expedit eis vt deuitent eos B ne dum illos nō valent admonitionib⁹ suis corrigere: paulatim incipiant ipsi ad prauitatem illorum declinare. Cum autem propter nostram edificationem loquimur cum illis loquamur: quorum doctrina possumus ad virtutem instrui. Cum vero propter edificationem proximi loquimur: cum illis loquamur quos speramus per nostram exhortationem a prauitate sua posse emēdari. Alioquin et sapientes velle docere superbia est: et obstinatos corripere insipientia. Qui iniuriosus est proximo: qui meliori non exhibet reuerentiam et iniuriosus est sibi qui non emendat: sed prouocat erga se insipientis vesaniam. Sequitur tercia discretio loquēdi: vt C cum aliquid dicere volumus prius vbi illud dici conueniat: consideremus. Nam quedā sunt loca in quibus perpetuum silentiū seruandum est: vt est ecclesia: claustrum dormitorium atq̄ refectorium necnon et dom⁹ capitularis: excepto dum ibidem confitemur: et dum capitulū tenemur. Sunt et alia loca in quibus loquendi licētia laxatur: ita vt nō solum de spiritualibus rebus: sed et de exteriorum dispositione et prouisione sermones admittantur. Loca vero in quibus vana et superflua dici debeant inuenire nō possũt. Quapropter diligenter attendat presidens: quia non debet nec licite potest aliquem licēciare ad loquendum nisi ea que dei sunt: seu que sui ordinis regula vel statuta permittūt aut concedunt. Et ideo subditi valde cauere debent ne licentia loquendi aliter vtantur q̄ est eis per presidentem concessa: quia neq̄ presidens concedere nec ipsi scz subditi petere tales seu alias qualscunq̄ licencias absq̄ D necessitate licite possũt. De hac materia plenius tractabitur in. xxvi. ca. huius quarte partis. Quarta loquēdi discretio est quādo quid dicendum sit attendere. Est enim tēpus quādo nihil et est tempus quando aliquid dicendū est. Nullū vero tempus est quando dicenda sunt omnia. Tempus est quando nihil dicēdum est quia tempus tacendi. Et est temp⁹ quando aliquid: quia tempus loquendi. Tēpus vero quādo omnia nunq̄: habet igitur omne verbum tempus suum quando proferri debeat et quando taceri. Tempus enim tacendi: tempus loquēdi precedere debet. Nam prius per silentium tempore tacendi discitur quod postea per verbum tempore loquendi proferatur. propterea non ait Salomon temp⁹ loquendi et tempus tacendi: sed tempus tacendi et tempus loquendi. Quia prius sicut iam dictum est in silentio forma loquēdi sumitur que postmodum tempore loquendi in voce proferatur. Plerumq̄ enim inordinata erit illius locutio cui tediosa est silentij tranquillitas: nec sciet tempus obseruare tēpus loquendi qui tacere pro tempore nō nouit. Aliquando enim ideo tacere debemus: vt cum qui loquitur et eos qui audit pariter nō offendamus. Aliquando tacendum est: quia ad id quod dicere volumus animos auditorum pacatos ad hec non cōsideramus. Aliquando tacendum est propter multiloquium vitandū vel etiam propterea q̄ ipsi qui locuturi sumus nondum apud nosmetipsos cōgruam loquendi formam inuenimus: quia profecto animus auditorum magis offenditur: si sermo qui edificare debet: confusus et inordinatus proferatur. Aliquando etiā tacendum: q2 hij qui presentes sunt: nequaq̄ sunt tales ad quos verbū debeamus proferre. Qd duobus modis fieri potest: scz dum vel reuerentia dignitati persone impeditur: vel malicia incorrigibilis. atq̄ id indigna admonitione existimatur. Restat nūc vt postq̄ ostendim⁹ qd, vel cui, et vbi: quando loquendū sit de mõ ſternimus. Qualitas.i.modus loquēdi in tribus conſiſtit: hoc eſt quo geſtu quo ſono ⁊ qua ſignificatiõe quid dicatur. Diſciplina iubet vt geſtus loquentis ſit modeſtus: ſonꝰ demiſſus ⁊ ſuauis: ⁊ ſignificatio vera ⁊ dulcis. Modeſtiā debet habere geſtus loquētis vt nec inordinate nec impudice nec turbulenter membra inter loquendū moueat: neqꝫ oculorū nutibus: aut aliqua indecenti cõformatione ſeu tranſmutatione vultus ſui ſermonis prelatiorem iminuat. Humilis debet eē geſtꝰ loquētis: vt apud auditores gratiā ſermo eius inueniat. Sonus quoqꝫ loquentis debet eſſe demiſſus: ne ſtrepitu et imoderata clamoſitate auditores ſuos aut iniuſte terreat aut iuſte offendat. Suauis enim debet eſſe ſonus loquētis: ne plationis aſperitate tanto fiat animus audientiū onerõſior: q̄to ad aures durior venerit et iniocundior. Significatio.i.ſententia ſermonis ideo debet eē verax: qꝛ falſum verbū etiā ſi facūde ⁊ cõpoſite dicat̄ nociuꝰ eſt ab auditore: aut noxiū: aut ocioſū ſi fuerit intellectū reputatur. Sꝫ et cū veritate neceſſe eſt vt ſermo loquentis dulcedinē habeat: qꝛ ſepe veritas auditorum amara efficit̄: ſi aūt ſine ratione aut ſine dilectione. hoc eſt vel importune vel impie cõtra eum cõferat̄. Verbū enī dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos et lingua eucharis in homine bono abundabit.

❡ De deteſtatione multiloquij ⁊ cõmendatione ſilētij celle et ſolitudinis. Cap. xxv.

A Quam plures inquit Ambroſius vidi peccaſſe loquēdo: q̄ paucos aūt tacendo. Nā nulli tacuiſſe nocet. hinc beatꝰ Arſenius ait. Loq̄ me ſepe penituit: tacere nunq̄. In lingua pbatur porcus ſi ſanus ſit: ſic homo in verbis ſuis. Ex abundantia cordis os loquitur. Hinc yſidorus ait. Mores hominū pandit lingua: qualis enī ſermo oſtenditur talis animus cõprobatur. Sicut vrbs patens et ſine murorū ambitu: ita vir qui non põt cohibere linguā ſuam in loquēdo. Ideo ſicut prefatus yſidorus monet. Nō loquaeris niſi interrogatꝰ fueris: nõ dicas priuſq̄ audias. Sola interrogatio os tuū aperiat. Hinc Aug. ait. Si interrogatus fueris melius eſt ad ſingula breuiter reſpõdere q̄ diutius imoderando verba curioſa p̄lixius extendere. Qui prius reſpondet q̄ audiat ſtultum ſe eſſe demonſtrat et confuſione dignū. B Qui neſcit tacere: neſcit loqui. Neſcit ergo ſtultus loqui: quia neſcit tacere. Nā quidā ſapiens interrogatus: cur tātum taceret ait quia ſtultus eſſet. Reſpondit ſtultus tacere non poteſt. Hinc Cato dicit. Virtutem primam puta eſſe compeſcere linguam. Proximus ille deo qui ſcit ratione tacere. Si vis ergo vincere totum mundū: te ſubice rationi. Qui enim rõnem ſecum portat totū mūdum vincit. Si ergo eſt tibi intellectꝰ reſpõde proximo: ſin aūt ſit manus tua ſup os tuū ne capiaris verbo indiſciplinato ⁊ cõfundaris. Quicquid dicturus es tibi dicito: anteq̄ alij. Sapiens paucis verbis vtitur: loqui vero multū ſtultitia eſt. In principio audi: loquere nouiſſimus. Melior eſt nouiſſimus ſermo q̄ primus. Et notandū ꝙ ſermo religioſi debet eſſe irreprehēſibilis: vt ei dici poſſit quod dictum eſt ad iudith. Oia que locuta es vera ſunt ⁊ non eſt in ſermonibus tuis vlla reprehēſio. Unde ſciendum: ꝙ multis modis fit ſmo loquētis reprehēſibilis. C Primo ſi fuerit ocioſus ⁊ vanus. De Samuele legitur: ꝙ non cadebat ex oībus verbis eius in terram quia nihil ocioſe ⁊ inutiliter locutus eſt. Secūdo ſi fuerit turpis et ſcurrilis. Nā ſicut Aug. dicit. Eorum qui turpia loquūtur diabolꝰ os aperit. Tertio ſi fuerit malicioſus vel doloſus. Quarto ſi fuerit mendax vel maledicus. Quinto ſi fuerit magniloquꝰ. Unde dicit pſal. Diſperdat dñs vniuerſa labia doloſa et linguā magniloquā. Item os qđ mētitur occidit alam. Hinc enī i libro Job. xi. ca. ſcriptum eſt. Nunqđ vir verboſus iuſtificabitur: quaſi diceret. Non. Qui autē odit loquacitatem extinguit maliciam. Ait ergo ſapiens. Deꝰ in celo ⁊ tu ſup terrā idcirco pauci ſint ſermones tui. Quia ſalomone teſtante. In multiloquio pctm̄ nõ deerit: qꝛ qui multis vtitur verbis ledit alam ſuam. Hinc iterū Salomon ait. Qui dimittit aquam caput eſt iurgiorū. quod exponēs greg. ſic ait. Aquam dimittere eſt linguam in fluxu eloquij relaxare. Talis eſt caput iurgiorum: quia qui linguam non refrenat cõcordiam diſſipat. Quia vero ſepe per loquacitatem ⁊ garrulitatē impeditur mutua pax religioſorum: ideo conuenienter ad hoc impedimentum delendū: inſtituitur inter clauſtrales obſeruatio ſilentij. Unde Salomon ait. Qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat. Silentiū autē eſt diſcreta refrenatio lingue ſeruatis tempore: loco: modo: perſona: ⁊ ordine. De primo ſcriptum eſt. Homo ſapiēs tacebit vſqꝫ ad tempus. De ſecūdo ſcribitur ibidē. Ubi non eſt auditus nõ effundas ſermonem. De tertio Augꝰ. ait. Tenendus eſt

modus in loquendo et ab ipſis nōnunq̄ vtilibus
verbis parcendū ſicut Pſalmiſta legit̃
feciſſe. Dicit eni humiliatꝰ ſum ⁊ ſilui a bonis:
ideo Salomō ait. Qui moderat ſermones
ſuos: doctus et pꝛudens eſt. De. iiij. dicit
eccleſia. Audi tacens ſimul et querēs et i medio
magnatoꝛū non adijcias loqui et vbi ſenes
ſunt non multū loquaris: noliq; eſſe verboſus:
in multitudine p̄ſbiteroꝛū. hinc de ſe
helin buzites ait. Junioꝛ ſum tp̄e vos auteꝫ
antiquioꝛes idcirco demiſſo capite veritꝰ ſū
indicare ſentētiā meā. De quinto legit̃ i Geneſi
ꝙ diſpēſatoꝛ ioſeph locutus eſt per oꝛdinem.
Qui autē odit loquacitatē extiguit maliciam.
Silentiū: coꝛ ab imundicia cuſtodit.
hinc ſcriptū eſt. vas quod nō habuerit operculum
et ligaturā deſup imundū erit. vnde et
Grego. ait. Operculū ⁊ ligatura deſuper eſt
mēſura ſilentij qua qs ſi non pꝛemit̃: quaſi
vas imundū reputat̃. Silentiū eſt frenum
A claustraliū. Et ideo claustralis ſine ſilentio
eſt quaſi equus ſine freno: ideo btūs Jaco.
apoſtolꝰ ait. Si qs in verbo non offendit hic
ꝑfectꝰ eſt vir pōt etiā circūducere totū coꝛpꝰ
Ibi gloſa ſic ait. Qui poteſt verbi offēſionē
cauere pōt oīa mēbꝛa coꝛpis que facilꝰ coꝛrigūtur
ad bona opera circūducere ne a recto
itinere diuertāt. ideo ſicut monet ſapiēs: verbis
tuis facito ſtateram: et frenos oꝛi tuo rectos.
hinc Aug. ait. Sūma verecūdia eſt non
poſſe linguā refrenare et vile non poſſe ligare
membꝛū. O lingua tu periculū iminens:
tu luctū perducis diſcoꝛdiā ſepe ſpargis venenū
detractiōis paras ꝑditiones peragis: ⁊
ad inferna eos qui tibi credūt ꝯducis. O monache
cognoſce linguā neq̄ ⁊ fuge eā deſpice
eam ſi potes; ſed volo te inſueſcere linguā
tuam bene loqui: da ei moderatū motū. Ecce
lingua egredi querit motū perquirit. Tu
vero o monache per tēperātiā ipſam refrena
appone ei peſſulū ratiōis: circuncide eā maturitate
diſcretionis pꝛecioſa eni lingua: nō
nouit niſi verba diuina cōſtruere. O q̄ ſctm̄
eſt os. vnde ſemꝑ celeſtia erumpunt eloquia.
O monache cōſidera te rationē redditurū de
omī verbo ocioſo et tanto maioꝛē quāto minus
mundo es obligatus. Non eniꝫ in foꝛo
ſed in cella vel in clauſtro habitare debes nō
familiā: familiariū aīas oꝛatiōe paſcere debes.
B Non eſt igit̃ tibi neceſſe multū loq̄: nec
inter hoīes ꝯuerſari. ama igitur o monache
ſolitudinē fuge multitudinē: ne cōpꝛehendaris
in verbo: ne cōfūdaris in facto. hic etiam
abbas Antonius ait. Sicut piſces ſi tardauerint
in ſicco moꝛiunt̃ ita et monachi tardantes
extra cellam aut cū viris ſecularibus
cōmoꝛantes: a quietis pꝛopoſito reſoluūtur
Oportet ergo ſicut piſcem i mare: ita ⁊ nos
ad cellam recurrere: ne foꝛte foꝛis tardātes
obliuiſcamur interioꝛis cuſtodie. Dixitq; iterum:
qꝛ qui ſedet in cella vel ſolitudine et q̄eſcit:
a tribus bellis eripitur. id eſt auditꝰ viſꝰ
locutionis: et contra vnū tantūmodo habebit
pugnam id eſt coꝛdis. Abbas autē arſenius
cū adhuc eſſet in palatio: oꝛauit ad dominum
dicēs. Dn̄e dirige me ad ſalutē. Et venit
ei vox dicens. Arſeni fuge hoīes: et ſaluaberis.
idem vero arſenius poſtea factus monachus:
rurſum oꝛauit eūdem ſermonē dicēs.
audiuitq; vocem dicentē ſibi. Arſeni fuge tace
quieſce. hec eni ſunt radices nō peccandi.
Dixit abbas moyſes homo fugiens hoīes:
ſimilis eſt vue mature. Qui autē cū oībꝰ cōuerſat̃
ſicut vua acerba erit. Dixit abbas Nilus
īperfoꝛabilis manet a ſagittis inimici: q̇
amat quietē. Qui autem miſcet̃ multitudini:
crebꝛa ſuſcipiet vulnera: frater quidā applicuit
in ſciti ad abbatē moyſen petēs ab eo
ſermonē. Dixitq; ei ſenex: vade et ſede in cella C
tua: et cella tua docebit te vniuerſa. Silentium
quūq; ſoluit̃: ⁊ quādoq; rumpit̃. atq; nōnūq̄
quod valde dolendū eſt pꝛoijcit̃. Tūc vero
ſilentiū ſoluit̃: quando qs loquit̃ de licentia
et hoc vtilia. vnde de muto quem dn̄s loqui
fecerat: ſcriptū eſt ſic. Solutū eſt vinculum
lingue eiꝰ: et loquebat̃ recte. Ille auteꝫ
nouit recte loq̄: qui et oꝛdinate nouit tacere
hinc Jeroꝰ ait. Diu conſidera qd loquendū
ſit et adhuc tacens: pꝛoinde ne qd dixiſſe peniteat.
Sapiens vt loquat̃: multa pꝛiꝰ conſiderat:
qd aūt cui quo loco vel tempoꝛe dicat
Silentiū vero rumpit̃: quando qs aliq̄ occaſione
loquit̃ quedam ſine licētia honeſtatū.
vnde Jeroꝰ ait. Confregerūt iugū rumperūt
vincula ſcꝫ lingue: cū rumpit̃ ſilentium
Silentiū tūc pꝛoijcit̃ cū nec locus nec tempꝰ
nec modus ſeruat̃. vnde per Amos pꝛophetam
dicit̃. In omī loco pꝛoijcit̃ ſilentiū hoc D
eſt q̇ non curat quo loco quo tēpoꝛe vel quo
modo frangat ſilentiū. Audiat qd ſcriptum
eſt. Qui incōſideratꝰ eſt ad loquēdū ſentiat
mala ꝓpterea vt Pſalmi. monet: pone cuſtodiam
oꝛi tuo et oſtiū circumſtātie labijs tuis
Oſtiū dicit: nō murū qꝛ tp̄e cōgruo apiēdū
eſt. Rurſūq; claudendū donec neceſſe fuerit
iterū apiri: ⁊ tp̄s loquendi. Legit̃ de abbate
agathone ꝙ per triēniū lapidē in os ſuū mittebat
donec taciturnitatē addiſceret vtilitatē

ſilentij exp̄mit Jeremias dicẽs. Bonum eſt preſtolari cū ſilentio ſalutare dei. Bonū eſt viro cum poꝛtauerit iugū ab adoleſcētia ſua Sedebit ſolitarius et tacebit qꝛ leuabit ſe ſuper ſe.i. ſe ſpiritualẽ ſupꝛa ſe carnalẽ. Sedebit ſe humiliādo ſolitarius a ſtrepitu mūdi quieſcendo et tacebit ab humano colloquio Silentiū ſignū eſt ſapientie. vnde ſcriptum eſt. Eſt tacens: ⁊ ipſe inuenit̃ ſapiẽs. hic etiā Job ait. vtinā taceretis vt putaremini ſapiẽtes. Salomon quoqꝫ ait. Stultus ſi tacuerit ſapiens reputabit̃. Qui vero nō verent̃ tempus ſuū in verbis vel dictis ꝯſumere ocioſis audiant quid Berñ. dicit. Nemo paruū eſtimet temp⁹ qđ in verbis vel factis cōſumitur ocioſis: fugit temp⁹ irremeabile. volat vbū irreuocabile: et inſipiens nō attēdit qđ amittit. Confabulari licet inquiunt: donec hoꝛa pꝛetereat. O donec hoꝛa pꝛetereat: quam ad obtinendā veniā ad ꝓmerendā gratiā: ad cōquirendā gloꝛiā mia indulſit ſaluatoꝛis.

¶ De tribus abuſiōibus in religione cauendis ſcꝫ de iuuene ocioſo. de ſene obſtinato: et de rumoꝛe in clauſtro. Cap. xxvi.

Ocium ſtulticiā laboꝛ ſcientiā generat. Eſt autẽ laboꝛ et ociū interioꝛis hominis: et eſt laboꝛ et ociū exterioꝛis. laboꝛ interioꝛis/ laboꝛ ſciētie/ laboꝛ exterioꝛis/ exercitiam operatiōis. Sciētie laboꝛ in tria diuiditur.i. in laboꝛe diſcipline exercitij ⁊ doctrine in puericia: laboꝛ diſcipline: in iuuētute exercitij. In ſenio doctrine vt que neſcit: i puericia diſcat que didicit: in iuuētute ad vſum ducat qđ ad vſū duxit: i ſenio doceat. Nemo a laboꝛe excuſat̃. nō pueri. nō ſenes. nō iuuenes. Sola tamẽ iuuēt⁹: poꝛtat pōdus diei ⁊ eſtus poꝛtat materialit̃ pōdus laboꝛis ⁊ eſtū ſolis: poꝛtat moꝛalit̃ pōdus carnee fragilitatis ſuſtinet eſtū libidinis. Laboꝛe igit̃ manuum: adnichilat̃ pōdus tēptationū ocio multiplicat̃ tēptatio. laboꝛe caro affligit̃ ocio nutritur. Juuenis autẽ in ocio quaſi iuuēt⁹ ſine iugo qꝫ dū non tenet̃ obediētie vinculo ieq̄litate fraterne ſocietatis quaſi bos laſciuiēs diſcurrit per deſideria ꝓpꝛie fragilitatis. De ſene obſtinato notādū qꝛ inter abuſiōes huius ſeculi: ſola maioꝛ eſt ſenis obſtinatio qui moꝛti ꝓximās moꝛtis aduētū non abhoꝛret qui quaſi ad oſtiū mundi huius poſitus: foris ſpectat: nec tamen vite pñtis attendit egreſſum: nec ingreſſum future conſiderat: audit nuncios moꝛtis. et credere non vult eis Tres ſunt enim nuncij moꝛtis: caſus infirmitas et ſenectus. Caſus dubia. infirmitas grauia. ſenectus certa nunciat. Caſus nunciat moꝛtem latentẽ. infirmitas apparētem ſenect⁹ pñtē. Ex icertitudie moꝛtis. timoꝛ ex infirmitatis grauitate. doloꝛ ex certitudie ſenectutis non obſtinatio: ſed humilitas et afflictio ſequi deberet. Sunt autem tres ſpecies obſtinatoꝛum: pꝛima eſt eoꝛū qui ex coꝛreptione pꝛoficiunt. ſicut manaſſes. Secunda eoꝛū qui ex cōmonitione deterioꝛes fiūt: ſicut Nabal. Tercia eoꝛū qui emendationẽ pꝛomittunt ſed non faciūt: ſicut pharao manaſſes in carcere poſitus cathenis ⁊ compedibus afflictus deum cognouit quem pꝛius libere cognoſcere noluit. Tales ſūt quidam clauſtrales: qui ꝙdiu ſerui iuris ſunt: ꝑuerſe viuunt. dum vero in clauſtro quaſi in carcere tenentur aſtricti cathenis obedientie ſcꝫ et timoꝛis dum cōpedes etiam addunt̃: qꝛ vagari foꝛis vel egredi nō permittuntur fit quandoqꝫ vt deum quem pꝛius deſpexerāt coꝛrepti diligant et qui fecerant de libertate ſeruitutem faciant de neceſſitate virtutem. Quos igitur peruerſos ꝓpꝛia fecerat libertas deuotos per coꝛreptionẽ reddit aliena poteſtas. Quantū vero ad rumoꝛes conſulo tibi vt eos neſcias: quia inquietāt coꝛ et mentem diſtrahunt deuotionẽ exhauriunt: atqꝫ temp⁹ ſine vtilitate conſumunt. Etiam que ſcis non oīa effundas. quaſi vas ſine operculo quod ſtati cū inclinatur: effūdit quicqđ continet in ſe: et omi puluei et imūditie patet. Non ſis in turba libenter: niſi vbi tractatur de deo et de edificatione anime. Sūt autem ſicut pꝛefat⁹ Hugo dicit. quidam qꝫ poſt cibum ſumptū non lectioni et ſilētio: ſed rumoꝛibus et curioſitati ſeu loquacitati vacāt qui locum et tēpus loquendi et tacendi: nuſꝙ vel nunꝙ ſeruant: ſed inſtabiles et ocioſi nunc hos nunc illos ad loquendū vocant vnde non incōgrue de eis dici pōt quod ſcriptū eſt. Sedit populus manducare et bibere: et ſurrexerūt ludere. ludere inqt nō legere. Sed attendant hij quid dauid dicit. Pone cuſtodiam oꝛi meo: ⁊ oſtiū circūſtantie labijs meis. Oſtium dixit nō murum. Si enī murus poneretur: loquēdi licētiam omnino negari videretur. Sed oſtiū puto quod ꝓ tēpoꝛe ⁊ loco clauditur et aperitur. Aperitur hoc oſtiū in clauſtro hoꝛa conſtituta lectiōi. in capitulo cōfeſſioni. in eccleſia oꝛatiōi. Clauditur iterum clauſtro cōfabulatiōi. in capitulo excuſationi. in eccleſia vane modulatiōi. hoc oſtium clauditur ſepe fratribus nouiter conuerſis: tepidis et cōuerſis. Aperitur tamẽ eiſdem nūq̄ ꝓpter neceſſitatē coꝛpoꝛis: vel ad doctrinam oꝛdinis: ſeu ad edificationē mētis. Poteſt hoc oſtium appellari licentia licenter loquendi que aperiť et clauditur cōceditur aut negatur. Per hoc oſtiū ſepe ingrediunť: qui oſtium mentis frangūt. Gaudent eni multi clauſtraliū: dum de regibus fabulanť dū caſus multū narrant: dum pꝛo illis loquūtur a quibus nō agnoſcātur multoꝛū partes defendūt pꝛo multis iraſcunť pꝛo multis litigant ignoꝛant tamē quod negant aut quod affirmant.

De diſpenſatiōe rigoꝛis oꝛdinatio diſcrete penſanda tam a pꝛelatis quam a ſubditis et de licentijs abſq̄ neceſſitate vel vtilitate nō petendis. Cap. xxvij.

a QUia vero nōnulli religioſi moderni ſuis voluptatib⁹ poti⁹ ꝙ̄ neceſſitatib⁹ cōſulētes vltra metas regule ⁊ patrū ꝯſtitutiones diſpēſatiōes varias a ſuis ſupioꝛibus requirunt allegātes pꝛo ꝯſeruāda caritate tales diſpēſatiōes ſi tamē diſpēſatiōes debeāt dici fieri oportere: vt clarius eluceſcat taliū erroꝛ: pꝛimo notādū eſt ꝙ ſepe ſub noīe caritatis illud qđ cōtrariū eſt caritati: ab ipſis fallaciť vſurpať. Cū eni caritas ſit dilectio dei ⁊ ꝓximi: nec pōt ꝓxim⁹ diligi niſi pꝛi⁹ de⁹ diligatur. dilectio aūt dei ꝯſiſtit in obſuātia mādatoꝛū ei⁹ patet manifeſte ꝙ q̄ cōtrariať mādatis dei ꝯtrariať caritati que eſt de⁹. Mādata vero dei nō ſolū intelligēda ſūt: q̄ p ſeipm̄ i lege. ⁊ in euāgelio ꝓuulgauit: ſed etiā q̄ per ei⁹ vicarios ꝑlatos eccleſie ⁊ ꝓpoſitos p aīaꝝ ſalute rationabiliť ſtatuunť. vñ et Bern. in libello de diſpēſatiōe et pꝛecepto ſic ait. Siue enim deus ſiue homo vicarius dei mandatum qđcunq̄ tradiderit pari ꝑfecto obſeruandū eſt cura pari reuerentia deferēdum vbi tamē deo cōtraria hō non pꝛecipit. Hec vero mādata ab hominibus tradita et inſtituta ſm ꝑfatum Bern. Q̄diu militant caritati imobiliter fixa ſunt nec mutari omnino ne ab ipſis quidem pꝛopoſitis ſine offenſa poſſunt ipſamq̄ caritatem ꝓpter quam i talibus diſpenſatur expꝛeſſius declaranda intelligit ſub noīe neceſſitatis nō volūtatis ita dicēs. Que ab hoibus inſtituta ſunt etiā per hoīes loco ⁊ officio illis canonica electione ſuccedētes licite interdū innoxieq̄ p cauſis pſonis locis et tempoꝛibus diſpenſātur. vbi ſane qui hec legit attendat me caute dicere non ea poſſe vel ab iſtis leuiter p volūtate mutari: ſed ratione fideliter diſpenſare.

Et paulopoſt hanc diſpenſationē in ſola neceſſitate locum habere declarat allegans auctoꝛitates ſummoꝝ pontificū: ſic dicēdo ait ſiquidem gelaſius papa vbi neceſſitas non eſt nullo mō ſtatuta patrū violētur ptꝫ ergo ꝙ in omni diſpenſatiōe recta incōuertibilia manēt ſanctoꝝ patrū decreta. Pro quoq̄ papa: vbi inquit neceſſitas non eſt opoꝛtet pꝛeſupponere neceſſitatem et iuſtam cām diſpēſandi: vt caritas ſeruetur: vnde quidam venerabilis doctoꝛ iuris canonici Magiſter iohānes Aton. in ꝯſtitutiōe octoboni capitulo regnū celoꝝ inter cetera ſic ait: licet dicam⁹ in pluribus ꝑceptis ꝯtra regulam abbatem poſſe diſpenſare tamē hoc tunc verū eſt: qū vtriuſq̄ eſt recta diſpenſatio q2 abbas in lāce mentis ſue diſcrete penſat et ponderat: quid magis expediat ſequi videlicet regule ⁊ canonis rigoꝛē vel ei equitatis diſpēſationē pꝛeferre. ac monachus ſeu religioſus ſubditus hoc admittiť benigno zelo obediētie. nō ꝓteruia. vel occultatione ſimulata. vt ſic diſpenſatio dicatur diſcreta penſatio. alioquin ⁊ ſi papa diſpenſaret ſine iuſta cauſa cū religioſo. in talibus ꝓhibitis peccat ⁊ diſpenſās ⁊ ille cū quo diſpenſatur. hec doctoꝛ ibidem. Ex ꝑdictis igitur colligi pōt: ꝙ ad hoc. vt i diſpenſationib⁹ caritas veraciter cōſeruetur requiritur in ſubdito neceſſitas petēdi huiuſmodi diſpenſatiōem nō ficta ⁊ in ſuperioꝛe conſideratio eiuſdē neceſſitatis diſcreta non remiſſa vt videlicet nō ſolū coꝛpoꝛi: ſed et aīe illi⁹ cū quo diſpenſatur pꝛoficiat. Nam ſub noīe diſcretionis: nimia remiſſio et ſub noīe caritatis pꝛopꝛie voluntatis abuſio hodie inter religioſos vbiq̄ fere damnabiliter vſurpatur. vñ Ber. in apolog. Abuſiones religioſoꝛum recitans: et qualiter vicia ſub virtutū ſpecie palliantur inter cetera ſic inquit. Ecce enim ꝑcitas auaritia putatur: ſobꝛietas auſteritas creditur. Silentium triſticia reputatur. Et econtra remiſſio diſcretio diciť effuſio liberalitas: loquacitas affabilitas: cachinnatio iocunditas: mollities veſtimentoꝛum et equoꝛum faſtus: honeſtas lectoꝛum ſuperfluus cultus mundicia appellatur. Cum hec alterutrum impendimus: caritas appellatur. Sed iſta caritas. deſtruit caritatem. hec diſcretio diſcretionem cōfundit. Talis miſericoꝛdia: crudelitate plena eſt qua videlicet ita coꝛpoꝛi ſeruitur. vt anima iuguletur. hec Bernardus. Iccirco vero hec mala frequenter eueniunt: quia nonnulli rectoꝛes ſiue pꝛepoſiti ſub ſpe caritatis pacē humanam pl⁹ q̄ expedit affectant. Et q꞉ ſepe voluptatibꝰ ſubditoꝛum: nimis condeſcēdūt: ꝓpterea tam ſubditos q̄ ſeipſos periculoſe decipiūt. Quapꝛopter audiant quid de eis Gꝛego. dicat. Admonendi ſunt pacati: nedū nimis humanā pacem deſiderant pꝛauos hoīm moꝛes neq̄q̄ redarguant et cōſentiēdo peruerſis: ab auctoꝛis ſui ſe pace diſiungant nedū humana foꝛis iurgia metuunt: itemi federis diſciſſione feriantur. Quod autem pꝛelatus non debeat pꝛauoꝛū moꝛibus cōſentiēdo cū eis concoꝛdiā habere: ſanctus dauid ita de ſeipſo dicit. Nonne qui oderunt te dn̄e oderam: ⁊ ſuper inimicos tuos tabeſcebā. Perfecto odio oderam illos inimici facti ſunt michi. Perfectum vero odiū eſt hoīes diligere: et eoꝛū vicia ſemper hoꝛrere. Nā i illa parte qua creature dei ſunt: amandos eſſe nō dubiū eſt. In illa iniquitate hoꝛrendi ſunt: in qua ſe polluerunt. Opoꝛtet tn̄ pꝛelatū diſcrete penſare moꝛes et infirmitates ſubditoꝛū in diſpēſationibus faciēdis ſeu in licentijs cōcedendis ⁊ illa que ſunt rationabiliter petita: libēter cōcedere nōnulla vero diſſimulādo permittere que ſunt minꝰ mala vt magis mala euitentur. Illa autē que ſunt expꝛeſſe cōtra bonos moꝛes ⁊ diuinis ſeu canonicis ſanctionibus. vel regularibus inſtitutis obuiātia ſine diſſimulatione aliqua denegare. Illud apoſtolicū ſedula mente reuoluēs: q꞉ ſi hoībus placerē: chꝛiſti ſeruꝰ non eſſem. Nō tamen opoꝛtet canones ſeu patrū traditiones ſemꝑ ad litterā ſtricte ſuare: ſed potiꝰ attendendo ad varietates tꝑm et qualitates pſonarū. cōdētiū intētio debet ſollicite pōderari ꝓut notat ſctūs Tho. ſuꝑ q̄rtū ſent. diſ. iij. inter alia ad ꝓpoſitum ſic dicēs. Pꝛecepta legis poſitiue magis obligant ex intētione ipſius legiſlatoꝛis: q̄ ex ipſis verbis. Et ideo tranſgreſſoꝛ talis pꝛecepti eſt magis reus reputandus qui obuiat intentioni legiſlatoꝛis: q̄ qui deuiat in aliquo a legis oꝛdinatōe. Intentioni aūt legiſlatoꝛis obuiat qui ex contēptu vel ſine aliqua rationabili cauſa oꝛdinationē nō ſeruat. Si aūt in aliquo caſu oꝛdinationē non ſeruat in quo ꝓbabiliter credi pōt ſi legiſlatoꝛ adeſſet ꝙ eum obligare non vellet: talis non eſſet reputādus ꝑcepti trāſgreſſoꝛ. hec ſanctus thomas. Cum ergo in ſubdito apparet iuſta cauſa petendi diſpenſationem vel licentiā loquendi vel aliud agēdi: vt videlicet neceſſitati tm̄ et non voluptati indulgeat ⁊ pꝛelatus cōtrariū ſcire nō valet: tunc ſtat intentio legiſlatoꝛis in pꝛelato diſpēſatoꝛie ꝑter cōmunē legē et ſit recta diſpenſatio ex ꝑte ipſius: Quis etiā ſubditus erret allegādo neceſſitatē vbi neceſſitas nō eſt. Si vero ꝑlatus nō attendens neceſſitatē vel vtilitatē: ſed tm̄ cōſuetudinē vel vſum. imo verius abuſum ſubditoꝛū cōdeſcēdat voluntatibus eoꝛum ne hūanā incurrat offenſam ⁊ ſic ꝯtra regularia inſtituta vel canonica ꝑcepta ſiue ꝙ maius eſt diuina mādata diſpēſet: talis diſpēſatio nō eſt diſpēſatio: ſed diſſipatio verius debet dici: ꝓut ex ſuperioꝛibꝰ patere pōt manifeſte. Poteſt tamen ꝑlatus nōnulla permittere et tollerare q̄ non debet diſpenſatiue concedere: vt pote minus mala: ne magis mala eueniāt: ſed opoꝛtet i hac parte ſollicite cauere de puſillanimitate ⁊ inoꝛdinato timoꝛe. Vn̄ vt in diſpēſatiōibꝰ ⁊ ꝑmiſſionibus hmōi ꝑlatus via recta ſine erroꝛe incedat: opus ē ꝑcipue magiſtra diſcretione: cum ſit ars artium: regimē aīarum.

¶ Quod octo ſunt q̄ ſi religioſus diligēter obſeruet: ꝑ eoꝛum obſeruantiam verus ſui oꝛdis cuſtos ⁊ executoꝛ inueniet. Ca. xxviij.

Primum itaq̄ hoꝛum octo. eſt, vt religioſus clauſtruꝫ ſuum teneat atq̄ cellam: neq̄ de illo vel de illa vllomodo ſine licētia exeat: nec etiam tunc niſi valde rationabilē cauſam habeat. Scd̄m eſt: vt ſilētiū ſuum ſtricte teneat. nec illud ꝓ vlla omnino re niſi ratiōabilis occaſio ⁊ ineuitabilis eueniat: facile erūpat. Tertium eſt vt nullā ꝓprietatem habeat. nec etiam ꝑ licētiam plus habere velit q̄ neceſſitas poſtulat. Quartuꝫ eſt: vt ꝑlatis ſuis ſimplicitē abſq̄ murmure obediat. niſi foꝛte ꝙ abſit ei aliquid contra dei voluntatē ꝑcipiant. Nam ſm̄ greg. malum per obediētiam nunq̄ debet fieri. ⁊ icciꝛco nullo modo eis in hac re obediēdum eſt. Quintum eſt: vt pꝛo nulla cauſa etiam ſi ei iuſta videatur murmurare vel detrahere audeat religioſus: ne oē bonum quod videtur facere per hanc nequitiam ꝑdat. Sextum ē vt religioſus omēs homiēs et ꝑcipue confratres ſuos ſcd̄m deum diligat et quicquid bonī ipſe ſibi ab alijs ipēdi deſiderat: ipſe alijs hilariter et cum gaudio impēdat. Septimū ē: vt diuinum officiū ſcꝫ moꝛē ſui oꝛdinis. ſi poſſit reddere non negligat. atq̄ i reddendo intētus et non vagus aſſiſtat. ne vagando oculos diuine maieſtatis ante cuius conſpectum videtur aſſiſtere offendat. Octauum ē vt puram confeſſionē de omnibus peccatis ſuis faciat: quam tamē ꝯfeſſionē nō paſſim omnibus, pꝛout cuiq̄ libuerit niſi tantum pꝛelato ſuo vel quibus idem pꝛelatus poteſtatem tribuit faciat. Iſta octo ſi humiliter et indefeſſe agant religioſi: ſui oꝛdinis executoꝛes a recte cõſiderãtibus ſunt iudicãdi. De vita autē ſeculari idcirco multi veniunt ad clauſtralem: qꝫ ſi in ſeculo remanerēt oĩno dãpnandi eſſent qꝫ non parum imo difficile eſt quibuſdã vt inter ipſas materias peccandi conuerſantes: peccatũ vitare valeant etiã ſi ipſi multũ laboꝛando oĩno vitare appetãt pꝛopterea ad clauſtrũ veniũt: ꝓpterea tãtas parietũ altitudines ante oculos ſuos ponũt pꝛopterea ſe ĩ clauſtro quaſi in artiſſima dei cuſtodia ſe includũt. vt ſic clauſi et quaſi incarcerati nõ audiant/nec videant vanitates ſeculi et hoc modo dũ quaſi nõ habēt poſſibilitatē peccãdi facili⁹ vitent cũ dei adiutorio oẽs laqueos diaboli ꝗ vix aut nũꝗ in ſeculari ꝯuerſatiõe vitare pñt. Et itaqꝫ magna ſecuritas his qui deſiderant aĩas ſuas ſaluare clauſtrum appetere clauſtraleꝫ vitam tenere. Quis etiam nec ĩ clauſtro quiſꝗ ex toto ita poſſit eſſe ſecurus quin ſepius multis varijſqꝫ temptatiõibus inimici pulſetur eiqꝫ hoſtis ſuadeat: vt iterũ ad vanitates ſeculi et peccata reuertat᷑. Qui vero hmõi tēptationibus in tantũ depꝛeſſus fuerit vt ad ſeculum reuerti diſponat habita opoꝛtunitate. melius eſt illi vt in clauſtro maneat ſaltē inuitus: ꝗ foꝛis exeat pꝛotin⁹ ab inimico ſeducendus. Quomodocũqꝫ vel qualitercunqꝫ ſe habeat: ſaltē infra clauſtrũ ſe teneat et ſecurus ſit per oĩpotētis dei miſericoꝛdiã qꝫ cito diſcedet oĩs inquietudo et moleſtia ꝗ illuꝫ pulſat et cito redibit amoꝛ clauſtri et mētis ſerenitas. Sicut enim ignis cineribus opertus ꝗuis aliquanto longius ſuum ardoꝛem ſeruet ſub ipſis cineribus in ſe ipſo extinguitur: ſic tedium et vagatio mentis cõpeſcitur obſeruatiõe clauſtrali et tanꝗ ſurdus omnē ĩquietudinē que de foꝛis venit religioſus ſuum clauſtrum vel cellam tenens: non audit Poſt clauſtri autem cuſtodiã cõpetenti oꝛdine ſequitur ſilentiũ. Qui eniꝫ perfecte peccatum cupit fugere etiam ſi tumultum coꝛdis ex toto non poteſt cohibere ſtudeat ſaltē ſilētium oꝛis tenere et ita per cuſtodiaꝫ clauſtri vel celleꝫ obſeruationē ſilentij poterit magnam obtinere perfectionē totius oꝛdinis: magnãqꝫ purgationē totius iniquitatis. Sequitur autem in tertio loco: vt religioſ⁹ nullam habeat pꝛopꝛietatē: nichilqꝫ niſi per licentiam poſſideat. Qui clauſtrũ vel cella occaſionem peccandi tollit: quēqꝫ ſilentij cenſura tenet vel conſtringit: in magnã mentis tranquillitatē adducit. Obſeruatio quoqꝫ nichil poſſidendi: nullãqꝫ rem oĩno habendi: facilem et liberã viam per quã gradiatur ad vitam oſtendit. Religioſus nanqꝫ rebus vel negotijs ſecularibus occupatus ꝗnto plus fuerit huiuſmodi onere grauatus, tanto pl⁹ et plus tardabit ad pergendũ quo verus deberet pergere religioſus. Ponit᷑ vero in ꝗrto loco vt religioſus ſuo pꝛelato per oĩa obediens exiſtat niſi quod abſit: ei cõtra dei voluntatem aliquid pꝛecipiat. Cuius enim coꝛ nulla ſecularis cura depꝛimitur hilariter ⁊ cũ gaudio in oĩbus que ſibi pꝛo ſua vel alioꝝ vtilitate iubentur obedit. Obedire vero eſt: omnia que ex parte dei dicũtur ea que ſecundum poſſibilitatē ſuaꝫ operibus adimplere vel etiam ſi poſſibilitas deficiat: voluntate et deſiderio perficere. Immēſa dei bonitas ineſtimabiliſqꝫ ei⁹ miſericoꝛdia: ſuo fideli ſeruo reputat pꝛo opere facti quicꝗd boni vult etiam ſi per aliquã impoſſibilitatē facere nequeat. Cõpetenter itaqꝫ poſt interdictũ pꝛopꝛietatis ponit᷑ obedientia: que iniũgit᷑ a pꝛelatis: qꝫ ille pꝛomptũ et hilarem ad obediendum ſe pꝛebet: cuius coꝛ liberũ eſt a curis et vanitatibus ſeculi. Poſt hec ponit᷑ in quinto loco: vt religioſus nullam murmurationē faciat nulliqꝫ detrahere audeat. Murmuratio enim et detractio ſunt: quaſi duo peſſimi demones ſociati. coꝛ quoqꝫ qđ poſſident: de oĩbus bonis que habere videt᷑ pꝛius denudãtꝫ poſtea de oĩbus malicijs quaſcunqꝫ immittere poſſunt replent. Sicqꝫ miſer religioſus dum ſe nõ cauet, ab hijs duobus inimicis: perdit omnē tranquillitatē mentis: ac per hoc iam poſtea nec nominãdus eſt religioſ⁹: nec etiã verus chꝛiſtianus. Sequit᷑ ergo cõpetēti ratione poſt obedientiã interdictũ murmurationis et detractiõis he qui ſe pꝛo deo voluntati alterius et pꝛecepto ſubiecit: murmurãdo vel detrahēdo perdit manſuetudinē coꝛdis ac per hoc nõ tantũ partem: ſed etiã totũ perdat quicꝗd quaſi per obediētiã impleuit Ponitur in ſexto loco vt religioſus oẽs homines et pꝛecipue cõfratres ſuos ſecundum deum diligat et quicꝗd boni ipſe ab alijs ſibi impendi deſiderat: ipſe alijs libēter impēdat. hoc eni agens religioſus oſtēdit ſe ſocietatem ſanctoꝝ qui iam in eterna gloria ſũt deſiderare ⁊ deſiderãdo appetere inter quos tanta dilectio: tantaqꝫ dilectiõis caritas eſſe dinoſcitur quantã nullus in hac vita exiſtēs valet referre. Quãto eni quiſqꝫ hanc virtu=

rem dum in hac vita eſt ſincerius exequitur tanto ampliꝰ poſt hāc vitā ad illam ſanctorꝝ congregationem perueniēs: a creatore ſuo diligetur. Sequit̄ autē in ſeptimo loco vt diuinū ſeruiciū conſtitutum quod ad laudē dei pertinet per oīa et in oībus curet religioſꝰ ꝑſoluere intente et nō circūuagādo. Nō autē debeamus diuinū officiū intēte et nō circūuagando perſoluere beata Brigitta quēdaꝫ clericum ſecularē inſtruens: ita declarat dicens. Caue ne vadas girouagādo: dum horē cātant̄ vel diuinē hoc enī eſt incōſtātis et girouagātis animi et tepidi ſpiritus modiceqꝫ caritatis ac deuotionis. Dum enī hoc ſeruicium oīpotenti deo reddit religioſus ſi illud ſicut decet perſoluit: deus ad eum deſcēdit: illiuſqꝫ mentē ⁊ aīam ſuo amore et gratia ineffabiliter accēdit. Laudes igit̄ et gratias q̄s religioſus in alia vita eſt deo acturus: hic iterum dum viuit incipit pregustare: quas cū illuc peruenerit iugiter et ſine fine habet ꝑſoluere. Octauo loco ſequit̄ vt purā ꝯfeſſionē de oībus peccatis ſuis faciat religioſus quia nō aliter vitā eternā que nō niſi mūdis. et ꝑ verā cōfeſſionē purgatis preparata eſt. poterit adipiſci. Quicqd enī violat religioſum in ſeptē ſuperius determinatis per cōfeſſionē que ī octauo loco ponit̄ debet mūdari. Nullus eſt enī verus religioſus vel chriſtianꝰ: niſi recognoſcat ſe eſſe peccatorē ac per hoc mīa dei et pietate multū indigentē: quin ipſa ſua nō ſua ſed falſa iuſticia decipiat̄. Deceptuſqꝫ miſer niſi añ mortē cōfiteat̄ et peniteat a diaboli laqueis ī fine capietur. Si quis ergo vocatus religioſus exiſtimat ſe tam cōpetenter per oīa ſuū ordinē cuſtodiſſe vt non in omnibus vel aliquibus horū q̄ ſuperius dicta ſūt credat ſe aliquā violationē feciſſe: iſte nec veri religioſi: ſed nec vitā boni ſecularis tenet: qꝛ dum nō humiliter ſe nō habere quod non habet recognoſcit: ipſa ſupbia exaltatiōe coram deo maculatꝰ in īfimis vbi ſupbia ſemper iacet: īfeliciter cadit. monachꝰ ergo hūilitatem tenens qui vel in oībus vel in multis que ad ſui ordinis cuſtodiā pertinēt ſe nō delinquere profiteri nō audeat deo qui humilia reſpicit et alta a longe cognoſcit atqꝫ ipſa ſua humili cōuerſatiōe ſe deo iūgit ac ꝑ hoc dum de ſe per oīa humiliter ſentit: firmiꝰ et ſecurius oēm rectū ordinē quē verus religioſus exequi debet cuſtodit. Et ideo religioſus qui in oī actiōe ſua ſemꝑ hūilis exiſtit: humiliterqꝫ ſuā vitā ſuūqꝫ ordinē cuſtodit iſte hec octo de quibus ſuꝑius dictū eſt habet ⁊ tenet et per horꝫ obſeruantiā ſecurus eſſe pōt q̄ ſi vſqꝫ in finē in eis perſeuerauerit: vitā eternā ſine dubio poſſidebit. Amē.

¶ Quō vnuſqſqꝫ debet reſpicere ſtatū ſuū: et quid eſt ꝑfecte viuere et q̄ eſt voluntas dei et de tribꝰ q̄ faciunt hoīem ſanctū. Cap. xxix.

Uide vocationē veſtraꝫ iſta apoſtoli verba: ꝑtinēt ad vos religioſos videte inquit: ad quid vocati eſtis. Et hoc dicit apoſtolus ad excitādū vos ad ꝑfectionē. Et propter hoc quacunqꝫ hora cogito de meipſo die vel nocte: ex vna parte habeo maximū gaudium: et ex altera parte habeo magnū dolorem. Gaudiū habeo propter ſanctā religionē dolorē et cōfuſionē ꝓpter meā debilē conuerſationē. Et illud nō eſt mirum qꝛ habeo magnā cauſam. Nā venire ad religionē ſeu heremū: ſūma eſt perfectio: ſed nō perfecte in ea viuere ſūma eſt dāpnatio. Ideoqꝫ tu q̄ in religione viuis: ſequere vitā perfectionis. Quid enī ꝓdeſt ſi in loco quies tantū corporaliter teneatur: et inquietudo in corde verſetur. Quid inq̄ prodeſt ſi in habitatiōe ſilentium ſit. et in habitatoribꝰ viciorū tumultꝰ et colluctatio paſſionū ſi exteriora noſtra ſerenitas teneat: et interiora tempeſtas. Non enim ad iſtū cōuenimus locum vt nobis mūdus famularet̄ vt rebus oībus abūdantes omni quiete frueremur. Non vtiqꝫ ad requiē non ad ſecuritatē: ſed ad pugnā huc cōuenimus ad agonē huc ꝓceſſimꝰ ad exercēda cuꝫ vicijs bella ꝓgreſſimus vt lingue gladios retundamus: vt nō ſolum inuicē: nō inferamꝰ iniurias: ſed nec ſentiamus illatas. Peculiarius autē iſtud ad ꝓfeſſionē noſtrā pertinet: nichil in hac vita querere conſolatiōis nichil quietis: nec recipe velle bona in vita nr̄a: ſed honores. fugē ſubiectiōe atqꝫ abiectiōe gaudere. Paupertatē ſtudio quererē nō ſolū facultates: ſed etiā ipſas cupiditates e cordibꝰ eradicare. Nouerimꝰ itaqꝫ fratres nichil nobis prodeſſe: ſi carnē noſtrā ieiunijs ac vigilijs affligamꝰ: et mentē noſtrā nō emendemus: aut que interiora ſunt: non curemus. Quid ꝓdeſt afflictio corporalis: ſi linguam nequitijs aut ocioſis et nociuis verbis et oblocutiōibus polluamus? Nōne omnes labores noſtri in nichilum redigunt̄? Quid ꝓdeſt qꝛ affligis corpus tuū: qn̄ nichil ꝓficit cor tuū: valde dura et nimis dolēda cōditio oī intentione ſtudiū laboris īpēdere: ⁊ fructū poſt laborē nō recipe. Ieiunare ⁊ vigilare et mores nō corrigere: ſic eſt quō ſi aliqs extra vineaꝫ aut circa vineā extirpet ⁊ colat. vineā aūt ip ſiam deſertā atq; incultam relinquat: vt ſpinas ac tribulos germinet. que inſiſtēte cultore: iocūdiſſimos ex ſe fructus ꝓferre potuiſſet: agnoſce igitur qui hec legis vel audis: ꝙ ad ſalutem perpetuā cōquirēdā abſtinentia corporalis ſola nō ſufficit: niſi et anime quoq; ieiuniū per abſtinentiā viciorū fuerit ſociatum. Sic eſt quomodo ſi aliquis ſtatuam faciat aforis auream: abintus luteā vel quomodo ſi domus magnifica arte cōſtructa aforis pulcherrimis coloribus depicta videat: et abintus ſerpentibus atq; ſcorpiōibus plena ſit. Quid ergo iuuat: ſi ſit quiſpiā corpore caſtus et mente pollutus? Quem malicia deprauat quē furoris iracundie facib⁹ exagitat: quē ſupbia oī dei gratia ſpoliat: quē mēdacijs vel maledictis lingua cōmaculat. nōne ipſe ſe fallit. nōne ipſe ſe irridet ac decipit ſi ſolis ſe credat ieiunijs ac vigilijs ſanctificandum. Et idcirco ita corpus exerceam⁹ ieiunijs vt mentē purgemus a vicijs. Solem⁹ annos noſtros: et temporū ſpacia quib⁹ hic viuimus: ſupputare ſeu ꝯputare. Nō te fallat quicunq; ille es numerus dierum: quos relicto corporaliter ſeculo in religiōe ꝯſumpſiſti. Illū tamē diē vixiſſe te computa: in quo voluntates proprias abnegaſti in quo deſiderijs reſtitiſti quem ſine vlla regule tranſgreſſione duxiſti. Illum diē vixiſſe te cōputa: quem nō malicia nō inuidia nō ſuperbia cōclamauit. quem nō mendacij nō periurij culpa reſperſit qui peccato nō ceſſit qui diabolo repugnauit. Illum diem vixiſſe te cōputa: qui puritatis et ſancte meditationis habuit lucem: quem non conuerſatio tenebroſa mutauit in noctem. Illum inq̄ diem applica ad vitam tuā: cuius vſus peruenit ad aīam tuam. Quapropter noſmetipſos caſtigemus: ac quotidie ipſi rationem nobiſcum de quotidiana conuerſatione faciamus Alloquatur igitur ſe in ſecretis cordis vnaqueq; anima: et dicat videamus ſi hunc diē ſine peccato ſine inuidia ſine obtrectatione ac murmuratione tranſegi. Puto quod illū incipientem detrari. Hodie ſeniori meo inobediens fui: mentitus ſum periuraui irā vel gula deuictus ſum. Plus hodie riſi: plus cibo ac potu plus ocio ac ſōpno q̄ decebat indulſi: minus legi min⁹ oraui q̄ debui. Quis mihi reddat hunc diem: que in vanis fabulis perdidi: ac ſic fratres de oīb⁹ negligētijs noſtris compungamur in cubilibus; id eſt i cordibus noſtris. Hec euſebius. Si autē cariſſime ſaluari deſideras relinque omnia que fiunt in hoc mundo ⁊ oīa ei pertinentia ⁊ appone totā tuā diligentiā ad perfecte viuendū. Perfecte autē viuere ſicut Bern. nos docet Eſt viuere humiliter amicabiliter ⁊ honorabiliter: humiliter q̄tum ad teipſum: amicabiliter q̄tum ad ꝓximum tuum: honorabiliter q̄tum ad deum: ſic vt ponas totam tuā intentionem ad faciendum diuinā voluntatem. hoc eſt dicere. In omnib⁹ que debes cogitare in corde loqui in ore vel facere in opere ꝑ aliquē q̄nq; ſenſuū tuorū ſicut videndo audiendo: guſtando: olfaciendo: tangendo: eundo: ſtando: ſedendo: iacendo: cogita ſemper in principio ſi illud ſit volūtas dei an nō Si ſit voluntas dei: fac illud ſecundū poſſibilitatē tuā. Et ſi nō ſit dei voluntas ne facias illud ꝓpter mortem tollerandam. Si aūt queras que ſit volūtas dei: dico ꝙ voluntas ſua. nō eſt aliud. q̄ veſtra ſanctificatio. Nam ita dicit nobis apoſtolus. hec eſt volūtas dei: ſanctificatio veſtra. Id eſt volūtas dei eſt. ꝙ vos ſitis ſancti. Et ſciendū. ꝙ tria ſunt: que faciunt hoīez ſanctū. ſ. victus ſobrius. actus iuſtus. ⁊ ſenſus pius. victus ſobrius erit: ſi cōtinenter. ſi ſocialiť. ſi obedienť. i. caſte caritatiue ⁊ humiliter vixerimus. ꝑ continentiā enī caſtitas: ꝑ ſocialitatem caritas: ꝑ obedientiam. humilitas acquiritur. Actus iuſt⁹ erit: ſi fuerit rectus. diſcretus. ⁊ fructuoſus. Rectus per bonam intentionem. Diſcretus per menſuram poſſibilitatis. Fructuoſus: per vtilitatem ꝓximorum. Senſus pi⁹ erit: ſi fides noſtra deum ſentit ſūme potentē. ſummē ſapientē. ſumme bonū vt per eius potentiam noſtrā adiuuare credam⁹ infirmitatem. Per ei⁹ ſapientiam: noſtram credamus corrigi ignorantiam. Per eius bonitatē: noſtrā credamus abluī iniquitatem.

¶ De modo dormiēdi ac a ſompno ſurgendi: ⁊ de triplici malo qđ ꝓuenit ex ſompnolentia. Cap. xxx.

Quando dormire diſponis te prius intēdere debes ad deū orando vel meditando. ⁊ ita in hac meditatione dormias. ⁊ tunc ſompnus erit tibi dulcior. ⁊ purior ſompniabis. ⁊ euigilabis deuotiōe ſurgeſq; alacrior. ac etiā facilius redibis ad eandē deuotionem: in qua ante ſompnum fuiſti. Quoniā cum euigilaueris: ſtatim occurrat tibi memoria dei tui cū gratiarū actiōe. qr ipſe vigilat ſuper nos qñ dormimus: vt cuſtodiat nos. Aſſueſce autem te cum oportune poteris: parum ante matutinas euigilare. vt ſpiritus tuus dirigatur ad dominum in orationē:

ut magis deuotius et ſobꝛius ſis in oꝛatione et laudibus dei. Cũ autẽ euigilaueris. ſtatĩ oẽs cogitationes ꝗ ſõpnia abijce a te quibus diabolus te vellet occupare et pꝛimicias cogitationũ et actionũ tuarũ offer dño vel aliqua bona meditatiõe: vel coꝛpoꝛis exercitatione vel genuflectiõe. vel aliquẽ deuotionis affectum cõcipias et incaleſcat ſpũs tuus: ꝗ ex hoc eris tota die deuotioꝛ ꝗ expeditioꝛ. De quãtitate ſõni hoc tene: ſcꝫ ut mẽbꝛa et ſenſus ex quiete ſõpni reficiãtur: et ne ex nimio coꝛpoꝛe ſõpnij coꝛpus reddat̃ pigrius et animus tepidioꝛ ꝗ ſenſus obtuſioꝛ. Nã diuturna quies uicꝫ alimẽta miniſtrat. Nõ tamẽ poteſt ſemꝑ mediũ in talibus cuſtodiri. vicinius tamẽ virtuti eſt. ſi ex bone volũtatis feruoꝛe neceſſitati coꝛꝑis interdũ aliqđ ſubtrahatur: ꝙ̃ ſi ex tepiditate coꝛdis carnis vicia quaſi ſub diſcretiõis pallio impugnato coꝛpoꝛe nutriant̃. Quia melioꝛ eſt qui per celeſte deſideriũ acceſſus: carnẽ neceſſaria ei ſubtrahẽs affligit: ꝙ̃ qui per delectationẽ reſolutus omnia que cõmoda ſunt ei ſatiſfacere contẽdit. Et licet hoc aptũ ſit et bonũ ac pꝛofectus ſpiritualis: hoc caute tamẽ faciẽdum eſt ne coꝛpus deficiat in via anteꝙ̃ ad metã perueneris: ut poſſit ſequi ꝯuentũ ſine murmure deſtructi coꝛpoꝛis et cõmunẽ oꝛdis rigoꝛẽ cũ ceteris tenere. Quia ꝗ poſt te ad oꝛdinem venijt: nõ attendũt quid ante eos laboꝛaueris: ſed ſolum reſpiciũt qualiter eis exemplũ pꝛebeas in pꝛeſenti: in laboꝛibꝰ: vigilijs. cibis et i alijs obſeruãtijs oꝛdinis. In talibus volunt ſibi nouiter cõuerſi ſuos ſeniores pꝛeire: alioquin autẽ ſcandalizant̃ i ipſis: aut imitari eos incipient: parcẽdo coꝛpi pluſꝙ̃ expediat. Preterea notandum eſt ꝙ religioſus debet nõ ſolũ eſſe ad ſignũ excitatus: ſed etiã ſtatim de lecto ſuo erectus exire unde angelus percuſſo latere petri excitauit eum dicẽs. Surge velociter. De pigro vero nolẽte de lecto ſurgere ita dicit Salomon Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo. i. huc et illuc cũ murmure: ꝗ tñ ſẽꝑ manet in cardine ſic piger in lecto ſuo. Ibi glo. Pigri ſe excuſãdo ſemper in lecto ſui coꝛpoꝛis: ſicut oſtium in cardine vertunt̃ et nõ exire ad operandum nõ ad quieſcendum redire ꝓponũt ſꝫ in ſuis pꝛauitatibus iacere non deſiſtunt Hoc autem ideo contingit: quia ſecundũ Salomonẽ vult et non vult piger. vult ſurgere ſecundum rationem: ſed non vult ſurgere ſecundum carnalitatem. In omnibus igitur operibus tuis velox: id eſt ſtrenuus non differẽs et omnis infirmitas. ſ. coꝛpoꝛalis: ſpiritualis ſeu gehẽnalis nõ te appꝛehẽdet. Ideo ut monet eccleſiaſticus. Hoꝛa ſurgendi non tetrices. i. nõ tardes admodum puelle: que capillos tricãt: quaſi diceret. Non inuoluas te pannis hoꝛa ſurgendi: ſꝫ mox inde exeas vel ſecundum aliam litteram non te triſtes: id eſt non ſurgas cum triſtitia ad dei iocundum officium: ſed potius cum ſpirituali leticia et feruoꝛe ſpiritus a ſompnolentia maxime in dei ſeruitio poteſt nos cohibere triplex malum ex ipſa pꝛoueniens. Primum eſt ne ſpiritualiter moꝛiamur per ſompnolentiam ſicut moꝛtuus eſt iuuenis coꝛpoꝛaliter, qui ad pꝛedicationem pauli ſompnolentia oppꝛeſſus de tertio cenaculo cecidit. Secundum malum eſt ne cum fatuis virginibus excludamur a regno celeſti que veniẽte ſponſo doꝛmitauerunt omnes ꝗ doꝛmierũt Tertiũ vero malũ eſt ne a nobis ſicut a ſaule haſta memoꝛie: ſcꝫ dominice paſſionis et vas aque: id eſt menſura gratie diuine tollatur. Unde greg. ait. A capite ſaulis doꝛmientis haſta et vas aque tollitur: quia pigris doꝛmiẽtibus memoꝛia dñice paſſiõis ꝗ gratia ſancti ſpiritus aufertur.

¶ De temptationibus et pꝛecipue de inſtabilitate nouicioꝛum et quod hoſtis antiquꝰ per delectatiões tempoꝛaliumq; mulierum pulchꝛitudĩes ſoleat nouiter cõuerſos ad ſeculum reuocare. Cap. xxxi.

B

Nouiter militanti noua congruit militia: ꝗ ob hoc contra varios inſultus opoꝛtet pꝛemuniri: quia minꝰ iacula feriũt que pꝛeuidentur. Et notandum ꝙ tribꝰ modis diabolus decipere nititur hominem qui eſt in ſtatu penitentie ſeu in nouiciatu nõdũ ꝓfeſſus perſuadet namꝗ tali homini: ut onus illud ſeu ꝓpoſitum ſuum a ſe abiciat aſſerẽs ſe illud pꝛe teneritudinem coꝛpoꝛis ſui nõ poſſe diu ſuſtinere: pꝛopterea qui ſic temptatur debet ſuo temptatoꝛi ſic reſpõdere. Si hoc onus depoſuero nunꝙ̃ ſine onere ero: Nequaꝙ̃. Nam ſi illud onus: ſcꝫ penitẽtie vel tribulationis a te abijcias: grauius onus nõ dubito poſtea te paſſurum: quia ſecundum Richardũ Hampol. Aut eni opoꝛtet nos in hac vita igne diuini amoꝛis vel tribulationis exuri: et ſic a ſoꝛdibus purgari aut poſt hanc vitam igne purgatoꝛij vel inferni acerbiſſime cruciari. Eligamus quod volumus alterum illoꝛum non euademus: unde tibi obſecro hanc ſequentẽ narrationem. Iuuenis quidam nobilis diues ꝗ delicatus quãdam religionem ingreſſus eſt. Qui cum ab amicis carnalibus perſuaderetur abeundem ab eadem religione dicẽtib⁹. Non poteris ordinis auſteritatez ſuſtinere eo ꝙ nimis delicate fuiſti nutritus in ſeculo. Ipſe ad hec reſpondit ꝓpterea enim ingreſſus ſum hunc ordinem: quia ſciebam me delicatum et nihil aſperũ poſſe ſuſtinere. Cogitaui enim mecum ꝙ itollerabilis eſſet mihi illa acerbiſſima inferni pena: et ideo elegi magis penam hanc temporalem ſuſtinere: ꝙ̃ illam. Bonum eſt igitur leue onus penitẽtie vel ordinis interim tolerare: vt tantum inferni onus poſſit euitari. Secũdo ꝯo modo conatur diabolus hominem decipere: ea que diuiſim portanda ſunt ſimul oſtendendo dicens. Quomodo poteris hoc onus tot annis portare. Cui ſic temptanti dicendum eſt. Hodie cum adiutorio dei portabo hoc et cras tãtũdẽ cũ ipſius adiutorio leuius portabo propter aſſuetudinem. Unde Bernardus ait. Aſſueſce et feres vſus eſt enim altera natura. Legitur in vitis patrum ꝙ quidã frater nouem annis manſit impugnatus a cogitationib⁹ ſuis vt diſcederet a ꝯgregatione fratrum: et quotidie tollebat pelliculam ſuam in qua iacere ſolitus erat vt diſcederet a congregatione. Et quando fiebat veſpere: dicebat in ſeipſo. Cras hinc diſcedam. Facto vero mane dicebat in cogitatione ſua Extorqueamus nobis hic ſtare etiam hodie ꝓpter deum. Qui cum impleſſet nouem annos de die in diem ita faciens: abſtulit deus omnem temptationem eius. Tertio quoq₃ modo conatur diabolus fallere hominẽ virtutem hominis a dei virtute diuidẽdo dicẽs Tu debilis es: et nullo modo poteris hunc laborem ſeu ordinem ſuſtinere. Cuius temptationi ſic dicendũ eſt. Si intelligis ꝙ non poſſum mea virtute ſola verũ dicis. Si autem dicas ꝙ dei virtute adiutus hunc laborem non potero ſuſtinere mentiris. Nã paulus ait. Confidimus in domino ieſu quoniã qui incepit in vobis opus bonum perficiet vſq₃ in diem ieſu chriſti. Item qui dedit velle dabit et ꝓficere pro bona voluntate. Unde et ipſe paulus de ſeipſo ait. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Et notandum ſecundum Ricardum Hampol. ꝙ diabolus cum viderit vnum hominem ex mille ad deũ conuerti. perfecte chriſti veſtigia imitari preſentia deſpicere ſola inuiſibilia querere et amare perfectam penitentiam aſſumere et ab omni contagione mentis et corporis ſe purgare. mille fraudes nocendi: mille artes pugnãdi parat: vt ipſum ab amore dei ad mũdi amorem alliciat: vt iterum ſordibus ſcelerum polluat: et libidinoſis ſaltem cogitationibus deo ſuo odibilem reddat. Excitat contra eum perſecutiones tribulationes calumpnias impoſitiones falſorum criminũ genera odiorum vt ſaltem pene illum terreant: et ſic frangant: quem proſpera decipere nequiuerunt. Et tanto maiori ſolicitudine cõtra eum oĩa genera temptationũ et tribulationum ſufflare ſtudet ꝙ̃to eum ab eius faucibus iam ꝑ dei miam euaſiſſe dolet. Nihil aũt aliud q̃rit diabol⁹ hec agẽs niſi vt eũ ab incorporeis amplexib⁹ caſtiſſimis et ſuauiſſimis eterni amoris ſeparet: et in lacum miſerie et in lutum fecis iterum deturpet. Quod profecto magis miſerabile ei eſſet ꝙ̃ explicare ſufficio. Quis enim cogitare poſſet inſaniã illius: qui a delicijs regum deſcẽderet ad eſcas porcorũ: ſed ꝓfecto magis eo inſanit: qui ſapientie increate, delicatiſſimas epulas renuit: et ad immũdiciam carnis ſe ſubdit. Si ergo in temptatione vel tribulatione fueris mox ad orationẽ recurras. Si enĩ pure oraueris: auxilium a deo habebis. Quando aũt inſurgunt temptationes vel tribulationes: accipienda ſunt arma ſpiritualia. Et ad bellum procedendum eſt. Tẽptationes enim: conſtantia fidei: et amoris vincuntur. Tribulationes vero: paciẽtia ſuperantur. Temptatio enim cui non conſentitur: eſt materia exercende virtutis. Nemo quippe ſibi innoteſcit: vtrum debilis an fortis ſit niſi temptetur. Nec cauendum eſt temptationi ꝙ̃uis grauiſſima ſit: quia quo maior eſt pugna: eo glorioſior erit victoria et ſublimior corona. Tunc autem te in via perfectionis non dubites eſſe: ſi ſit tibi deſpectio: ꝙ̃ſi laus pauptas ſicut diuitie: inopia ſicut epule: vt iſta equo animo ſuſtineas: et in nullo ab altitudine mẽtis cadas hec prefatus Ricardus. Et notandum ꝙ in prĩcipio temptationis: diabol⁹ eſt quaſi paruulus vnde et tunc facilius põt occidi. Iccirco ſi principijs temptationũ. viriliter ei reſiſtatur. homo cito a diaboli poteſtate liberatur. Hinc etiam extant verſus. Hoſtis non ledit: niſi cum temptatus obedit. Eſt leo ſi credit: ſi ſtet quaſi muſca recedit. Propterea principijs obſta: quia ſi temptationi in corde naſcenti feſtine non reſiſtitur nullatenus aut vix poſtmodum ſuperatur. Hinc yſidorus ait. Temptationem diabolicarum inicia fragilia ſunt: que ſi non cauẽã tur ſed per vſum in cõſuetudinem tranſeãt in nouiſſimis fortiter ꝯualeſcant: ita vt aut nunq̄ aut cuꝫ magna difficultate vincãtur. Jdõ ſicut docet Hiero. Dū paruꝰ eſt hoſtis interfice: vt nequitia elidatˀ in ſemine. Quis ſpiritus ſit qui loquitur, ipſa ſuggeſtio declarabit? Semꝑ enim ſpiritus carnalis mollia: ſpūs mundi vana: ſpūs malicie ſemꝑ amara loquitur: vt aūt plenius diabolicas inſidias et temptationes cognoſcere valeas quibus nouiter conuerſos conatur ad inſtabilitatem inducere: audi queſo quid hugo de ſcō victore dicit. Cum aliquis clauſtrum intrauerit: vel adhuc poſitus in ſeculo renunciatione mūdi aliquid cogitare ceperit: tunc mundi huius princeps diabolus per delectationem temporalium minas incutit: ⁊ ꝑ voluptatē varietates terrores accumulat. Qualiter autem per delectationes tēporalium antiquus hoſtis minari non deſinat notum fieri non erit forſitan inutile. Jn primis etenī exterioreꝫ hoīem. i. carnem nouiter conuerſi delectatio aggreditur. Jnducit ei diabolꝰ religionis formā et conſuetudinem eiuſdē aduerſantes carni oſtenditq; ei ꝓpoſiti difficultatem: ⁊ q̄tum ad lapſum ꝓmpta ſit humane nature fragilitas pretendit. Preterea oculis anteponit veſtis aſperitatē: lecti duriciā: viliū ciborū aſſiduitatem: laboris intollerãtiam: prelatorum icredulitatem: fratrū diſcordiam: addit etiam, longa vigiliarum nocturnaꝝ ſpacia clauſtri tedium cõſtitutas ſilentij horas ieiunij diuturnitatem: ⁊ ciborū licet vilium ſubtractionū. Et vt grauius antiquꝰ hoſtis terreat ſi fieri poſſit quod ad deſperationē pertrahat: quid mali ex iſtis euenire queat diligenter inquirit ⁊ annunciat. Omnia iſta predicta imbecillitati carnis aduerſaria fore teſtatur. Et verū dicit. Sed vt ſcitis fratres voluntarie patimur iſta quoniā ex his premiū beatitudinis expectamus Ex iſtis predictis diabolus egritudines inſanabiles affirmat naſcituras, aſſerens nõ eſſe bonum nature cõplexiones turbare cum ex ſubtractione ciborum mutentur complexiones ex mutatione complexionum conturbatio nature contingat ex cõturbatione nature infirmitas ex infirmitate euenire mors ſolet. Ecce fratres diabolus phiſicam docet: ecce medicus factus ē. De cõplexionibus loquitˀ infirmitates diuerſas: ſi manſeritis in religione predicat vobis generandas. Sed quare hoc? Nõ vt mederi velit: ſꝫ vt vos occidere poſſit. Non vt egritudinem veſtrā curet: ſed vt vobis ſecurius inferat mortem. Timetus vobis ocium perire: ⁊ ſompnolentiam deſtrui. Et ideo laboris intollerãtiam et protenſa vigiliarum ſpacia vobis pretendit. Credit ex paupertate humilitatē in vobis nutriri. Nam paupertas: vt ait Gregorius bonis mentibus ſolet eſſe cuſtos humilitatis. Et ideo hoſtis antiquus querit occaſiones quibus aduentum impediat humilitatꝫ hec et his ſimilia aſſidue clauſtralibus ⁊ maxime nouiter conuerſis: replicare nõ deſinit. Hec prefatus hugo. Ecce frater qualiter hoſtis antiquus nouiter cõuerſum per temporalium delectationem minatur vt terreat.

Totum vero iſtud idcirco facit: vt ſic terrendo conuerſum ab ingreſſu religionis vel ab eiuſdem ꝓfeſſione abſtrahere valeat. Nunc autem quomodo idem hoſtis clauſtrales et precipue nouicium per pulchritudinem rerum tranſeuntium blandiendo conetur decipere audiamus quid de hoc prefatus Hugo ad noſtram inſtructionem dicat. Quattuor inquit ſunt diuerſitates rerum que ad pulchritudinem pertinent: quas vocamus cauſas temptationum que omni homini fugiende eſſent et maxime huic ſeculo renunciantibus habende ſunt deſpectui. Sed que ſunt hec cauſe temptationū: ⁊ quare ⁊ quomodo fugiende audientium mentibus patefaciam hoc modo. Prima autem harū quattuor eſt amenitas loci: vt ſūt ciuitates et oppida que non tantum ex ſitu loci amenitatē recipiunt: ſed etiam inhabitantium gratia Secunda vero cauſa eſt locus diuitiarū vbi enim diuitie ibi periculum. Nonne pecunie obediunt omnia. Tertia autem cauſa eſt ſpecioſus ornatus: ſeu veſtimentorum exquiſita varietas. Quarta quoq; cauſa eſt mulierꝫ ſpecies quarū vox blanditur auribus ⁊ facies oculis. Ecce que ſunt ille quattuor temptationum cauſe audiſtis. Nūc autem quare fugiende ſunt reſtat: vt audiatis. Jdeo etenim fugienda ſunt iſta: quia ex pulchritudine mulierum voluptas carnalis naſcitur Scriptum namq; eſt. Propter ſpeciem mulieris multi perierūt. Multū eſt igitˀ vitãdꝰ mulieris aſpectus. Ex varietate vero veſtimēto ꝝ affectus placēdi ſubminiſtratˀ. Cum muliere ſpecioſa delectatio carnalis: que cū turpi non fieret perficitur. Sꝫ et propter ornatum mulier turpis intuenti placet: que ſine ornatu diſpliceret ⁊ eſſet deſpectui locus autem: id ẽ vrbes et oppida dant oportunitatẽ. impetrandi quod placet. In oportuno autem loco: res ad finem trahitur: quã importunitas impediret. per diuitiarum vero affluentiam quod placet impetrari ſolet. Hic fratres omnia iſta confluunt: vt perficiatur temptatio: ꝛ ideo dicuntur temptationum cauſe. Confert enim pulcritudo: delectationem. ornatus affectum: locus oportunitatem: diuicie effectū. Ecce que ſunt ille quattuor cauſe temptationum ꝙ quattuor fugiende ſunt audiſtis. Nunc autem qualiter vitari queant. diligenter auſcultetis pulcritudinē mulierum ꝙ delectationem carnalem que inde procedit per oculorum ꝛ cordis pudicitiã vitare poteſtis vnde auguſtinus ait. Impudicus oculus: ĩpudici cordis eſt nũcius. Pudicus A vero oculus ianitor eſt cordis. Sedẽ ad ianuam. nec permittit intrare quod noceat. nihil nunciat. niſi ꝙ deceat: quicquid indecens eſſe nouerit. excludit et eliminat. Veſtium vero ornatum ꝛ affectum qui inde ſubminiſtratur: amor vilis habitus exterminat. Nemo autem qui vere proprij habitus habet contemptum. alieno delectatur ornatu. Sed ꝛ loci oportunitatem ne contemplationĩ ſit congrua. clauſtri aſſiduitas excludit. Qui enim diſcurrunt per alienas domꝰ qui ſocietate hominum ſecularium gaudent: qui foris ſpectacula ſequuntur. qui non ad neceſſitatem cõmunem: ſed ad propriam voluntatem ſunt parati: ſed cauſas itineris ſui nõ habent ſed fingunt: tales dico ſicut ſunt faciles ad diſcurrendum: ita forſitan. proni ad ea que loci oportunitas ſubminiſtrat. Secura eſt igitur clauſtri aſſiduitas: quam cura rei familiaris non turbat. quam non ſolicitant acceſſus hominum. In monaſterio inter fratres: diligens cuſtodia. alterius ad alterum habetur. Ibi ſubiectis diſcreta prelatorum prouidet ſolertia ibi ſilentium confabulationibus aufert locum: ibi diſciplina ceteros motus corporis ſeruire cogit mundicie. ꝛ ſic omnis oportunitas. que ad malum eſt: per clauſtri aſſiduitatem excluditur. Per paupertatem vero voluntariam pecunie effectus. de quo ſuperius mentio fit extirpatur. Reſtat igitur. vt per pudicitiam. cordis ꝛ oculorum delectatio carnalis excludatur: ꝛ per amorem vilis habitus. veſtium precioſarum varietas ſubtrahatur. per clauſtri quoqꝫ aſſiduitatem. oportunitas que ad malum eſt. priuetur atqꝫ per voluntariam paupertatem. effectus pecunie adnichiletur. Iſtis ſupradictis modis vtatur clauſtralis ꝛ precipue nouiter conuerſus: ne diabolus qui ei per rerum temporalium delectationem et pulcritudinẽ blanditur. valeat eum ab arrepto propoſito decipiendo retrahere. Preterea conſiderans diabolus nouiter conuerſum: nec minis terreri: nec blandimentis ſibi valentem acquieſcere aggreditur eum per aliam artem pugnandi. vt ſaltem ſic eum ſi poſſit ad ſeculũ reuerti faciat promittit enim nouitijs vagãdi licentiam: quam rigor clauſtri abſtulerat Pollicetur etiam eis fabuloſas confeſſiones ociorum platearum plauſus. fori ſpectacula ciborum affluentiam. veſtis molliciem. et vt multa breui ſermone concludamus: libertatem faciendi quod placeat eis accumulat. Sed contra has diabolicas et fallaces promiſſiones: nouiter conuerſus viriliter ſe exerceat. arma ſpiritualia aſſumat. diabolo et omnibus eius ſuggeſtionibus conſtanter reſiſtat carnalia deſideria extinguat. ſemper ad amorem dei ſuſpiret in via nihil preter deum querat: de omnibus vanis gaudijs et ſolacijs non curet. vix neceſſaria accipiat. Et ſi aliquando deſiit. letanter ferat habitantes autem in abundantia temporali: per quinqꝫ ꝙ amant decipiuntur. ſ. ꝑ diuitias. per dignitates per voluptatem. per poteſtatem. et per honores. hec alligant eos in peccatis. Stringunt in culpis. hijs vinciuntur: delectationibus: nec ſoluuntur niſi per mortem: ſed tũc nimis tarda ſolutio. quibus non reſtat niſi eterna cruciatio. Nemo enim poterit ſaluari: niſi mundum et omnia que in eo ſunt deſierit amare. Elige ꝙ vis. Si amaueris mundum: peribis cum mundo quia mundus trãſit: et concupiſcentia eius. Si chriſti amore mundum contempſeris non ſolum regnabis cũ chriſto. ſed etiam ſimul iudex cum iudice in die iudicij ſedes. vñ et greg. ait. Quiſquis ſtimulo diuini amoris excitatus hic poſſeſſa reliquerit: illic procul dubio culmen iudiciarie poteſtatis obtinebit: vt ſimul iudex cum iudice veniat: qui nunc conſideratione iudicij: ſeſe ſpontanea paupertate caſtigat.

¶ Quod nullus etiam profeſſus facile derelinquere ſeu mutare debeat locũ in quo moratur niſi tribus de cauſis et ꝙ inſtabilitas ſepe ex inobedientia atqꝫ inpacientia oriri ſoleat. Cap. xxxij.

CAuſas ꝗre iterdũ ꝓfes mutauerẽt locũ ſuũ. qdã ſenex ĩ vitis patrũ oſtendit dicens. Antiqui non cito migrabant de loco ad locum niſi foꝛte pꝛo tribus reb⁹. Idem Si quis erat qui cōtriſtaretur aduerſus eū: et ſatiſfaciens ei per omnia non potuiſſet eū placare Aut iterū ſi contigiſſet vt a pluribus laudaret. aut ſi in temptationes foꝛnicatiōi incurriſſet vñ ⁊ dicebant patres. Si contigerit tibi tēptatio in loco in quo habitas: non deſeras locū in tēpoꝛe tēptationis: quia ſi deſerueris. quocūq̧ ꝑrexeris. ante te inuenies quod fugiebas. Sed patiēs eſto. donec temptatio tranſeat: ne diſceſſio tua alijs ſcandalū faciat. ne foꝛte alijs qui circa locū ipſum habitant tribulationem ingerat diſceſſio tua. Maximum indicium male mentis: eſt fluctuatio ⁊ frequens de loco ad locum migratio Et notandum ꝙ inſtabilitas frequenter ex vicio impacientie vel inobedientie generari ſolet. Ex impacientia itaq̧ inſtabilitas mutandi locum tribus modis ſolet naſci pꝛio idcirco pꝛoponit nonnunq̄ quis congregationis locum mutare: quia foꝛtaſſis conſiderat p̄latum ſuum. ſeu eos qui oꝛdinis cuſtodes ſunt ſuis voluntatibus ⁊ deſiderijs non ſemper velle fauere: ſed poti⁹ obuiare: eo ꝙ oꝛdini nō cōueniūt. Secundo ideo quis inſtabilis fit: quia pꝛecipue ſe pꝛopter ſuam imperfectionē atq̧ diſſolutionē non ſolum deſpici ſed etiam ceteris vilioꝛ ⁊ abiectioꝛ ab alijs reputari: ⁊ idō ad alium locum tranſire feſtinat quatin⁹ cum illuc peruenerit: maioꝛi honore et reputatiōe dignus eſtimetur ſeu reputetur. Tertio idcirco ad migrandum de loco ad locū quis diſponit: quia pꝛopter ſuā īpatientiam nō pōt alioꝛū moꝛes equanimit̄ ſuſtinere. Cū tñ greg. dicat. Bon⁹ non fuit q̄ malos tollerare recuſauit. Qui huiuſmōi ē: attēdat qđ in vitis patrū ſcriptū eſt. Frater q̄dā erat in cōgregatione inquiet⁹: ⁊ frequenter mouebatur ad irā. Dixit ꝗ in ſeipſo: vado et ſolus alicubi habito. Et cū nō habeo. cū quo dicā vel audiā: ero q̄et⁹. ⁊ quieſcet a me paſſio ire. Egreſſus ergo manebat in ſpeluca ſolus. vno aūt die implēs ſibi vaſculū aq̄. poſuit i terra. cōtigitq̧ vt ſubito verſaretur. Ille vero impleuit ſcđo. ⁊ iterū verſabat. Deinde tertio implēs. ⁊ ponēs in terra: rurſus verſabat. Qui cōmot⁹ furoꝛe: tenuit vaſculū illud ⁊ fregit. In ſe aūt reuerſ⁹ cognouit quia ab eodē demone iracūdie ſit illuſus ⁊ dixit. Ecce ⁊ ego ſum ſolus: ⁊ vicit Reuertar ergo in cōgregationē: qꝛ vbiq̧ laboꝛis ⁊ pacientie opus eſt. et maxime adiutoꝛij dei. Et ſurgēs reuerſus eſt in locū ſuū. Vñ notādū ſcđm auguſtinū: ꝙ duob⁹ modis. nō te maculat malus. Si non conſentias: et ſi redarguas. Idō apoſtolus ait. Nolite cōmunicare operibus infructuoſis tenebꝛarum harum magis aūt redarguite. Quid ē nolite coītare Nolite conſentire nolite laudare nolite apꝓbare Quid eſt magis et redarguite Repꝛehēdite coꝛripite cohercete Deide in ipſa cohercione vel coꝛreptione alienoꝝ peccatoꝛū. cauendum eſt ne ſe extollat qui alterum coꝛripit et apoſtolica illa ſententia cogitanda eſt. Quapꝛopt̄ q̄ ſe putat ſtare. videat ne cadat. Ecce his duobus modis. poteſt bonus etiā cū malis manēdo. ſe imaculatum ſeruare. Nunc vero videamus qualiter iſtabilitas ex iobedientie vicio ſoleat generari Contigit aliquādo vt is qui pꝛo aliqua negligentia coꝛrept⁹ eſt et caſtigatus non ſe ad emendationē non ad ſatiſfactionē diſponat ſed magis ad illam pꝛoteruiam vt dicat Deſero atq̧ diſcedo potius q̄ iſta veli ferre Malo diſcedere q̄ emēdare q̄ ſatiſfacere. q̄ implere quod pꝛecipio Quid hoc aliud eſt q̄ iugum criſti a ſe rebelli ceruice diſcutere. Iſti tales neſciunt quid venerunt et obliti ſunt pꝛopter quod huc venerunt. Iſti non bene petunt ſed male a vicijs petuntur. Non fide pulſant ſed infidelitate pulſantur Quid prodeſt ſi diſcedis. qui vndiq̧ aſtrictus es vinculis paſſionum quem hinc atq̧ inde circūuallunt vicia tua. Quid inq̄ pꝛodeſt ſi diſcedis: qui quocumq̧ vadis te tecum poꝛtas. Merito diſcederes. ſi quoq̄ te fugere poſſes Digne aliquis diſcedit ſi illuc ire poſſet vbi diabolus eum inuenire non poſſet Nemo ſe fallat Non fugit aduerſarium de loco ad loc um. ſed de vicio ad virtutem de paſſione ad emendationem. Nam ſi eum aliter fugias ſequetur te. Emenda te ⁊ fugiet a te ſicut ait apoſtol⁹ Iacob⁹ iiij. ca. Reſiſtite diabolo et fugiet a vobis Non obedire autem et velle diſcedere hoc eſt. duplicit̄ facere diaboli volūtatem. Et nota quod tēpoꝛe diſceſſionis. multa pꝛomittit inimicus Perſuadet ſe illuc quo tendit maioꝛem pꝛofectum: multam gratiam atq̧ rerum omnium abundantiam reperturum ac ſe tā q̄ angelum ſuſcipiendum. Et poſt hec quandoq̧ anxietate repletus et pace nudatus memoꝛ quomodo pꝛofectus ſui ſtudium. et ſacrum ouile reliquerit. tunc animaduertit. et quaſi ſedata tempoꝛis ſui tempeſtate: tunc videt q̄d mali de ſe geſſerit. Tūc recognoſcit q̄d piculi icurrit cū de loco ad quē cū gaudio venerat ſine pace ⁊ cū ſcandalo diſceſſit Tūc ſera ſe penitentia ſugerrima ſuã penitet ac deflet. Et hec oĩa aĩe detrimẽta. ex inobediẽtie malo euenıſſe hucuſq; ſanct⁹ Euſebius.

¶ Sequitur de perſeuerãtia ⁊ de eius cõmẽdatione. Cap. xxxiij.

PErſeuerãtia: facit hoĩem deo acceptũ ⁊ amicũ dei reddit: opa ad perfectionez ducit laude dignam ſe oſtendit: vñ in apoca. ſcriptum eſt. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ. ⁊ dabo tibi coronã vite. Et ſcḿ apoſtolũ: nõ coronabitur. niſi ꝗ legitime certauerit. Null⁹ legitime certat niſi qui in campo vſq; ad finẽ certat. Et ſi certat vſq; ad finẽ legitime certat: ideoq; merito coronatᷣ. Non eſt igitᷣ magnũ bonũ inchoare quod bonũ eſt. ſed cõſũmare hoc ſolũ perfectũ eſt. Multi eĩ magna aggrediũtur. ſed deficiũt in via. multi exeũt in deſertũ ſed pauci perueniunt ad terrã pmiſſionis. i. ad celum. Et quare hoc eis contingit quia in eo quod ichoauerũt perſeuerare laudabiliter noluerũt hinc dñs ait Nemo mittens manũ ad aratrũ. et reſpiciens retro aptus eſt regno dei Qua propter non tedeat vos magna icepiſſe. nec faſtidiat vos tenere inchoata. Nam perſeuerantia iformat meritum. colorat boni propoſitũ. mali renunciat appetitũ. currentẽ coronat pugnãtem ducit ad brauiũ. cõducit cũctos ad portum ſalutis Perſeuerãtia eſt virtus que homini deum ligat Ait igitur Aug. O homo qui bñ icepiſti caue ne cadas Caue ne ad tẽpus vireſcas et i tempore afflictionis marceſcas Caue ne feno cõpareris. quod nũc naſcitur et ſtati marceſcit. Solet quãdoq; diabolus hominẽ ad pfectiora incitare non vt in eis eũ perſeuerare exoptat ſed vt eum grauius de bono ad malum cadere faciat Sed cõtra hũc diaboli iſultum. valet ſola perſeuerãtia vt bono fine bona cõcludantur inicia Nam cuius finis bonus ẽ. totũ ipſũ bonũ ẽ. Bonũ vero ichoare et malo fine cõcludere. ꝗd aliud eſt ꝙ̃ mõſtruoſas res cõficere. Caueam⁹ ergo ne actio noſtra monſtrum pariat et ne alij de nobis ſcãdalizati illã dñi ſententiam in deriſuz noſtri aſſummant dicentes Ecce homo qui cepit edificare et non potuit conſummare. Quando hec dicuntur de aliquo nouiter conuerſo tunc fama denigratur. et qui laudabilis prius fuerat a cunctis deſpicitur et abhominabilis reputatur Taliter ſcãdalizati expediret vt mola aſinaria in collo eius ſuſpenſa. demergeretur in profundum maris. ve enim homini per quẽ ſcandalum venit. Melius enim erat ei viam veritatis nõ agnouiſſe. ꝙ̃ prius agnitam retroire Ait ergo auguſtin⁹ O homo attende quoniam niſi perſeueraueris. morieris. Qui enim pſeuerauerit vſq; i finem. hic ſolus ſaluus erit. Igitur ſi incepiſti edificare: perfice. Si non incepiſti incipe. Si florem tue iuuentutis obtuliſti diabolo: ſaltem facem ſenectutis tue immolare non differas chriſto. Ipſe enim miſericors eſt: ⁊ recipiet te libenter. ⁊ dabit tibi ſtolam candidam ⁊ anulum in manu tuã. ⁊ calciamẽta in pedibus tuis. Incipite ergo fratres ⁊ perſeuerate reducentes ad memoriam a quanto bono receſſit iudas. ⁊ quomodo frequenter bñ agere cepit: quomodo tamen perſeuerauerit bene ſcitis. Multi quoq; alij per inconſtantiam corruerunt. quia multorum incipere fuit: ſed perſeuerantium paruus ẽ numerus. Laboremus ergo fratres ⁊ laborantes pſeueremus: laboremus vt pſeuerantiã habeamus hec auguſtinus. Legitur autem ꝙ quidam filius magni baronis: religionez quandam ingreſſus eſt. Quo audito. pater eius ad mortẽ turbatus. cogitauit illam religionẽ de terra ſua expellere. ⁊ filium ſuum ab ordine extrahere. Quod religioſi audientes: dominum illum cuz humilitate adierũt nunc. antes ei. ꝙ filium eius non violẽter receperant ſeu retinebant. Quod ipſe probare poſſet: ſi cum eo loqui vellet. Pater ergo ad filium accedẽs. ⁊ eum a propoſito ſuo auertere credẽs: dixit ei. Fili lz me vltra modum me turbaſti ⁊ multa alia concluſit: ſz omnia inquit tibi condonabo: ſi mecum redire volueris. Tunc iuuenis ait. Pater nolo vobiſcum redire niſi vnam malam conſuetudinẽ amoueatis que eſt i terra veſtra. Cui pater. Quicquid tibi placuerit faciam. Dic ergo q̃ ſit illa conſuetudo. Tunc iuuenis ait. hec eſt ꝙ ita cito moritur iuuenis: ſicut ſenex. Hoc audito. pater eius compunctus. in verbis illius dimiſit eum. Item quidam nouicius ab ordine recedere proponens cum videret ceteris fratribus dormientibus dominuz per dormitorium ambulantem ⁊ ſingulos bñdicentem: ſe autem pretereuntem: clamauit ad dominum dicens. Benedic ⁊ michi obſecro domine. Cui dominus perſeuera inquit. Et ait nouicius. Certe inquit. Perſeuerabo domine. Et dominus iterum ad euz Certe inquit ⁊ ego tunc miſerebor. Itẽ quidam nouicius erat qui in quodam monaſterio regni francie: grauiter a diabolo temptabatur. Nam aliquando apparebat ei in effigie beſtiarum aliquotiens etiam cum percu tiebat: et in magna triſticia eum relinquebat ſed omnipotentis dei conſolatio. ⁊ beate marie interceſſio. eum in omnibus protegebant Rogauit ergo beatam virginem vt ſibi oſtē deret: qualitē victoriam poſſet obtinere. Igitur paulo poſt fuit in ſpiritu et viſum eſt ei. ꝙ aſcenderet per grad⁹ pulcherrimos verſ⁹ celum: ⁊ cum vellet eum diabolus retinere proiecit librum in quo erāt regule et conſtitutiones ordinis et ita fortiter percuſſit diabolum. cum illo libro: ꝙ in magnum puteū cecidit demon ille. Expergefacto itaqꝫ nouicio interpretata eſt ei beata virgo viſionem dicēs. Gradus pulcherrimi per quos aſcendebas: ſunt fratres tui ſuper homines mundiſſimi. Illis mediantibus: poteris aſcendere in celum. Puteus eſt infernus. in quē ꝓicies diabolum: ſi ſerues regulam et conſtitutiones ordinis tui. Tunc agens gratias beate virgini: fecit profeſſionem deo et ordini: ac remanſit in eodem. Item tres pulcherrime domine intrauerunt monaſterium quoddam nocte quadam: ianuis clauſis: vt religioſos qui ibi aderant viſitarēt. Inter quas erat mater domini noſtri iheſu chriſti que accepta pixide: incepit reficere omnes fratres Quod videns quidam nouicius qui erat nocte illa furtiue receſſurus: finxit ſe dormire vt illam refectionē accipere poſſet. Sed beata maria nouicium illum pertranſijt. Cui dixit quedam virgo Domina vultis relinquere iſtum fratrem. Et ait beata maria. Non vult in domo mea amplius manere. Quod audiens nouicius: clamauit alta voce dicens Domina ego promitto vobis ꝙ in hoc monaſterio omni tempore vite mee perſeuerabo. ad hanc vocem fratres expergefacti fecerunt tumultum: ⁊ ille domine receſſerunt. Nouicius vero profeſſionem faciens ſeruiuit in leticia noſtri dei. vnuſquiſqꝫ igitur bona que inchoauit: inſtātiſſime perficere contendat. quia bene inchoantibus premium ꝓmittitur: ſed perſeuerantibus datur. Tunc enim placet deo conuerſatio noſtra. quando bonum quod inchoamus: perſeueranti fine complemus. Non enim qui inceperit bonū ſꝫ qui ꝑſeuerauerit in bono: hic ſaluus erit.

¶ Qualiter quiſqꝫ ſe ſm Ber. cotidie gubernare debeat. ⁊ qualibus inſtrumentis artis ſpūalis oporteat eum vti. Cap. xxxiiij.

B SPiritualis homo. oē opus ſuum trina quadam conſideratione preueniet. Prius quidem. an liceat: deinde an deceat. ⁊ poſtremo an expediat. Non eniꝫ omnia que licēt vel decēt facienda ſunt: niſi etiam expediant. vnde apoſtolus ait. Omnia michi licēt ſꝫ non omnia expediunt ſeu edificant. Quiſquis igitur emendatioris vite deſiderio tact⁹ exceſſus ſuos corrigere nititur in preſentis pagine frequenti lectione ⁊ aſſidua meditatione. tāꝗ̄ in ſpeculo interioris ſui hominis faciem contēplietur. In primis ergo ex quo ſurgitur. ad vigilias matutinas: vite ſue tempus per momenta ſingula. debet religioſus perſcrutari. computare ⁊ videre: vt ſemper bona faciat. ⁊ mala caueat. In omni ope ſuo ſemper dicat ſibiipſi hoc. Si modo moriturus eſſes: faceres iſtud? Ad pſalmodiam ſēp cor habeat: niſi ad aliquid ſublimius rapiatur. Sed etiam omnium q̄ ibi dicuntur. ſe ꝓ certo nouerit debitorem. vſqꝫ ad vnum iota vel dicendum in choro ſuo: vel audiendum in altero ad interualla debet priuate oratiōi vacare. vel neceſſitati corporis prouidere ita tamē vadēs ſibi ſemꝑ nouerit: ſurſum cor. Non eſt autē ſpiritualis propoſiti detrimentum. ſi cogat infirmitas rigoris priſtini: aliquantulum relaxare. Tempe lectionis orare poterit. Orare autem ⁊ legere: vtrumqꝫ ē officium bonū ſi liceat. Et ſi vtrūqꝫ non licet melius eſt orare. ꝗ̄ legere. Et ſi ad legēdum accedit: non q̄rat ſciētiam. ſed ſaporem. Eſt autem ſcriptura ſacra: puteus iacob. ex quo hauriuntur aque viue ⁊ in oratione funduntur. Nec ſemper oraturo ad oratorium ē eūdum ſed in ipſa lectione contemplari poterit ⁊ orare. Sacris altaribus ſi ſacerdos eſt tanꝗ̄ vnus de ſummis angelis in ſpiritu totus aſſiſtat: ſi vero miniſtret ſacerdoti: tanꝗ̄ domino deo angelus adminiſtret. Cum alijs eat ad laborē. vbi conſideret non quid agat ſed propter quid venerit. Ceſſante manu: ſpiritus laboret vel orando vel meditando: ꝗ̄uis in ipſo labore idipſum facere teneatur Ad menſam non ſolum fauces cibum: ſꝫ etiam aures eſuriant verbum dei. Non enim totus debet manducare. ſed ſic cor occupetur ad verbum dei. vt ſole fauces ſumant cibum carnalem. De hoc autem plurimum gaudeat. ſi ei viliora ꝗ̄ ceteris fratribus apponantur. Nam reuera felices ſunt: qui in parcitate ſuſtinenda fuerint animo fortiores. In gracijs exſoluendis. pro duobus ſe nouerit ſupplicandum. pro peccatis videlicet eorum quorum elemoſinis ſuſtentatur. et ne forſitan corpori ſuo ſupra neceſſitatem indulſit. Si vocatur ad colloquiũ ſm̃ regulã vel ſtatuta oꝛdinis grauiter ⁊ ſine riſu pauciſſima verba ⁊ rõnabilia loquatur et anteq̃ ea ꝓferat bis ad limen veniant q̃ ſemel ad linguam. Si cũ ſecularibus loquendũ eſt: tũc maxime adhibeat cuſtodiã oꝛi ſuo: vt nihil oĩno ꝓferat q̄ non edificet audientẽ. Si igitur in cũctis ſe habeat vt nemo dubitet qui cum viderit: quin vere ſit monachus ſeu religioſus. Poſt cõpletoꝛium ſibi capitulũ teneat ſingulis diebus: et cõuocatis cogitationibꝰ ſuis ponat cũ eis rõnem diligenter cogitans quid ipſo die cogitatione: locutione: opere: vel omiſſione deliquerit publice vel priuatim. Per ſingulas noctes lacrimis lectũ ſuum lauans: hoc eſt ſingula pctã lacrimis ⁊ doloꝛe purificans diligenter de ſingulis computet. In ſequenti capitulo de apertis publice de occultis vero ſecrete cõfeſſionẽ facturus: in quo capitulo que publice deliquerit: manifeſte reuelet et tanq̃ aſſiſtens iudici in oĩbus ſe ibi habeat loquatur vel reſpõdeat vel ꝓclamet. Clamoꝛ cõfeſſionis eius interius et exteriꝰ oleo caritatis ſit vnctus. A nemine qualecũq; munus accipiat neminẽ familiarem habeat. In oĩbꝰ notã fugiat ſingularitatis vel admirationis loquens nihil dicat. vnde multum eruditꝰ multũ ve religioſus poſſit putari. ad interrogata paucis reſpondeat v̄bis. Si de ſcripturis: ſi de moꝛibus agatur aurem pꝛeparet non linguã. Cũ loquitur non ſtudeat eloquẽtie: ſed ſermo eius ſit potius ruſticanus q̃ vꝛbanꝰ. In oĩbus agendis ſtudeat non curialis videri: ſalua tñ honeſtate. Fugiat oẽs hoĩes in poteſtate poſitos maxime ſeculares. Sectetur cõmunia, cõmunes laboꝛes: cõmunes lectiones: ⁊ ceteras obſeruãtias in quibus non ſit vitula effraym docta diligere triturã .i. ad hmõi nõ cõſuetudinem: ſed deuotione trahatur. Oꝛationeſq; q̃ q; imperantur pꝛimo loco habeat ac ſibi blandiatur de priuatis oꝛatiõibus ſuis que in ſecundo loco habẽde ſunt ei: cum in pꝛeceptis oꝛatiõibus negligẽs ⁊ deſidioſus fuerit. Si familiaritas hoĩm interdicitur multo magis mulierum. Sit ei facies cõis cum ceteris interiꝰ vo diſſimilis. hoc eſt Nõ nimia grauitate ſit facies eiꝰ ꝯtracta: nec leuitate diſſoluta: ſed quadã mediocritate bona regatur vt de beato Martino legitur. Faciem eius nõ obfuſcauit meroꝛ: nec riſus leuigauit. Prudẽtis erit aĩe theſaurũ ſuũ ſolicite conſeruans moꝛe Moyſi coꝛnutam velare faciẽ .i. quodam riſu qui tamẽ ſit modeſtus interioꝛem gloꝛiã et mentis grauitatẽ abſcondere. Cõparanda eſt dies inſtans diei pꝛeterite: vt ex earum collectione depꝛehẽdere poſſit homo ꝓfectum ſuum ſiue defectum. In omni actu vel cogitatu ſuo ſibi deum adeſſe memoretur. Omne etiã tempus in quo de deo non cogitat computet ſe certe perdidiſſe ac etiam inde deo rationem diſtricte redditurum. Si autem tedio fuerit affectus componat ſe meditando de petra ſupꝛa quã ſolent moꝛtui lauari et cogitet quomodo tractentur, vſu ſepeliendi quomodo mittet moꝛtui caput cadãt bꝛãchia rigeant crura tibie iaceant quomodo induatur ꝯſuiatur quomodo deferatur humandũ quomodo componatur in tumulo: quomodo puluere tegatur hec ⁊ his ſimilia intimo coꝛde cogitata: non ſolũ depellũt tediũ ab homine: ſed etiam facient cum feruẽtem ad omne opus bonũ. Fuge vero ſi quando q; incidant ferende referende nunq̃. Fac ad quod veniſti. Hec Bern. Et vt hoc implere poſſis: neceſſe eſt in pꝛimis dñm deum diligere ex toto coꝛde: tota anima tota virtute: deinde ꝓximũ tanq̃ teipſũ deinde nõ occidere: non adulterari: non facere furtum: non concupiſcere: non falſum teſtimonium dicere: honoꝛare omnes homines et quod ſibi quis fieri nõ vult: alijs ne faciat. Abnegare ſemetipſum ſibi vt ſequatur chꝛiſtũ coꝛpus caſtigare: delicias nõ amplecti: ieiuniũ amare: pauperes recreare: nudum veſtire: infirmũ viſitare: moꝛtuũ ſepelire: in tribulatõe ſubuenire: dolẽtẽ cõſolari: a ſeculi actibus ſe facere alienum: nihil amoꝛi chꝛiſti pꝛeponere: iram non perficere tempus non reſeruare: dolum in coꝛde non tenere: pacem falſam non dare: caritatem non derelinquere: non iurare ne foꝛte periuret veritatem ex coꝛde ⁊ oꝛe ꝓferre: malum pꝛo malo nõ reddere: iniuriam non facere: ſed et facta patiẽter ſufferre: inimicos diligere: maledicentes ſe nõ maledicere: ſed magis benedicere: perſecutionem pꝛo iuſticia ſuſtinere non eſſe ſuperbum: non vinolẽtum: non multum edacem: non ſõpnolentũ: nõ pigrũ nõ murmuroſum nõ detractoꝛẽ: ſpem ſuã deo ꝯmittere. Bonũ aliq̃d in ſe cũ viderit deo applicet nõ ſibi. Malũ vo factũ a ſe ſp̃ ſciat ⁊ ſibi reputet: diẽ iudicij timere: gehẽnã expaueſcere: vitã eternã cũ ꝯcupiſcẽtia ſpũali deſiderare: moꝛtẽ quotidie añ oculos ſuſpectã hẽre. actꝰ vite ſue oĩ hoꝛa cuſtodire: in omni loco deũ

N. H. re pert
instrumenta bo=
norum operum quae
recenset S. Bened,
cap. 4. suae Regul

ſe reſpicere ꝓ certo ſcire. Cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad xp̄m allidere et ſeniori ſpirituali patefacere. Os ſuum a malo vel prauo eloquio cuſtodire: multū loqui nō amare vana verba aut riſui apta nō loqui. Riſum multū aut excuſſum nō amare: lectiones ſacras libenter audire: orationi frequēter incūbere: mala ſua preterita cum lachrimis vel gemitu quotidie in orōne deo cōfiteri de ipſis malis de cetero emēdare: deſideria carnis non ꝑficere: voluntatem ꝓpriā odire: preceptis ſuperioris i oībus obedire: etiā ſi ipſe ꝙ abſit aliter agat: memores illi⁹ dñici precepti: que dicunt facite: que aūt faciūt facere nolite. Non velle dici ſanctū anteꝗ̄ ſit: ſed prius eſſe: quod verius dicatur precepta dei factis quotidie adimplere: caſtitatē amare: zelum ⁊ inuidiā non habere: cōtētionem nō amare: elationē fugere: ſeniores venerari: iuniores diligere in xp̄i amore: ꝓ inimicis orare: cum diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire: ⁊ de dei mīa nūꝗ̄ deſꝑare. Ecce hec ſunt inſtrumēta artis ſpiritualis que cum fuerint a nobis die noctuꝗ inceſſabiliter adimpleta ⁊ in diem iudicij reconſignata: illa merces nobis a dño recōpēſabitur quā ipſe ꝓmiſit ꝙ oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcendit: ꝗ̄ preparauit deus diligentibus ſe.

De bono inuito qđ religioſus facit⁹ et qđ religioſus maiorem mīam cōſequitur ꝗ̄ ſecularis. Cap. xxxv.

A Quod monacho ꝓſit bonum quod inuitus facit Anſelmus in libro in ſimilitudinibus ita declarat dicēs. Cōtingit aliquādo quēpiam abundare malis hūoribus vt niſi ſecetur aliter ſaluari non poſſit: vt ergo ab eis videlicet humoribus ex toto poſſit mundari ſponte ſua ſe prius facit ligari rogans etiā eos qui ſunt eum ſecturi vt nō eū dimittant quicqđ ip̄e dicat donec eum ꝑfecte ſecuerint. Cum ergo putredinem pūgere ceperint et reſecare clamat et dicit ſe prius nihil mali habere cōminaturꝗ eos: niſi eū dimiſerint occidere. Sed qui cū hec dicere ꝓpter dolorē ſciunt non verba illius attendūt ſed vt ceperant putredinē ꝑfecte abſcindūt. Cūꝗ ad plenū mundatus melius habuerit eiſdem quos antea minabatur gratias agit ꝙ non eū ad voluntatē ſuā dimiſerint. Quid ergo. Nunquid non ideo ꝓdeſt ſibi ſectio: qr eam tollerauit inuitus cum eam tollerandā ſe fecit ligari ſpontaneus prodeſt reuera qa ꝑ eam abſciſa eſt infirmitas ⁊ reperta ſanitas. Similiter autē pleruꝗ cōtingit vt aliquis ſe mūdet vitijs et intelligit ꝙ aliter ſaluari nō poterit niſi a ſe ferro diſtrictioris penitētie fuerint reſecata: vt ergo inde purgari ꝑfecte queat alicubi in monaſterio ſponte ſua ſe alligat ꝓfeſſionē eteni faciens ſtabilitatem morūꝗ conuerſionem ꝓmittit: ſeꝗ intra monaſterij clauſtra eo tenore recludit: vt medici ſpirituales: videlicet ſui paſtores qui eum corrigere debent quicqđ ipſe poſtea dicat nō eū dimittāt: ſed ei⁹ vitia reſecent et emēdent. Ac pleruꝗ cū eum ceperint ad meliora ſtimulare et eius vitia corripiendo reſecare: recalcitrat atꝗ iraſcitur dicens ſe nō eſſe culpabilem vnde reprehēditur: ipſoſꝗ qui eum arguunt aliquādo ⁊ ꝑimere minātur. Hij vero qui hec eum ꝓferre ꝓpter ordinis diſtrictionem cognoſcunt: nō ideo dimittunt: ſed ab eo diſtricte nō ſtultitiā vt ꝗ̄ ualent nunc hoc: nunc illo modo abſcidunt. Cum itaꝗ fuerit emendatus a vitijs et mitior factus: ad ſe reuerſus eiſdē gratias reddit quibus iraſcebatur: ꝙ eum reprehēſum correxerint. Quid ergo Nunqđ non ideo ſibi ꝓderit illa tanta diſtrictio qui eum infirmitate carnis deuictus inuitus ſuſtinuit cū ad eam ſufferendā ſpōte ſua in monaſterio ſe alligauerit. Proderit itaꝗ qr per eam .ſ. diſtrictionem non ſolū liberatur ab oī infirmitate vitiorum: ſed etiam redit ad veram ſanitatē virtutum. Sed dicit aliquis meli⁹ eſſet vt deo ſine ꝓfeſſione ſeruiret ſpōtane⁹ ꝗ̄ in monaſterio ꝓfeſſione ſe alligans ſeruire cogeretur inuitus. Sed huic opinionio reſpondet idem Anſelmus ibidē dicēs: ꝙ tāta diſtantia eſt inter illum qui non vult facere deo ꝓmiſſionem ſeruiendi ſibi: ⁊ illū ꝗ libenter ꝓmiſſionē facit: ꝗ̄ta eſt inter duos hoīes qui ambo ex debito debēt ſuire vni domino Sed vnus eoꝝ accedit ad eum ⁊ dicit. Dñe tibi ex toto corde ſeruire volo: ſed me tibi fidelē ꝓmittere nolo: qr ſi hoc tibi ꝓmitto: ⁊ poſtea peccarē: grauius delinquēs grauiori pena dignus exiſterē. Ego aūt melius potero ſeruiam tibi. Sed quādo peccauero tibi iudica me vt illū qui eſſe fidelem minime ꝓmiſit. Alter vero venit ⁊ dicit. Dñe ex toto corde meo te diligo: tibiꝗ fidelitatem ⁊ ſubiectionem ꝓmitto: vt ſi aliqñ fecero ꝯtra ꝑceptum tuum nō me iudices vt alienū: ſed emendes vt ꝓprium ſeruum. His itaꝗ dictis euenit vt ambo idem peccatū poſtea faciāt: ac deiñ penitētes ad mīam dñi veniāt. Dicit itaꝗ dñs illi qui ſibi fidelitatem pro=

mittere noluit: quare hoc feciſti? at ille. Dñe inquit confiteor qꝫ deliqui: ſed tamen me tibi debitorem eſſe nõ promiſi. Cui dominus ideo noluiſti mihi fidelitatẽ ꝓmittere vt poſſes contra me liberius peccare. Ergo et ego cõtra te non vt erga meũ: ſed vt aduerſ⁹ alienum agã: totumq; quod erit mei iuris vſq; ad vltimũ quadrantẽ exigam hoc ita iudicato: cõuertitur ad alium et dixit. Et tu ſerue qui michi fidelitatẽ ꝓmiſeras ⁊ ideo tibi magis cauere debueras: quare hoc feciſti? At ille. Domine ait: cõfiteor reuera me deliquiſſe: tibiq; fidelitatẽ promiſiſſe: ſed poſtq̃ me peniteat qꝫ deliqui: debeo ego peius pati qꝫ tibi fidelitatẽ anteq̃ deliquiſſem ꝓmiſi: q̃ ille qui hanc tibi noluit promittere. Ideo quippe me volui eſſe tuum: vt ſi quãdo peccarẽ: nõ me iudicares vt alienũ: ſed emendares vt propriũ. at dñs ita eſt inquit vt dicis. Cũ ergo voluero: de te vindictã accipiã vt de meo. Sic autem et deus ꝓfeſſum monachũ et nolentem ꝓfiteri iudicat. ſi contra ſe eos peccaſſe peniteat. Nõ ſolum autẽ ꝓfeſſum mitius iudicat nõ profeſſo: ſed ⁊ quolibet laico adhuc in ſeculo cõſtituto. licet enim vterq; idẽ peccatum cõmittat ſi tamẽ ex toto corde monachum deliquiſſe peniteat: ſuũq; ordinem cui ſe ſubdidit feruenti amore cuſtodiat maiorem q̃ laicus miſericordiã cõſequet quantumlibet ille peniteat: ſecularibus adhuc detentus. Si vero penitere profeſſus noluerit maiori q̃ laicus dãpnationi ſubiacebit. hec Anſelmus. ¶ Sequit hic epiſtola ſcti Macharij ad religioſos in qua precognoſcere qs poteſt varias tẽptatiões quas ſuſtinere nos oportet: et qđ abſq; grandi humilitate paciẽtia atq; perſeuerãtia nõ valebimus ad perfectionẽ pertingere ſicq; eadẽ epiſtola. Capitulum. xxxvj. et vltimũ huius partis.

A IN primis quidem ſi ceperit homo ſemetipſum agnoſcere cur creat⁹ ſit. ⁊ factorem deũ ſuum: tũc incipiet penitere ſuper his que commiſit in tẽpore negligentie ſue. Sic demũ benignus deus dat illi triſticiã ꝑ peccatis. Et poſt hec: iterum per ſuam benignitatem donat illi afflictionẽ corporis in ieiunijs et vigilijs et orationis inſtantiã et cõtemptũ mundi: et vt libens illatas ſibi iniurias ſufferat. et vt odio habeat omẽ refrigerium corporale et vt diligat planctũ magis q̃ riſum. Poſt hec tribuet illi deſideriũ fletuum planctũq; et humiliationẽ cordis ⁊ humilitatẽ et vt trabem oculi ſui cõſideret non alterius feſtucam nitatur eruere et dicat ſẽper. Quoniã iniquitatẽ meã ego cognoſco: et peccatũ meũ contra me eſt ſemper. Et vt diem exitus ſui in mente habeat: ⁊ quomodo in cõſpectu dei occurſurus ſit: ſed iudicia et penas deſcribat in conſpectu mẽtis ſue: nec non etiam meritos honores qui dandi ſunt ſanctis. Si igitur viderit deus quoniã hec illi ſuauia ſunt: tẽptat eum ſi abrenũciat voluptatibus et reſiſtit aduerſus impugnãtes huius mũdi principes. qui vinxerũt cũ pri⁹ Sed ⁊ eſcarũ varias delectatiões que emolliti faciunt cor et prorſus ꝓpe modum vinci laſſitudine corporis ⁊ lõginquitate corporis: dicẽtibus illi cogitatiõibus ſuis. Quãto tẽporis ſpacio hunc laborem ſufferre poteris. Et quia arduũ laboris ſit vt mereatur quis inhabitatorẽ habere deum: et preſertim. tu q̃ multa peccaſti: ⁊ quanta tibi poſſunt remitti peccata a deo. Si autem cognouerit qꝫ cor illius firmũ eſt in timore dei: ⁊ non dimittit locũ ſuum: ſed fortiter reſiſtit: tunc veniunt illi ſub occaſione iuſticie cogitatiões dicẽtes Peccaſti quidẽ ſed penitentiã egiſti iam ſanctus es. Et faciunt illũ recordari quorundã hoim peccata: qui nõ egerunt penitẽtiã: ſuperſeminantes illi in corde vanã gloriã. Nõ ſolum hoc: ſed etiã faciunt quoſdã hoies laudare eum ſubdole: ⁊ ꝓuocare eum ad opera que ferre non poteſt immittẽtes illi cogitationes non veſcendi ⁊ nõ bibendi et vigiliarũ et multa alia que longum eſſet dicere ⁊ facilitatem illi ad hec ꝑficienda tribuunt. ſi quomodo eum ad hec alliciant precauẽte ſcriptura ⁊ dicente. Ne declinaueris neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram: ſed rectum iter ingredere. Si autem benignus deus proſpexerit. quia nulli eorum acquieuit: cor illius ꝓbat⁹ redditur dicẽte dauid et de hmõi tẽptationibus ſignificante. Probaſti cor meũ et viſitaſti nocte: igne me examinaſti ⁊ non eſt inuenta in me iniquitas. Si vero hec omnia bella ſuggreſſa fuerit anima mea: tunc incipiunt illi immittere aduerſarie cogitationes fornicationis deſiderandum ⁊ nephandum ſtuprũ. In his igitur omnibus infirmatur anima: et cor tabeſcit. vt impoſſibile ſibi credat eſſe cuſtodiam caſtitatis ſubiũgentes illi vt dixi tẽporis prolixitatẽ virtutũ variũ laborem ⁊ qꝫ grande ſit onus ipſarũ et importabile: ſubiungentes illi infirmitatẽ corporis ⁊ fragilitatem nature. Si autẽ has impugnationes nõ laſſauerit: tunc benignus ⁊ miſericors deus mittit illi virtutẽ ſuam ſanctã et confirmat cor ipſius: ⁊ dat illi leticiã et refrigeriũ ⁊ poſ ſibilitatē: vt fortior inimicis inueniatᷣ: vt aduerſus eum illoꝝ impugnatio nō preualeat timētibus eis que habitat in eo virtutē: ſicut et ſanctus Paulus dicit. Contēdite: et accipietis virtutē. hec quippe eſt virtus: quā beatus petrus loquitᷣ dicens. hereditatē incorruptam et imarceſſibilē conſeruatā in celis: in vobis qui in virtute dei cuſtodimini per fidē Tunc benignus et clemēs deus ſi viderit qꝛ cor ipſius corroboratū eſt ſuper inimicos ſuos paulatim ſubtrahit virtutem. que illi opitulabatur et cōcedit inimicis īpugnare cum varijs cōcupiſcētijs necnō et vane glorie cupiditate et ſuperbia ceterarum ꝙ que ad perditionē trahunt vt ꝓpe modū aſſimuletᷣ naꝫ que ſine gubernaculo in ſcopulis huc illucꝙ offendit. Cum autē cor illius emarcuerit in his et vt dicam defecerit ad ſingula tēptamenta inimici: tunc hoīm amator deus curam habēns creature ſue īmittit illi ſanctaꝫ virtutē et cōfirmat eū ſubijciēs cor ⁊ animā et corpus ipſius et oīa mēbra eius. ſub iugo paraclyti: ipſo dicēte. Tollite iugū meū ſuper vos et diſcite a me: qꝛ mitis ſum ⁊ hūilis corde. Et ſic demū benignus deus icipiet adaperire oculos cordis ipſius: vt intelligat quoniā ipſe eſt qui cōfirmat eū et tunc vere incipiet noſſe homo honorē dare deo cum oī humilitate et gratiarū actiōe ſicut dauid dicit. Sacrificiū deo ſpiritus ꝯtribulatus. Ex hoc enim labore prelij: humilitas et contribulatio et māſuetudo efficitur. Cū hijs igitᷣ oībus fuerit probatus tunc incipiet illi ſpūs ſanctus reuelare eccleſiā. hoc eſt que ſanctis iure merito ꝙ debētur ⁊ his qui ſperāt ſuper miſericordia eius: et tunc reputat ſecum homo dicens illud apoſtolicū. Quia nō ſunt cōdigne paſſiones huius tēporis ad futuram gloriā que reuelabitᷣ i nobis. Et illud dauid Quid eni michi eſt in celo: et ego a te qd voluī ſuper terram hoc eſt. O dñe ꝗnta michi paraueras in celo: et ego quid a te querebaꝫ in vita mortali. Et ſic etiā incipiēt illi reuelare tormenta: que paſſuri ſunt peccatores: et multa alia que me tacente: ſctūs vir itelligit. Poſt hec vero omnia: incipiet paraclytꝰ inire pactū cum puritate cordis ipſius ⁊ aīe firmitate et ſanctitate corporis et cum ſpūs eius humilitate et facit eum ſuggredi omnē creaturā. Et non vt loquatur os eiꝰ opa hominū: et vt recta videat oculis eius et ori ſuo ponat cuſtodiā: et iter rectū faciat greſſibus ſuis et vt iuſticiā habeat manuū ſuaruꝫ hoc eſt operū et orationis inſtātiā necnō ⁊ aſſictionē corporis et vigiliarū frequentiaꝫ. Et hec diſponit cum eo in mēſura et diſcretione et non in turbulentia: ſed in quiete. Si vero mens ipſius diſpoſitionem ſancti ſpūs contempſerit: tunc virtꝰ que in eum collecta fuerat diſcedit. et ſic pugne efficiuntᷣ in corde eiꝰ et cōturbationes et conturbant eū paſſiones corporis per momēta ſingula ex īpugnatione inimici. Si autē cōuerſum fuerit cor eiꝰ et obtinuerit precepta ſancti ſpūs ꝓtectio domini fiet ſup eum. Et tunc homo agnoſcet ꝙ indeſinēter adherere deo bonū eſt quoniā ipſe eſt vita eius: dicente dauid. Clamaui ad te et ſanaſti me. et iterū. Quia apū te eſt fōs vite: igitur ſcḋm meū conſiliū niſi homo grādem poſſederit humilitatē et cuſtodiā poſuerit ori ſuo et cordi timorē dei: ⁊ in eo ꝙ ſe ꝓbat excellere ceteris non ſe ꝓferat tanꝗ aliquid boni fecerit ⁊ iniurias ſibi illatas libenter ſufferat et prebeat ꝑcutienti ſe aliam maxillam et ad oīe opus bonū violēter erūpat et diripiat et animā ſuā in manu portet quaſi quotidie moriturus et vana reputet oīa que ſub hoc ſole cernuntur et dicat. Cupio diſſolui et eſſe cum xp̄o: et michi viuere chriſtus eſt ⁊ mori lucrū: non poterit ꝓcepta ſeruare ſpiritusſancti.

¶ Finis quarte partis.

¶ Incipiunt capitula quinte partis libri.

De ſciētia vtiliſſima hoī mortali: que eſt ſcire mori. Cap. p̄mū.
dis quomodo viuis. quid agis. quid amittis quantum quotidie proficis. vel quantū deficis. quibus cogitationibus magis icurſaris. quibus affectibus frequentius tangeris vel quibꝰ cogitationū machinis a maligno ſpiritu acrius īpugnaris. Et cū totum exterioris ⁊ interioris hoīs ſtatū et habitum in ꝙtū poſſibile eſt plene cognoueris: nō ſolū qualis ſis. verū etiā qualis eſſe debeas: de cognitione tui poteris ſubleuari ad cognitionē dei. Quantū nāq; in cognitiōe tui cotidie ꝓficis tantū ad altiora ſemꝑ tendis. vñ idē beatus Ber. alibi ſic ait. Atēde ꝙtū quotidie ꝓficis vel deficis ꝙ ſis ſimilis deo et ꝙ diſſimilis. ꝙ ꝓpe ⁊ ꝙ longe. nō interuallis locorū: ſed affectione morū. Stude cognoſcere te: qꝛ multo melior ⁊ laudabilior es ſi te cognoſcas. quā ſi te neglecto cognoſceres curſus ſiderū. vires herbarū cōplexiones hoīm naturas aīalium: ⁊ haberes omnium celeſtiū terreſtrium A ⁊ infernorū ſciētiam. Erubeſcat ergo ſuperbus infelix. elatiōe ſecatus. ira inflammatꝰ impacientie vitio fedatus. ſciētia inflatꝰ. cui plus placet ars ariſto. ꝙ ſcientia de apoſtolis. plus codex platonicꝰ ꝙ liber diuinus: ꝙ nulla lectio letificat. nulla ſcīa edificat. nullus ſermo ſapit: niſi fuerit gramatice conceptꝰ. dialetice ymaginatus. rethorice purpuratus. Stulte ꝗ huiuſmōi es: ignoras et erras. qm̄ qui talia appetūt. ⁊ dies ſuos in talibus conſumunt: peccatum ſibi generāt et mortē ſibi ꝑparant. Quia ex ſimili ſtudio: ſimilē cōcipiūt ſciētiā. hoc eſt folia colligūt. nō fructus. i. verba nō virtutes. Verba eni in ventū ꝓferūt. ⁊ aerem verbis verberant verboſitatem ſonant: iactanciā oſtendūt de quibꝰ recte pſalmiſta ait. Turbati ſunt ⁊ moti ſunt ſicut ebriꝰ: ⁊ oīs ſapientia eorū deuorata eſt. Sciendū eſt ꝙ hō ebrius neſcit quid agat. aut quo vadat: eo ꝙ ſemetipſum ignorat. Ita inſipientes clerici ſeculares in habēda mūdi huiꝰ ſciētia ſe perturbant. libros deuorant ſūmas multiplicant. ſed ꝗd agunt penitus ignorant: qꝛ ad quem finem miſerum tendūt miſeri non attendūt. Si enim fugiētes vite ſue breuitatem perpendiſſent. ſi dāpna dierum ſuorum ante oculos habuiſſent. ſi quam tremēdo iudici non tantum ex mortuis eorū operibus immo de omni ocioſo verbo quam diſtricte reſpōſuri ſunt ꝑuidiſſent mox mortis terrore perculſi. vana vite huiꝰ ſtudia reliquiſſent. ⁊ ad ſtudio vanitatis. veniſſent ad ſtudiū veritatis. de ſtudio ſtulticie ad ſtudium ſapientie. hoc ē de ſcola curioſitatis ad ſcolam ſancte humilitatis. de ſcola luxurie ⁊ prauitatis ad ſcolam mundicie et caſtitatis. i. de vita iniquitatis ad vitā ſanctitatis. hoc eſt de vita fornicationis ad vitam beate religionis. i. de domo cōuerſationis mundane ad domū ſancte diſcipline. vñ ipſe dñdictꝰ ſpūs ſanctꝰ per prophetam precepit peccatoribꝰ dicens. Apprehēdite diſciplinam. nequādo iraſcatur dñs et pereatis de via iuſta. Hec ille. Scio namq; neminem abſq; ſui cognitiōe poſſe ſaluari: de qua nimirū mater ſalutis. Hūilitas oritur. et timor dñi: qui et ipſe ſicut iniciū ſapientie: et ſalutis eſt. Sed forte iam aſcendiſti. iam ad cor tuū rediſti. et ibi ſtare didiciſti. nec hoc ſuf- B ficiat tibi. diſce ibi habitare. et manſionem facere: et qualicūq; mentis euagatione inde abſtractus fueris: ſēper illuc redire feſtina. Abſq; dubio per multū vſum quandoq; tibi vertetur in oblectamentum. in tantū. vt abſq; vlla laboris difficultate poſſis aſſiduꝰ eſſe. quinnimo potius ſit tibi pena alibi quā ibi moram aliquam facere. Si igitur perſēſeris deſideria tua circa delectationes exteriores affici: et cogitationes tuas iugiter in eis occupari: cum magna ſollicitudie compelle eas ad cor tuū intrare: et ibi habitare. Mēs enim que ſe ad ſui conſiderationem non ſubleuat: ſed adhuc per varia deſideria ſpargitᷣ. et variis cogitationibꝰ huc illucq; diſtrahitᷣ non pōt ſeipſam in vnū colligere. qꝛ nondū nouit ad ſeipſam intrare ſed adhuc in imo ē cogitatiōe et cōuerſatiōe: idō nec dū pōt ad ea ꝗ ſupra ipſam ſunt: penna cōtemplationis volare. Diſcat ergo diſperſiōes cordis cōgregare: ſtudeat mentis euagatiōes reſtringere et exteriora omnia obliuiſci. aſſueſcat in intimis ſuis immorari. diſcat ſola bona interiora amare: et illa ſola frequentius cogitare: ꝗ ad celeſtium cōtēplationē anhelat: ꝗ i diuinorū noticiam ſuſpirat. Cūq; ſe diligenter attenderit et diuinꝰ queſierit cū tandem inuenerit qualis ſit: reſtat vt ex diuina reuelatione cognoſcat qualis eſſe debeat: quale mentis edificium deo preparare et quibus ꝯobſequiis eum placare oporteat. Qui ita omnes euagatiōes mentis in vnum colligit. et omnes cordis motus in vno eternitatis deſiderio figit: profecto iam ad cor ſuum rediit iam ibi libenter immoratur. ac mirabiliter delectatur. et cum ſeipſum pre gaudio capere non poſſit: ſupra ſeipſum ducitur. et per exceſſum mentis in ſumma eleuatᷣ. atq; ita per ipſum. ſ. per cognitionem ſui ad cognitionem dei aſcendit: vt diſcat ſolum deum amare et ipſum ſolum indeſinenter cogitare: et in eo delectabiliter requieſcere. Cuꝫ ſic amoꝛ xp̄i totum abſoꝛbuerit affectum hominis: vt non negligens et immemoꝛ ſui chꝛiſtum iheſum ⁊ ea que ſunt iheſu chꝛiſti ſenciat. tunc demum vt arbitroꝛ perfecta eſt in eo caritas. Hinc itaqꝫ qui ſic affectus eſt: nō eſt onerosa paupertas. Iſte non ſentit iniurias ridet obpꝛobꝛia. contempnit dampna moꝛtem lucrum reputat: immo nec moꝛi ſe putat cum magis de moꝛte ad vitam tranſire ſe ſciat. Quem ſic amoꝛ dei intrinſecus ligatum tenet: nec ad modicum quidem exterius exire valet. ſed interius in eius deſiderio flagrat tanto amplius: quanto familiarius et eo vehementius: quo frequentius. Qui ſic in amoꝛe dei iugiter delectatur: frequenter mentis exceſſus patitur frequēter ab omnibus pꝛeſentibus ⁊ terrenis raptus coꝛam deo pꝛeſentatur ⁊ dum eius pulchꝛitudinē ꝯſiderat. magnitudīe pulchꝛitudīs eiꝰ attonitus: in eius admiratione ſuſpenditur. Miratur regis gloꝛiam regis magnificentiā ſuperne ciuitatis nobilitatem et felicitatem ciuium. contemplatur glorie decoꝛem dei. bonitatem interne ſalutis dulcedinem et tranquillitatem interne quietis. meditatur patris potentiam filij ſapientiam. ſpiritus ſancti benignitatem. et angelice creature beatitudinem. Delectatur de deo in deum: dū eiꝰ puritatem miratur et decoꝛem contemplatur. O quam iocundum ſi non eſſet tam modicum raptim rapitur ſola celeſtia contemplatur D contemplando iocundatur. Sed cum ibi ſtare diutius conatur ſubito labitur. Rediēs ad ſe: nulli poteſt intimare quod vidit ſupꝛa ſe ſed cognitione ſuauitatis illectus: guſtate ſuauitatem dulcedinis et illam celeſtem infuſionem leticie ſpiritualis intra ſemetipſum miratur. Reuoluit etiam tacita mente in coꝛde in coꝛpoꝛe lucis claritatem intime ſacietatis ſapoꝛem et illud interne quietis ſecretum ⁊ ſumme tranquillitatis archanum. In huius etiam contemplationis dulcedine mēs delectabiliter afficitur et mirabiliter delectatur volet ergo et nō deficiat volet donec ante regē gloꝛie ꝑueniat. ibiqꝫ ploret et ſuſpiret mactetqꝫ ſe in lachꝛimis depꝛecetur veniā poſtulet gratiā nec inde recedat quoadusqꝫ deū quē nimiū offenderat placatū ſentiat et ab eo cōſolationē ꝑcipiat. Deinde ratio ꝑ mētis exceſſū in cōtēplatiōe ſublimiū ſubleuata: et in diuine cōtēplationis archanū rapta: atqꝫ ibi illuminata. ad cognitiōem veritatis inflammata atqꝫ deſideriuꝫ bonitatis oēs illicitas voluptatis affectiōes et vagas memoꝛie cogitatiōes coꝛdis diſperſiones. animi fluctuatiōes. ſpūs euagatiōes et mentis diſtractiōes in vnū colligat. atqꝫ in illo felicitatꝭ fonte totū deſiderium ſuum figat. Sed heu heu. qꝛ his diebus ſcdm eundē Bernardum multi multa ſciunt: et ſeipſos neſciunt alios inſpiciūt. et ſeipſos deſerunt deum querentes per iſta exterioꝛa: deſerentes C ſua interioꝛa quibus interioꝛ eſt deus. Iccirco ab exterioꝛibꝰ redeā ad interioꝛa. et ab iterioꝛibꝰ ad ſuperna aſcendā vt poſſim cognoſcere vnde venio et quo vado. quid ſum vñ ſum: et ita ꝑ cognitionē mei valeā peruenire ad cognitionem dei. Uis ergo ſcire vñ venis. Attende ait idē Bern̄. Quid fuiſti ante oꝛtū et quid es ab oꝛtu vſqꝫ ad occaſum atqꝫ quid eris poſt hanc vitam. Pꝛofecto fuit qñ non eras. poſtea de vili materia factus es. et viliſſimo panno indutus et menſtruali ſanguine in vtero materno es nutritus tunica tua fuit pellis fetidiſſima ſic indutus et oꝛnatus veniſti ad nos nec memoꝛ es ꝙ vilis ſit oꝛigo tua. Et quare hec es oblitus vtiqꝫ iccirco: quia foꝛma. fauoꝛ populi: ſpecies iuuenilis opeſqꝫ ſurripuere tibi noſcere quid ſit homo. Nichil aliud eſt homo: ꝙ ſpma fetidum. ſaccus ſtercoꝛum: et eſca vermiū. vñ ſuperbit homo: cuius conceptio culpa. Naſci pena. laboꝛ vita neceſſe moꝛi. Poſt hominem vermis poſt vermem fetoꝛ et hoꝛroꝛ. Sic in non hominem vertitur omnis homo. Uana ſalus hominis. varius decoꝛ omia vana. Inter vana nihil vanius eſt homine. Si diligenter conſideres. quid per os. quid per nares ceteroſqꝫ coꝛpoꝛis meatus egrediatur vilius ſterquilinium nunꝙ vidiſti. Si ſingulas carnis miſerias enumerare velis. ꝙ ſit onerata peccatis. irretita vitijs. pꝛuriens concupiſcētijs. occupata paſſionibus. polluta illuſionibus. pꝛona ſemper in malum et in omne vicium pꝛocliuis: plenam confuſione et ignominia inuenies. Cum fex cum limus. cum res viliſſima ſimus. Unde ſuperbimus ad terram terra redimus. Cur ergo ſuperbis puluis et cinis. cuius conceptio culpa naſci miſeria: viuere pena. moꝛi anguſtia. Cur carneꝫ tuaꝫ rebus pꝛecioſis impinguas et oꝛnas. quam poſt paucos dies vermes deuoꝛaturi ſunt in ſepulcro: animam vero tuam non oꝛnas bonis virtutibus que deo et angelis pꝛeſentanda eſt in celis. Quare aīam tuā vilipendis: ⁊ ei carnē ꝓponis. Dominam ancillari: ⁊ ancillam dñari: magna A abuſio eſt. hec Ber. Et notandū ſm Caſſiodorū: ꝙ magnus acceſſus ad deū ē cognitio infirmitatis ſue: magna ē vtilitas ſeruo dei ꝓpriam infirmitatē recognoſcere atq; i ſuis viribus aut meritis nullā fiduciā hr̄e. Tunc enī incipit eſſe virtus diuina qñ deficere incipit preſumptio humana: ſed oīm cauſarum difficillimū eſt: ſeipſū cognoſcere eo ꝙ mēs hoīs ſatis acute aliena delicta cōtēplans tardior eſt erga ſuorū cognitionē viciorū. Tādiu enī quis pctā ſua ꝗ noſſe ⁊ flere debet ignorat: ꝗdiu curioſe aliena cōſiderat: qđ ſi mores ſuos ad ſeipſū cōuerſus aſpiciat: non requirit qđ in alijs reprehēdat: ſed in ſeipſo qđ B lugeat. Vñ ⁊ Bern̄. ait. Si me non inſpicio neſcio meipſm: ſi autem me inſpicio tollerare nō poſſum: quia tanta inuenio in me que digna ſunt reprehenſione et confuſione. Et ꝗ̄to ſubtilius et ſepius me diſcutio: tanto plures abhoīationes in angulis cordis mei inuenio. Ex quo enī peccare cepi nunꝗ̄ vnū diē ſine peccato tranſire potui. Nec adhuc ceſſo peccare: ſed de die in diē pctā pctīs addo. ⁊ capre oculis habeo: nec gemo erubeſcenda video nec erubeſco dolenda intueor nec doleo qđ eſt ſignū mortis ⁊ dāpnatiōis indicium. Mēbrū enī qđ dolorē non ſentit mortuū eſt et morbus inſenſibilis ē incurabilis leuis ſū et diſſolutus: nec me corrigo: ſed ad pctā q̄ cōfeſſus ſū quotidie redeo nec caueo foueā in quā cecidi vel aliū cadere vidi. Qui pleniſſime appetit intelligere q̄lis eſt: tales nimirū debet inſpicere qualis nō eſt: vt ex bonorum forma metiat: ꝗ̄tū ipſe deſerto bono deformis ē. Lucē nāq; oportet ꝯſpicere qui vult de tenebris iudicare. Pctōr nāq; ſi incognita vita iuſtorū ſemetipſm̄ conſpicit pctōrem ſe eſſe nullatenus dephendit. Et ꝗ̄to quis ſe videret tāto ſibi minus diſplicet ⁊ ꝗ̄to maioris gratie lumē ꝑcipit: tanto amplius reprehenſibilem ſe eſſe cognoſcit. Hec greg. Quiſqs igitur ſeipſum cognoſcere deſiderat: neceſſe eſt: vt ei⁹ animus quotidie ad rationem reddendā vocetur: quatinus cū ad nocturnā q̄etē die cōſūmato ſe diſponit animū ſuū interroget dicens. Quod malū tuū hodie ſanaſti cui vitio reſtitiſti: qua parte melior es. Sic enim viuere debemus vt cum corpus a vermibus ceperit deuorari in ſepulcro aīa letet̄ cum ſanctis in celo. Amen.

De formula compendioſa vite ſpiritualis et quod homo ſemꝑ debet ad puritatem cordis aſpirare. Cap. vij.

AUdi fili mi: ait ſapientia in libro horologij ſapientie diſciplinam patris tui attende diligenter verba mea et ea in corde tuo q̄ſi in libro ſcribe. Noli emulari multitudinem eorum qui iam retro cōuerſi ſunt poſt deſideria cordis ſui in quibus deuotio tepuit caritas refriguit et defecit. Humilis obedientia proſtrata eſt qui placere hominibus cupiunt honores querunt: ventri ſeruiunt qui ſupra modum diligūt munera ſequūtur retributiones: qui in hoc mūdo ipſm quod querūt ꝓ mercede operi ſui recipiunt: et in futuro vacui remanebunt: ſed illos ſāctiſſimos patres qui incōparabili flagrabāt ſtudio ſanctitatis attende: ⁊ eorum feſtines ꝓpoſitū ſimili ſtudio ⁊ cōuerſatione ſuſcipe queadmodū iam tibi ꝓponā. Siue igiť comedas ſiue bibas ſiue aliquid aliud facias ſēper hec vox pij patris reſonet in aurib⁹ tuis admonētis et dicentis. Fili mi ad cor redeas ab oibus ꝗ̄tum poſſibile eſt te abſtrahendo mentis oculū ſemꝑ in puritate et trāquillitate cuſtodias intellectū a formis rerū infimarū preſeruando. Si tempore puritati cordis principaliter ſtude: vt videlicet continue velut clauſis carnalibus ſenſibus in temetipſm̄ conuertaris ⁊ cordis oſtia a formis ſenſibilium et ymaginationibus terrenorum ꝗ̄tum poſſibile eſt habeas diligēter ſerata: puritas nanq; cordis inter omnia exercitia ſpiritualia ſibi quodāmodo tanꝗ̄ quedam finalis intentio ac laborum retributio que in hac vita miles chriſti emeritus recipere conſueuit ſibi vendicat principatum. Unde iohannes Caſſianus in collationibus patrum ſibi ait D Omnis monachi finis: cordiſq; perfectio ad iugem atq; indiruptam orationis perſeuerantiam tendit: ⁊ ꝗ̄tum humane fragilitati conceditur ad imobilem trāquillitatem mētis ac perpetuam peruenire nititur puritatē. Ob quam oēm laborem tam corporis ꝗ̄ cōtritioni ſpiritus indefeſſe querimus et iugiter exercemus. Et idcirco vt eo feruore ac puritate qua debet emitti poſſit orō. hec ſūt oīmodis obſeruāda. Primū ſollicitudo oīm rerū carnaliū generaliter abſcidenda eſt. Deinde nullius negocij cauſe ne nō ſolū cura: ſed ne memoria quidē penitus admittenda. Detractiones: vaniloquia: ſeu multiloqeia ſcurrilitates quoq; ſilr̄ āputāde ſūt. ire ꝓ oīb⁹ ſeu

triſtitie perturbatio funditus eruenda. Con
cupiſcentie carnalis affectus ac filargirie .i.
amoꝛ pecunie noxius fomes radicitus euel=
lendus. Quapꝛopter quales oꝛātes volumꝰ
inueniri: talia nos an̄ oꝛationis tempꝰ ꝑpa
rare debemꝰ: quia nunq̄ vere oꝛat: quiſq̄s
etiam flexis genibus euagatione coꝛdis qua
licūq; diſtrahitur. Illa tria ſunt que vagam
mentem ſtabilem faciunt .ſ. vigilie medita=
D tiões et oꝛatio. Quarum aſſiduitas et iugis
intentio conferunt aie ſtabilem firmitatem
Nam nulla virtus ſine laboꝛe perficit̄: nec
ulli poſſibile eſt ad iſtam ſtabilitatem mētis
ſine ingenti coꝛdis contritiōe cōſcendere. hō
eni naſcitur ad laboꝛem. Oia igitur huiꝰ rei
gratia gerenda et appetenda ſunt nobis pꝛo
hac ſolitudo ſectanda eſt ꝓ hac ieiunia vigi
lias cōes laboꝛes nuditatē coꝛpoꝛis lectionū
ceteraſq; virtutes debere nos ſuſcipere no=
uerimꝰ: vt ſcʒ per illas ab vniuerſis paſſio=
nibꝰ noxijs illeſum cōſeruare poſſimus coꝛ
noſtrum et ad perfectionē caritatis iſtis gra
dibus innitendo cōſcēdere: et nō ꝓpt̄ has ob
ſeruātias ſi foꝛte honeſta ac neceſſaria occu
patione pꝛeuenti ſolēpnitatē diſtrictiōis no
ſtre nō potuerimus implere iō incidamus i
triſtitiā vel irā ſiue indignationē ob que ex=
pugnāda illud quod pꝛetermiſſum eſt fue=
ramꝰ acturi. Non eni tantū eſt lucrū ieiunij
q̄tum ire diſpendiū nec tantus lectione ca=
pit̄ fructus q̄tū de contemptu fratris incur
ritur detrimentū. Ea igit̄ que ſequētia ſunt
.i. ieiunia: vigilie: anachoꝛeſis: ⁊ meditatio
ſcripturaꝝ: ꝓpter pꝛincipalē ſcopeū .i. puri=
tatem coꝛdis quod eſt caritas, nos conuenit
exercere et non ꝓpter illa: pꝛincipalē hāc per
turbare virtutem. Qua in nobis integra il=
leſaq; durante nihil oberit ſi aliquid eoꝛum
que ſequentia ſunt ꝓ neceſſitate fuerit ꝑter
miſſum. Si quidē nec ꝓderit vniuerſa feciſ
ſe ablata vel adempta hac qua diximus pꝛin
cipali cauſa cuius obtētu ſunt oīa peragēda
Igit̄ ieiunia vigilie meditatio ſcripturarū
nuditas ac pꝛiuatio oīm facultatū non ꝑfe=
ctio ſed inſtrumenta ꝑfectionis ſunt qꝛ nō i
ipſis cōſiſtit diſcipline illius finis: ſed ꝑ illa
ꝑuenit̄ ad finē. Quicq̄d igit̄ pōt iſtā mentis
nr̄e puritatē tranquillitatēq; turbare: q̄uis
vtile ac neceſſariū videat̄ vt noxiū deuitan=
dū eſt. Hac igit̄ noꝛma oīm hoꝛroꝝ ꝑ vaga
tionū et coꝛdis diſꝑſiones poterimꝰ euade=
re et deſideratū finē linea recte directiōis at
E tingere. Hec ille. Itē in libꝛo de reuelationi
bus beate bꝛigitte ſaluatoꝛ ſic dixit. Si vis
habere puritatē quam poſtulas: opoꝛtet vt
mihi qui ſūma puritas ſum ꝑfecte viuaris.
hoc facies ſi hec tria ſeruaueris. Pꝛimo ſi to
tam tuā intentionem in me dirigens in oībꝰ
factis tuis me finē ſolum conſtituens ⁊ me
ſemꝑ habere ꝑ oculis contendas. Secūdo
ſi voluntatem tuā penitus abnegās ⁊ volū
tatē cuiuſcūq; creature non reſpiciēs in oībꝰ
que tibi acciderint: ſolā volūtatē meam que
tuam vult ſanctificationē ꝯſideres ac diſcer
nas. Nihil eni volo aut ꝑmitto niſi ꝓ bono
tuo. Quod ſi bene attenderis: de nullo cōtri
ſtaberis: nulli iraſceris: etiā ad hoꝛā: ſed po
tius reputabis te obligatū oī tibi iniurianti
Tertiū ſi facta ſeruoꝝ meoꝝ nō ſcd̄m tuū gu
ſtum: ſed ſcd̄m iudiciū meū iudicaueris. Igit̄
ſi optabilē cunctis vite ſpiritualis perfectio
nē habere deſideras: ſi viriliter ipſam aggre
di affectas: debes teipſm̄ abſtrahere a ſocieta
tibus et familiaritatibus nociuis et ab oībꝰ
hoībus ꝓpoſitum tuū impediētibꝰ ⁊ bꝛeui=
ter a cūctis moꝛtalibus q̄tū poſſibile eſt ex
voto tue ꝓfeſſionis ſalua ſemper obediētia
hūili ⁊ pꝛōpta ſuꝑioꝝ ſemꝑ captās opoꝛtu
nitatē vbi et quādo locū poſſis reperire q̄e=
tis ⁊ cōtēplationis carpere ſecreta ſilētia pꝛe
ſentiſq; ſeculi vitare naufragia et perturba
tiones mundi fugere ꝑſtrepētes voluntatis
quoq; affectum: a curis terrenoꝝ penitus ab
ſoluas: ſūmo bono amoꝛe feruido inherēdo
iuxta illud legis moyſaice Maneat vnuſq̄ſ
q; apud ſemetipſm̄ nulluſq; egrediatur oſtiū
domus ſue die ſabbati: ⁊ ſabatiʒabit apoſto
lus. In ſemetipſo nāq; eſſe eſt diſperſiones
coꝛdis ſui et affectiones ad vnū verū ⁊ ſim=
pliſſimū bonū recolligere ⁊ collectas habere
Sabbatiʒare eſt vero coꝛ ab affectiōe carna
li aiam inficiēte et a curis mūdanis ipſā de
trahētibus abſolutā eſſe ⁊ in pace coꝛdis ſui
tanq̄ in poꝛtu ſilētij in amoꝛe ⁊ fruitione cō
ditoꝛis ſui ſuauiter quieſcere. Memoꝛiam
quoq; iugiter ſurſum eleuatā habeas ꝑ cōtē
plationē diuinoꝝ ad ſupna tendendo. ita vt F
tota aia tua cū oībꝰ potētijs ſuis ⁊ viribus i
deū collecta: vnus fiat ſpūs cum eo in quo
ſūma ꝑfectio vie cognoſcit̄ cōſiſtere. Quic=
quid aūt ab his diuerſum eſt q̄uis magnū
videat̄ ſicut coꝛpoꝛis caſtigatio ieiuniū vel
vigilie et ſimilia virtutis exercitia: q̄ſi ſecū
daria et iferioꝛa ſūt et tm̄ expediētia q̄tū ad
coꝛdis ꝑficiūt puritatē. Inde eſt q̄ iam pau
ciſſimi ad verā ꝑfectionē ꝑueniūt: qꝛ in me
dijs nō multū ꝓficuis tēpus et vires expē=
dunt: debita remedia negligūt ⁊ poſtponūt

Tu vero ſi recto tramite ad finē intentū peruenire deſideras: debes ſūmopere ad perpetuā cordis puritatē et mentis tranquillitatē anhelare atqꝫ cor ſurſum iugiter ad dn̄m eleuatum habere. hec igitur breuis doctrina: ꝓ vite tue formula tibi ſit tradita i qua ſūma ſūmarū totius perfectionis conſiſtit. in qua ſi diligenter ſtudueris: ⁊ fideliter effectui mancipare curaueris beatus eris et quodāmodo felicitatē in hoc fragili corpore inchoabis.

Hec eſt fili mi ſalutaris via quā beatus arſenius ab angelo edoctus ſeruauit⁊ ſeruari ſuis diſcipulis mandauit. Fuge tace et quieſce hec inquit ſunt principia ſalutis. Unde idez arſenius ſic ait: fons et origo oīm bonorum homini ſpirituali eſt in cella ſua iugiter cōmorari ſicut econuerſo. fons et origo oīum malorū: ſunt inutiles diſcurſus. Quis i hoc fragili corpore poteſt ſpirituali theorie ſemper affixus eſſe. Nullꝰ mortaliū poteſt huic contēplationi iugiter inherere ſed ideo dictū eſt vt ſcias vbi mentis tue intentionē debeas habere fixam. Et ad quā deſtinationē ſemꝑ anime tue reuoces intuitū. quā cum potuerit obtinere mens gaudeat⁊ a qua diſtractaz ſe doleat atqꝫ ſuſpiret quotienſcunqꝫ ab illo intuitu ſe deprehenderit ſeparatā. Quod ſi forſitā ꝗrulosa voce mihi obuiare voluerʒ dicens te diu in vno eodemqꝫ ſtatu permanere non poſſe noſſe debes ꝙ diuina virtus plus pōt facere ꝙ̄ hō poſſit cogitare. Et ꝙ frequēcia actus ſimilē ſibi habitū generare conſueuit. vnde ſepius cōtingit ꝙ illud ad quod fortaſſis homo in principio ſe aſtrinxerit cū violentia quadā et difficultate. poſtea faciliter operabitur ⁊ tandē cū magna delectatōe dū modo acceptis non deſiſtat.

¶ De cōpūctiōe et quot ſunt eius genera: et de deteſtatione riſus et diſſolutionis. Cap. viij.

A In multis ſpeciebꝰ ſicut Grego. dicit: cōpūctio diuidit᷑ qñ ſingule ꝗꝫ culpe a penitētibꝰ plāgūt᷑. vñ et voce quoqꝫ penitentiū Jeremias ait. Diuiſiones aquarū deduxit oculus meus. Principalit᷑ vero cōpunctionis genera duo ſunt: qꝛ deum ſitiēs aīa prius timore cōpungit᷑ poſt amorē. priꝰ eniz ſeſe in lachrimis afficit: qꝛ dū malorū ſuorū recolit. pro his perpeti ſupplicia eterna pertimeſcit at vere cū lōga meroris anxietudīe fuerit formido ꝯſūpta. quedā iā de p̄ſūptione venie ſecuritas naſcitur et in amorē celeſtium gaudiorū animꝰ inflāmatur. Et qui prius flebat ne duceret᷑ ad ſuppliciū poſtmodum amariſſime flere incipit: quia differtur a regno. Contēplatur eteni mens qui ſint illi angelorū chori que ipſa ſocietas beatoruz ſpirituū que maieſtas interne viſionis dei et amplius plangit quia a bonis perennibꝰ deeſſe quā flebat prius cum mala eterna metuebat. Sicqꝫ fit vt perfecta cōpūctio formidinis trahat animū ad cōpunctionē dilectionis. Quod bene in ſacra veraciqꝫ hiſto. figurata narratione deſcribitur que ait. Nō axa filia caleph ſedens ſuper aſinam ſuſpirauit Cui dixit pater ſuus. Quid habes? At illa reſpondit. Da michi benedictionē. Terrā auſtralem ⁊ arentē dediſti michi iunge et irriguam. Dedit ergo ei pater ſuus irriguū ſuperius⁊ irriguum inferius. Axa quippe ſuper aſinam ſedet: cū irrationabilibus carnis ſue motibus anima preſidet. Que ſuſpirās a patre terram irriguā petijt: quia a creatore noſtro cū magno gemitu querēda eſt lachrimarū gratia. Sunt nanqꝫ nonnulli qui iam in dono perceperunt libere pro iuſticia loqui: oppreſſos tueri: indigētibus poſſeſſa tribuere ardorē fidei habere: ſed adhuc gratiam lachrimarū nō habent: hij nimirū terram auſtralē ⁊ arētem habent: ſed adhuc irrigua indigent. quia in bonis operibus poſiti in quibus magni et feruentes ſunt: oportet nimirū vt aut timore ſupplicij aut amore regni celeſtis mala que iam antea perpetrauerunt: deplorēt: ſed quia vt dixi duo ſūt cōpunctionis genera: dedit ei pater ſuus irriguum ſuperius⁊ irriguum inferius. Irriguū quippe ſuperius accipit anima: cū ſeſe in lachrimis celeſtis regni deſiderio affligit. Irriguū vero inferius accipit: cum inferni ſupplicia flendo pertimeſcit. Et quidem prius inferius: ac poſt irriguum datur ſuperiꝰ ſed quia cōpunctio amoris dignitate preeminet: neceſſe fuit vt prius irriguū ſuperius et poſt irriguū inferius cōmēorari debuiſſet. hec Grego. B Duo me vnguēta vobis tradidiſſe recordor vnū cōtritiōis. alterū deuotionis ambo ſalubria: ſed non ambo ſuauia. Contritionis vero vnguentū quod de recordatione peccatorū conficit᷑: mittit᷑ in pedes domini. quia cor contritū et humiliatū deus non deſpiciet. Et hoc quidē vnguētum pungitiuum ſentit᷑: qꝛ amara peccatorū recordatio ad cōpunctionē mouet et dolorē facit. Veterum longe melius; arbitror vnguentū deuotionis: factū de recordatiōe beneficiorū dei⁊ hoc quidē capiti ydoneū reputat᷑ mitigatqꝫ dolorem. Sed eſt vnguentum quod his ambobus antecellit. et hoc appellaueri pietatis eo quod fiat de neceſſitatibus pauperum: de anxietatibus oppꝛeſſoꝛū de turbatiōibus triſtium. de culpis delinquētiū et poſtremo de oībus quoꝛūlibet miſeroꝝ erumpnis etiam ſi fuerint inimici. Deſpicabiles videnꝶ ſpecies iſte: ſed eſt ſuper oīa aromata vnguētū quod ex eis cōficitur ſanatiuū. Beati eni miſericoꝛdes: quoniā ipſi miſericoꝛdiā ꝯſequētur. Igitur multe miſerie ī vnū collecte atqꝫ oculo pietatis īſpecte: ipſe ſunt ſpecies ex quibus vnguenta optima cōponunꝶ. Felix aīa que taliū collectione aromatū ſeſe ditare et impinguare curauit. Quiſputas eſt iocūdꝰ homo qui miſeretur ⁊ cōmodat pꝛonus cōpati ſubuenire pꝛōptꝰ dare ꝙ̄ accipere beatius iudicans: ignoſcere facilis iraſci difficilis vlciſci penitus acquieſcens et per omnia: pꝛoximoꝛū eque vt ꝓpꝛias reſpiciēs neceſſitates. O quecūqꝫ aīa ſic infecta ſic ībuta roꝛe miſericoꝛdie: ſic affluens pietatis viſceribus ſic te oībus omnia faciēs ſic facta ipā tibi tanꝙ̄ vas perditū vt ceteris pꝛeſto vbiqꝫ ſēper occurras atqꝫ ſuccurras: ſic deniqꝫ moꝛtua tibi: vt viuas oībus: tu plane tertiū optimūqꝫ paras vnguentū. His igitur in vobis qui fraternas īfirmitates tam coꝛpoꝛum ꝙ̄ moꝛū non ſolum patiēter ſuppoꝛtat: ſed inſuper ⁊ ſi licet et ſi valet iuuat obſequijs confoꝛtat alloquijs conſilijs infoꝛmat: et ſi hec non poteſt ꝓpter diſciplinā ſoliditatis ſalteꝫ oꝛatiōibus ſolaciari non ceſſat infirmo. His inꝙ̄ qui talia operatur in vobis: bonū oīno ſpargit inter fratres. hec Bern̄. de tribꝰ vnguentis ſcꝫ contritionis et deuotionis ⁊ pietatis. Propterea idem Bernardus de cōmēdatione cōpunctiōis atqꝫ deteſtatiōe riſus inoꝛdinati loquēs ita dicit. O humilis lacrima tuū eſt regnū tuum eſt imperiū ante conſpectum iudicis introire non vereris accuſantibus etiā te demonibus: ſilentium imponis ⁊ quādoqꝫ de oꝛe iudicis ſentētiā rapis. Quid plura ligas inuincibilē: et vincis oīpotentē. hinc eni Ieroꝰ ait. Longo tēpoꝛe crimia ꝑpetrata in ictu oculi pereunt. ſi fuerit ꝑfecta cōtritio. Beati inquit dñs qui lugent: beati qui nūc fletis: qꝛ ridebitis. Diligamꝰ ergo lachꝛimas: qꝛ diligende ſunt. Diligamꝰ lachꝛimas qꝛ ſuaues ſunt diligētibus deū. Delectemur ſemper in hac vita infima in fletu et lamento ſimus tantū pꝛoni ad lamētū: et fletum: ꝙ̄tū fuimus ad culpam audaces. Qualis fuit nobis ad peccādū intētio: talis ſit ad penitendū deuotio. Grauia peccata: grauiſſimis lamentis indigēt. Cōpunctio ſanitas eſt animarū remiſſio eſt peccatoꝛū ſacrificiū eſt ſpirituale: qꝛ deo ſūme placet. Holocauſtum medullatū: eſt coꝛ peccatoꝛis humiliatum: et lachꝛimis quotidianis irrigatū. Intremus obſecro cōſcientias noſtras et diſcutiamus eas et ſi riſimꝰ hucuſqꝫ inoꝛdinate: ſaltem deinceps emēdemus attendētes quid Bernardus ait. Multos lugentes video: ſed ſi ille lachꝛime ex coꝛde ꝓcederēt: nō tam facile cito in riſum ſoluerētur. Nunc autē cuꝫ abundātius ocioſa et ſcurrilia verba ꝓfluāt ꝙ̄ pꝛius lachꝛime: lachꝛimas himbi de his eē non arbitroꝛ quibus cōſolatio diuina ꝓmittitur: ait ergo ſctūs Baſilius. Noli diſſolutis labijs riſum ꝓferre: amētia nāqꝫ eſt cum ſtrepitu ridere ſed tantū ſubꝛidendo decet leticiam mentis indicare. Non cōuenit ei qui ad perfectionē nititur iocare cum paruulis Eſto in malicia paruulꝰ et vir in ſenſu perfectus. Nullū habet acceſſum coꝛdis cōpūctio vbi fuerit inoꝛdinatꝰ riſus ac iocus. vnde licet vulgariter tamē eſt verū quod dicitꝶ. Per multū riſum poteris cognoſcere ſtultū. Nā ſcriptū ē in ec. Fatuꝰ in riſu: exaltat vocē ſuam. vir autē ſapiēs vix tacite ridebit. Riſus enim doloꝛe miſcebitꝶ et extrema gaudij luctus occupat. Si felicitas eueniat non te iactes: ſi calamitas cōtigerit: puſillanimis nō exiſtas. Legitur de ſancto martino ſic. Nemo vnꝙ̄ vidit illum iratū. nemo merentē nemo ridentem vnā eandēqꝫ ſemꝑ celeſtē quodammodo leticiā ī vultu pꝛeferebat ait quoqꝫ Grego. ſic. Quia pꝛeſētia gaudia ſequūꝶ perpetua lamēta. hinc fratres cariſſimi vanam leticiā fugite: ſi illic flere foꝛmidatis. Non eteni potes et hic gaudere cū ſeculo: et illic regnare cū deo. Tēpoꝛalis igitur leticie fluxa reſtringite carnis voluptates edomate Quicquid animo ex pꝛeſenti ſeculo arridet: ex ꝯſideratione etn̄i ignis amareſcat. Quicquid in mente pueriliter hilāreſcit. hoc diſcipline iuuenilis cenſura coherceat. Legitur ī vitis patrum qꝫ quadā vice manducantibus fratribus in caritate. riſit vnus frater ad mēſam. Et vidit eum abbas iohannes dicens. Quid putas habet frater iſte in coꝛde ſuo qꝛ riſit: cum debuiſſet magis flere. Dixit quidam ſenex. Quēadmodū coꝛpoꝛū noſtroꝛū vmbꝛam vbiqꝫ nobiſcū circūferimus: ſic debemus fletum et cōpunctionē nobiſcū habere vbicūqꝫ fuerimus. Vidit etiaꝫ quidam ſenex quēdam ridentem ⁊ dixit ei. Coꝛam celo et ꝑra rationē toti⁹ vite nr̄e reddituri ſum⁹: et tu rides. Cum quidā frater cõuerti vellet eumq̄ mater ſua pꝛohiberet: ille nõ quieſcebat ab intētione ſua dicēs. Saluare volo animam meā. Illa vero multū reſiſtens. cū deſiderium eius impedire non poſſet poſtea ꝑmiſit: abiēs ergo frater ille factus eſt monachus: ſub negligentia vitam ſuam expēdēs Contigit autem vt mater ipſius moꝛeretur et poſt tempus aliquantū etiam ipſe iſirmatus eſt in infirmitate magna. Et cum fact⁹ fuiſſet in exceſſu mentis: raptus eſt ad iudicium et inuenit matrē ſuam cum his qui iudicabantur. Illa autem poſtq̄ vidit illū obſtupuit et dixit. Quid eſt hoc fili et tu in locū hunc condempnatus es venire vbi ſunt ſermones tui quos loquebaris: dicendo. ſaluare volo animam meam. Confuſus autem i his que audierat ipſo doloꝛe ſtupidus fact⁹ eſt: et ſtabat non habens quid matri ſue reſpondere potuiſſet. Iuxta diſpenſationem miſericoꝛdie dei poſtq̄ hec vidit cõtigit vt repararetur et euaderet ab inſtanti infirmitate. Et cogitans apud ſe diuinitus factam eſſe huiuſmodi viſionem: de cetero ſe includens ſedebat et cogitabat de ſalute ſua: penitens ⁊ ploꝛans pꝛo his que egerat pꝛius ſub negligentia. Tanta autem ei erat intentio. vt multi eum rogarent indulgere ſibi paululum ne foꝛte leſionem aliquam pateretur de fletu. Qui ſapꝛa modum conſolari noluit dicens. Si imperium matris mee ſuſtinere non potui: quomodo chꝛiſti et ſanctorum angeloꝛum eius aduerſum me confuſionem potero in die iudicij ſuſtinere. Dixit abbas Helias. Ego tres cauſas timeo: vnā quando egreſſura ē aīa mea de coꝛpoꝛe. Aliā qn̄ occurſurus ſū deo Tertiā qn̄ aduerſum me pꝛoferenda ſu erit ſententia. Beatus es ergo abbas arſeni qui ſemper hanc hoꝛam ante oculos habuiſti.

¶ De lectione ⁊ ſtudio legēda ⁊ q̄ ſepe debem⁹ legere ea pꝛecipue. q̄ nos iſtruūt ad amorem dei vel ad coꝛrectionem moꝝ. Cap. ix.

A ORationibus mundamur lectionibus iſtruimur vtrūq̄ bonū ſi liceat: ſi nõ liceat melius eſt oꝛare q̄ legere. Qui vult cū deo ſꝑ eſſe frequenter debet oꝛare frequent̄ ⁊ legere. Nam cum oꝛamus cū deo loquimur Cum vero legimus deus nobiſcum loquit̄ omnis pꝛofectus ex lectione et meditatione pꝛocedit. Que eni neſcim⁹ lectiōe diſcim⁹ q̄ autem didicimus meditatione conſeruam⁹. Geminum confert donum lectio ſanctarū ſcripturarum: ſiue quia intellectum mentis erudit. ſiue quia a mūdi vanitatibus abſtractum hominē ad amoꝛem dei perducit. Tanto vana ſpes moꝛtalitatis huius nobis vileſcit: q̄to amplius legēdo ſpes eterna claruerit. Nemo poteſt ſenſum ſcripture ſancte cognoſcere: niſi legēdi familiaritate ſicut ſcriptū eſt. Ama illā et exaltabit te gloꝛificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Q̄to quiſq̄ magis in ſacris eloquijs aſſiduus fuerit: tanto ex eis vberioꝛem intelligentiam capit. Uerum eſt de ocio ſpirituali: q̄ ille tantum ſecreta diuinoꝛum ſcrutabitur mandatoꝛum: qui ab actione terrene cure auocauerit animum et ſedula familiaritate ſcripturis ſanctis inheſerit. Nā ſicut cecus et vidēs poteſt quidē vterq̄ ambulare: ſed non conſimili libertate: dum cecus pergēs quod nõ videt offendat. vidēs vero offendicula caueat atq̄ quo ſit ꝑgēduz agnoſcat: ſic et qui nubilo terrene cure fuſcatur. ſi temptet dei ꝑſcrutari miſteria nõ valet quia caligie curarum obcecatus nõ videt qđ ille tātūdem efficere valet: qui ſeſe de exterioꝛibus ſeculi curis abſtrahit et totum ſcripturarū meditatiōe defigit. B Quidā habēt itelligētie igenium. ſed negligūt lectiōis ſtudiū. et quod legēdo ſcire potuerūt. negligēdo cõtempnūt. Quidam vero amoꝛē ſciēdi habēt. ſed tarditate ſenſus prepediūtur qui tamē aſſidua lectiōe ſapiūt q̄ ingenioſi ꝑ deſidiam nõ nouerunt igenio tardus: et ſi nõ per naturam. per aſſiduitatem tñ lectiōis augmentāt ſciētiam. Tardiores autē q̄ ſcire cupiūt ideo difficulter inueniunt. vt pꝛo maximo exercitio laboꝛis: maximum p̄miuz habeāt retributiōis. Et ſicut qui tardus eſt ad capiendum ꝑ itētiōe tamē boni ſtudij pꝛemium ꝑcipit: ita qui pꝛeſtitū ſibi a deo igenium intelligētie negligit cõdēpnatiōis reus exiſtit: q2 donū quod accepit deſpicit. et per deſidiam derelinquit. C Hucuſq̄ yſidoꝛus de ſummo bono. Si igitur cupis ad amoꝛem dei peruenire: et ſuccendi deſiderio celeſtium gaudioꝛum: et induci ad cõtemptum terrenoꝛum: non ſis negligens ad meditandum et legendum ſacram ſcripturam et maxime in hijs locis vbi moꝛes inſtruit et inſidias diaboli cauere docet vbi loquitur de amoꝛe dei: et de vita contemplatiua. Difficilioꝛes vero ſētētie diſputātib⁹ et igenioſis viris longo tẽpoꝛe in ſancta doctrina exercitatis relinquant̃. Multũ enĩ adiuuat nos in bono pꝛoficere. In hoc cognoſcimꝰ defectus noſtros et pꝛofectus et in quibus peccamus et in quibus non: et que vitare debemus et q̃ agere. Subtiliſſime machine inimicoꝝ nr̃oꝝ nobis aperiunt̃ accendũt ad amãdũ et ad lachꝛimas cõpungunt pꝛeparant nobis menſam delicatiſſimã ſi in illis ſicut in oibꝰ diuicijs delectati fuerimꝰ et ſi nulla cupiditas honoꝛis vel fauoꝛis vel laudis hoim ſuccendat nos ad ſcientiã ſcripturarũ: ſed ſola itentio placendi deo vt ſciamꝰ quomodo ip̃m diligamus et idẽ pꝛoximũ doceamus non vt reputemur ſcientes apud populũ imo magis debemus occultare ſcientiã noſtrã q̃ ad laudẽ noſtrã oſtendere ſicut dicitur. In coꝛde meo abſcondi eloquia tua ſcʒ a vana oſtẽtatione vt non peccẽ tibi. Cauſa ergo locutionis vel electionis noſtre: ſola ſit laus dei ⁊ edificatio pꝛoximi: vt illud ipleatur i nobis. Semper laus eius in oꝛe meo quod fit quãdo laudem noſtrã nõ querimꝰ: et ꝯtra eius laudẽ nõ loquimur.

¶ De oꝛatione et eiꝰ diffinitiõe atq̃ cõmẽdatione et quod petitiões coꝛdis in tribus conſiſtũt. Cap. x.

NOtandũ ꝙ oꝛatio q̃nq̃ dꝛ omne opus bonũ vnde ſuꝑ illud. Sine int̃miſſiõe oꝛate: dicit gloſa ſemꝑ oꝛat. qui ſemꝑ bene agit. vnde iuſtꝰ nunq̃ deſinit oꝛare niſi deſinat iuſtus eſſe. Oꝛatio ſic deſcribit̃. Oꝛo eſt pius mẽtis affectus in deũ directꝰ. Iſte affectus: deſideriũ eſt. affectꝰ qui eſt oꝛo in deũ: dicit̃ dirigi ad modũ nũcij. Eſt enĩ velut nũcius ab hoie ad deũ miſſꝰ ad deũ nãq̃ intrat et mãdatũ ꝑagit: quo caro ꝑuenire nequit. Item oꝛatio eſt petitio decentiũ a deo. Non decet dei filios omnia indifferenter dare Nõ ſunt petenda a deo niſi honeſta. Item non decet viros virtutis petere puerilia: veraciter oꝛare eſt amaros compunctionis gemitus ⁊ non compoſita verba reſonare. Ad cõmendationẽ oꝛatiõis. Pꝛimo valere põt frequẽs admonitio quã ſcriptura ſacra facit ad oꝛandũ. Unde eccle. xviij. Non impediaris oꝛare ſemꝑ. Hiere. quoq̃. xxxiij. Clama ad me et exaudiam te. Item ad cõmendationẽ oꝛationis valere poſſunt exempla ſanctoꝛũ qui in oꝛatione erant perſeuerantes ſicut de apoſtolis legitur. Hij omnes inquit erant ꝑſeuerantes vnanimiter in oꝛatione cum mulieribus et maria matre ieſu. Dominꝰ ieſus etiam frequenter oꝛare ꝯſueuit ſicut in multis locis euangelij patet. Non quia oꝛatione indigebat cum oĩa per ſe poſſet: ſed vt daret nobis exemplũ oꝛandi. Noluit nos negligẽter addiſcere quod a deo diligenter voluit docere. Uerecũdũ eſt xp̃i igitur diſcipulis ignorare quod magiſter eoꝛum diligentiſſime docuit. Itẽ verecũdũ eſt eis raro facere: quod magiſter eoꝝ tm̃ frequẽtauit. Et notãdum ꝙ oꝛatio eſt officiũ valde lucroſuʒ. Nã plus valet vnus ſctũs oꝛãdo q̃ innumeri pctõꝛes pꝛeliando: plus vna vetula adquirit de celo vna hoꝛa oꝛando: q̃ mille milites armati acquirũt de terris longo tempoꝛe ꝓliãdo. Oꝛatio de hoſtibus ſpiritualibus triũphat ſicut yſidoꝛus declarat dicens. Hoc eſt remedium eius qui vitioꝝ tẽptamẽtis exeſtuat: vt quotiens quolibet tangit̃ vitio totiens ſe ad oꝛationẽ ſubdat: qꝛ frequens oꝛatio vitioꝛũ impugnationem extinguit. Oꝛatio quodãmõ tenet deũ ⁊ habet eũ in poteſtate ſua ſicut patet. Exodi. xxxij. Dimitte me inq̃t dñs Moyſi. vt iraſcatur furoꝛ meus cõtra eos. Super quo verbo greg. ita dicit. Quid eſt dicere ſeruo dimitte me niſi depꝛecandi auſum ꝓbere. Quaſi diceret. Penſa quantũ apud me valeas: ⁊ cognoſce quia obtinere poteris quicq̃d pꝛo populo oꝛaueris. Hic eni yſaias ait. Nõ eſt qui inuocet nomẽ tuũ: qui cõſurgat ⁊ teneat te. Dñs quoq̃ per ſeip̃m nos excitans ad oꝛandũ: ita dicit. Petite ⁊ accipietis. Querite ⁊ inuenietis. pulſate et aperietur vobis Omnia quecunq̃ petieritis in oꝛatiõe credẽtes, accipietis. Hinc augꝰ ait. Nõ tãtũ hoꝛtaret̃ nos vt peteremꝰ niſi dare vellet. Erubeſcat igitur noſtra pigricia. plus vult ille dare q̃ nos accipe. Plus vult ille miſereri: q̃ nos a miſeria liberari. Igitur ne deficias in oꝛatione. Nam ille cõceſſurus eſt. et ſi differt nõ aufert. Securus ergo roga i fide et accipies. et ſi nõ modo. accipies tñ. Nũq̃ ei poteſt fallere veritas. Tu ergo ſerua fidem. et ille ſeruabit pollicitatiõem. Non vult tibi cito dare vt tu diſcas magna magne deſiderare. Differt quoꝛũdam deus exaudire oꝛationes vt augeat vtilitatem et purgetur culpa per penam. Tardius audiũtur quoꝛũdam oꝛatiões: vt dũ differuntur. foꝛcius excitati maioꝛibus ꝓmijs cumulentur. Quotiẽs de oꝛatione loquoꝛ: verba quedam humane cogitationis audire michil videoꝛ in coꝛde meo. Quid enim eſt, ꝙ licet nunq̃ ab oꝛatione ceſſemus. vix vnq̃ experiri videtur aliquis veſtrum quis ſit oꝛationis ſue fructus. Sicut ad oꝛationem accedimus: ſic ⁊ redire videmur. et nobis non reſpondet verbum nemo

NB

quicquid donat: ſed iudiciū fidei ſequere nō experimentū. Que eſt igitur veritas fidei: niſi quod promiſit ipſe filius dei? Quicqđ inquit orantes petitis credite quia accipietis ⁊ fiet vobis. Nemo igit̄ noſtrū fratres: ꝑuipēdat orationē ſuā. Dico enim vobis qꝛ ipſe ad quem oramus: nō ꝑuipēdit eam. Priuſq̄ egreſſa ſit ab ore noſtro. ipſe eam ſcribi iubet in libro ſuo vnum ex duobꝰ indubitāter ſperare poſſumus: quoniā aut dabit ꝙ petimus aut quod nobis nouit vtilius. Nos enī quid oremus ſicut oportet neſcimꝰ ſed miſeretur ille ſup ignorantia noſtra et orationē benigne ſuſcipiens: quod nobis aut oīno nō eſt vtile aut nō tam cito dari neceſſe eſt minime tribuit oratio tamē infructuoſa non erit ita ſi fecerimus quod monemur in Pſalmo A ſcꝫ ſi delectemur in dn̄o. Delectare inquit in dn̄o: ⁊ dabit tibi petitiões cordis tui. Sed cōſidera ꝙ petitiões cordis dixerit quas approbat iudicio ratiōis/ nec habes vnde cauſeris ſed vnde magis toto affectu in gratiarū actione verſeris quando quidē tanta ſuper te cura eſt deo tuo vt quotiēs ignorans queris qđ tibi inutile eſt nō te audiat ſuper hoc ſed mutet illud meliori dono. Sicut pater carnalis paruulo querēti panem libēter porrigit. querenti cultellū nō cōſentit: ſed magis panem quē ei dederat ipſe frangit. Porro petitiões cordis credo conſiſtere nec video quid p̄ter illa electus quiſq̄ ſibi debeat poſtulare. Duo quidē huius tēporis ſunt ſcꝫ bona corporis et bona anime. Tertiū autem beatitudo vite eterne. Nec mireris ꝙ bona corporis adeo dixerim eſſe frequenda: quoniā eius ſunt corporalia omnia: ſicut ſpiritualia bona ab eo enī eſt petendū et ſperandū nobis euenire. vnde poſſumus in eiꝰ ſeruitio ſuſtentari. verūtamē pro neceſſitatibus aīe orandū eſt nobis frequētiꝰ ⁊ feruētiꝰ. ideſt ꝓ obtinēda gratia dei animeq̄ virtutibus ſic et pro vita eterna tota pietate totoq̄ deſiderio eſt nobis orādum vbi et nimirū et corporis et anime plena et perfecta eſt beatitudo. Sit ergo oratio que pro tēpalibus eſt circa ſolas neceſſitates reſtricta. Sed oratio que ꝓ virtutibus anime eſt ab omni impuritate libera et circa ſolum B beneplacitū dei intenta. Sed oratio que fit pro vita eterna in omni humilitate p̄ſumēs de ſola miſeratione diuina. hec Bern. Queri aut pōt aut ſancti oratiões noſtras cognoſcant. ad quod dico. Quod vnuſquiſq̄ beatus tantū in eſſentia diuina videt: quātū perfectio beatitudinis requiritur vt homo habeat quicquid velit nec tamen aliqđ inordinatum velit hoc autem recta voluntate quilibꝫ vult vt ea que ad ipſum pertinēt. vnde oportet ꝙ illa in verbo cognoſcant. hoc autem ad eorum gloriam pertinet quod auxilium indigentibus prebeant ad ſalutem. vnde patet ꝙ ſancti cognitionem habent eorum que ad hoc requirūtur: et ſic manifeſtū eſt ꝙ in verbo cognoſcunt vota et oratiões et deuotiões hominū qui ad eorum auxiliū confugiunt. Et q̄uis ſolus deus cogitationes cordis per ſeipm̄ cognoſcat tamen alij cognoſcere poſſunt quātum eis reuelatur vel per viſionem verbi vel aliquo alio modo. Item notandū ꝙ q̄uis ſuperiores ſancti ſint deo acceptiores q̄ inferiores vtile tamen eſt minores ſanctos etiam interdum orare et hoc ꝓpter quinq̄ ratiões. Primo ex hoc ꝙ aliquis habet deuotionē maiorem ad ſanctū minorem q̄ ad maiorem. Ex deuotione autem depēdet maxime orationis effectus. Secundo ꝓpter faſtidium tollendū. qꝛ aſſiduitas vnius rei: parit faſtidium. Per hoc autem ꝙ diuerſos ſanctos oramus: quaſi in ſingulis nouꝰ feruor deuotionis excitatur. Tertio qꝛ quibuſdam ſanctis datum eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis precipue patrocinari. Quarto: vt oībus ſanctis honor debitus exhibeatur a nobis. Quinto: qꝛ pluriū oratiōibus quandoq̄ impetratur. ꝙ vnius oratiōe non impetraretur. C Preterea notandū ſecundū Hugonē de ſancto victore: ꝙ multū iuuat ad oratiōis puritatem: ſi in oīni loco ⁊ tempore nos ab actibus illicitis temperemꝰ ſi ab ocioſis ſermonibus auditum et linguā caſtigemꝰ: ſi in lege domini ambulantes teſtimonia eiꝰ aſſueſcamus toto corde ſcrutari. Quecūq̄ enī ſepius agere loqui vel audire ſolemus: eadem neceſſe eſt ſepius ad animū quaſi ad ſolitā et propriam concurrant ſedem. D Ante tēpus orare eſt prouidentia. In tempore autē conſtituto orare eſt obedientia. Tempus orādi preterire eſt negligentia. Tanto crebrior debet eſſe oratio: quāto vtilior magna ſunt bona que promittit nobis deus. Nam oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit que preparauit deus diligētibꝰ ſe. Si igitur magna ſunt bona ꝓmiſſa: non debent eſſe deſideria parua. Cum magnitudine premiorū concordare debet magnitudo deſideriorum. Quod ſi ad primas lacrimas dominus non exaudit nec ſic quidem a querendo et pulſando deſiſtendū eſt: ſed tanta potius perſeuerando inſtantia. tantoq̄ ob=

ſtinato clamore frequentandꝰ eſt ſaluator donec impleat deſiderium orantis. Non enim ocioſis tepidis ⁊ negligentibus promittitur regnū dei: ſed ſicut ſcriptura dicit. Vim patitur et violenti rapiunt illud. Amat deus inſtantiam et importunitatē in prece. vnde ſi ad exemplū chananee mulieris perſiſtamꝰ fixiqꝫ inſtemus: aderit gratia conditoris noſtri qui cuncta in nobis errata corrigat imunda ſanctificet turbulenta ſerenet: ſi ad illū ſedula mente et voce clamemus. hec Hugo.

¶ De vtilitate oratiōis et de his quibus orātis intentio tempus orationis eſt aſtringenda: atqꝫ de preparatione ante orationem facienda. Cap. xi.

E Virtus oratiōis ſecundū Bonauenturam eſt ineſtimabilis et efficax ad omnia proficua impetranda ⁊ nociua remouēda. Si ergo vis patienter tollerare aduerſa: ſis homo oratiōis. Si vis temptationes ⁊ tribulationes ſuperare ſis oratiōis. Si vis aſtutias ſathane cognoſcere ac eius fallacias vitare: ſis oratiōis. Si vis prauas affectiōes conculcare ſis oratiōis. Si vis letantē viuere in opere dei: et laboris et afflictiōis viam incedere: ſis oratiōis. Si vis ſpirituali vel via te exercere et carnis curam non agere in deſideriis ſis orationis. Si vis vanas muſcas cogitationum effugare et animā tuam ſanctis et bonis cogitationibus deſideriis feruoribꝰ et deuotiōibus impinguare ſis orationis. Si vis cor tuum virili ſpiritu et conſtanti ꝓpoſito in dei beneplacito ſtabilire et vicia extirpare virtutibuſqꝫ imbui ſis orationis. In ea enī recipitur ſancti ſpiritus vnctio: que de omībus mentē docet. Item ſi vis ad cōtemplationem aſcendere ⁊ frui amplexibꝰ ſpōſi ſis oratiōis. Si vis celeſtem dulcedinē deguſtare et alia dei magnalia que ſentiri poſſunt: ſed dici nequeunt ſis homo orationis ad eam nāqꝫ contemplationē et celeſtium deguſtationem per orationis exercitiū deuenitur vides quam magne potentie ac virtutis ſit oratio: ad quorum oīm cōfirmationē obmiſſis ſcripturarum probationibus hoc tibi ſit pro efficaci probatione quod audiuimus et vidimus quotidie per experientiā illitteratas perſonas ⁊ ſimplices ꝓdicta ⁊ alia plura maiora per virtutē oratiōis fuiſſe adeptos. Multum igitur animari debēt ad orationem oēs qui chriſtū imitari deſiderant et precipue religioſi quibus maior debet eſſe vacandi copia. Idcirco te hortor tibiqꝫ quātum poſſum mando diſtrictius vt pro principali exercitio tuo ſumās orationem nichilqꝫ aliud neceſſariis curis tantum exceptis. te delectet: niſi oratio quia nichil tantum te delectare debet: quāntum morari cum domino tuo quod per orationem fit. hec Bonauēturā notabiliter de orationis vtilitate. F Notādum preterea ꝙ tria videntur eſſe neceſſaria quibus orantis intentio eſt aſtringenda. Cōſiderare nāqꝫ oportet orantem: primo quid petat. Secundo ipſum quem petit. Tertio ſeipſum qui petit. In eo ꝙ petit: debet duo attendere videlicet vt illud quod poſtulat ſecundum deum ſit et hoc ipſum in ſummo affectu ac deſiderio habeat. verbi gratia. Si mortem inimici ſi leſionem ſeu deiectionem proximi orando petieris: non eſt ſecundum deum talis oratio cum ipſe precipiat et dicat Diligite inimicos veſtros benefacite his qui oderunt vos: et orate pro perſequentibus et calumpniantibus vos. Item cum ſtatis ad orandum: remittite ſi quid habetis in cordibus veſtris. Et diliges proximum tuum ſicut teipſum. Si vero peccatorum remiſſionem ſi ſpiritus ſancti gratiam ſi virtutē atqꝫ ſapientiam ſi fidem/ iuſticiam/ humilitatem/ patientiam/ manſuetudinē: atqꝫ cetera ſpiritualia cariſmata orando queſierit: ꝙ tantum ea cogitando vehementer affectauerit: hec ſecundum deum oratio eſt: et hec meretur audiri. De huiuſmodi orationibus loquitur per Iſaiam dominus dicens. Anteꝗ̄ clament ad me ego/ exaudiam adhuc illis loquentibus: ego audiam. Sunt ⁊ alia que cū deſunt: a deo petuntur et a deo dantur ⁊ poſſunt eſſe vel non eſſe ſecundum deum quantum dumtaxat intereſt finis ad quem referuntur: vt eſt corporis ſanitas pecunia ceterarumqꝫ rerum affluentia. Que ꝗuis a deo ſint non ſunt tamen magnipendenda nec ex deſiderio poſſidenda ſeu petēda. hinc Auguſtinus ſic ait. G Cum ea que deus laudat ⁊ precipit petitis: ſecure petite. Quando autē tēporalia petitis cum modo petite: et cū timore illi committite vt ſi proſit det: ſi vero ſciat obeſſe non det. Similiter orāns in ipſo quē petit: debet duo attendere ſcilicet paternam bonitatem et diuinam maieſtatem. Paternam bonitatem: qua gratis velit dare ⁊ ideo orans debet perfectum habere amorem erga eum quem orat. Nam quelibet creatura etiam irrationalis naturaliter diligit patrē ſuum: quanto magis homo rationalis creatura deum patrem ſuum diligere deberet: diuinam quoqꝫ maieſtatem debet attende=

re. qua plene poſſit dare quicquid petitur: vnde ipſe in euangelio ait. Omnia quecunqꝫ petieritis in oꝛatione credentes id eſt non heſitantes accipietis. Quia ſecundum Greg. Jndignus eſt celeſti benedictione: qui deum dubio querit affectu. hinc Jacobus in epiſtola dicit. Poſtulet autem in fide nichil heſitans. Qui enim heſitat ſimilis eſt fluctui maris qui a vento mouetur ⁊ circumfertur. Non ergo eſtimet homo ille: ꝙ accipiet aliquid a deo. Jtem oꝛans in ſeipſo ipſe qui petit debet duo attēdere: ſcilicet vt pꝛo ſuis meritis nil ſe accepturum putet: ſed de dei miſericoꝛdia tantum quicquid rogauerit ſe impetraturum ſperet. Quia ſicut ſcriptura docet. Oꝛatio humiliãtis ſe: nubes penetrabit Qui ergo cupit celeriter deum ad ſe inclinare ſtudeat coꝛam eo ſuos defectus exponere vt ad miſericoꝛdiã valeat eum excitare ſicut et mendici cum elemoſinas petunt non pꝛecioſas veſtes oſtendunt: ſed ſeminuda membꝛa aut vlcera ſi habuerint: vt citius ad miſericoꝛdiam videntis animus inclinetur.

Quam regulam publicanus ſeruauit multo melius phariſeo et ideo deſcendit iuſtificatus ab eo id eſt pꝛe illo. vtile igitur eſt nobis magis abſcondere ꝙ oſtētare: ſi quid habemus boni. vnde et ſcriptum eſt Regum tertio et octauo. Si qs cognouerit plagã coꝛdis ſui et expanderit manus in domo hac: tu exaudies de celo. Tunc autem dicitur coꝛ purum: quando hec tria que iam ſuperiꝰ dicta ſunt et eo mõ quo dicta cogitat ⁊ qſquis puritate ⁊ itētione coꝛdis oꝛauerit: exaudiri ſe ſciat. A Oſtēſo iã quibus oꝛantis intētio eſt aſtringēda: videamꝰ de ꝑparatiõe añ oꝛonē facienda. Multum enim valet ꝑparatio ad hoc vt oꝛatio exaudiatꝛ. ſicut ait pſalmiſta. Pꝛeparationem coꝛdis eoꝛũ audiuit auris tua. Jdeo alibi ſcriptum eſt eccle. xviij. Ante oꝛationem pꝛepara animam tuam et noli eſſe ſicut homo qui tēptat deum. Oꝛans deũ temptare videtur: cum id pꝛo quo oꝛat nec īpetrare deſiderat: nec ſe accepturum ſperat. Notandum ꝙ duplex eſt pꝛeparatio ad oꝛandum. quedam ꝓpinqua: ⁊ quedam remota Ad remotam pꝛeparationem pͥmo pertinet vt homo bene ⁊ ſecundum deum viuat: qꝛ ſicut Gregoꝛius dicit ſuper Job. Sunt nõnulli intra eccleſiam qui ꝓlixas ad deum pꝛeces habent: ſed vitam depꝛecantium non habent. Unde in dialogo ait. Quid mirum ſi poſtulantes tarde a domino exaudimur qui pꝛecipientem dominum tarde aut etiam nullo modo audimus. Qui a pꝛeceptis dei vertitur quod in oꝛatione poſtulat non meretur: nec impetrat ab illo bonum: quod expoſcit: cuius legi nõ obedit. Si autem id qđ deus pꝛecipit facimꝰ: id quod petimus ſine dubio obtinebimus. Unde Johannis in epiſtola ſua. iij. cap. ait. Si coꝛ noſtrum non repꝛehenderit nos fiduciam habemus ad deū ꝙ quicquid petierimus ſupple quod non ſit contra ſalutem noſtram: accipiemus ab eo: quia mandata eius cuſtodimus. Citius exauditur vna obedientis oꝛatio: ꝙ decem milia contemptoꝛis. Jtem ad pꝛeparationem remotam ſpecialiter videntur pertinere ieiunium et elemoſina que ſpecialiter iuuãt oꝛationem. Jeiunium et elemoſina ſunt velut due ale: de quibus Bernardus ſic ait. Qui vult oꝛationem ſuam volare ad dominum faciat illi duas alas ieiunium ⁊ elemoniſinã. Hinc enim ſcriptum eſt in tobia. Bona eſt oꝛatio: que fit cum ieiunio ⁊ elemoſina. Beati eni miſericoꝛdes: qm̄ ipſi miam conſequētur. Qui enim vult aliquid ab aliquo impetrare pꝛemittit munera vt facilius impetret Unde ſcriptum eſt eccleſia. ix. Conclude elemoſinam in ſinu pauperis: ⁊ hec exoꝛabit ꝓ te. Jtē ad pꝛeparationē remotam videtur pertinere confeſſio homini facta. vnde Jaco in epiſtola ſua ait. Confitemini alterutrum peccata veſtra ⁊ oꝛate pꝛo inuicem vt ſaluemini. B Jdeo ſacerdos celebꝛamus miſſam facit generalem confeſſionem. Ad pꝛeparationem vero pꝛopinquam pꝛio pertinere videtur reuocatio coꝛdis ab exterioꝛibꝰ ad interioꝛa cum retentiõe eius. vñ dominꝰ in euange. Math. iij. ait. Tu autem cū oꝛaueris: intra in cubiculum tuū ⁊ clauſo oſtio oꝛa patrem. Jngreſſus in cubiculum: eſt coꝛdis reuocatio. Clauſio oſtij. eſt coꝛdis retentio. Fatuum eſt deum inuocare vt ad ſe veniat ⁊ gratie elemoſinam det: ſi eum hõ non expectat. Jdeo ſm̄ yſidoꝛũ. Pꝛio purgandus eſt animꝰ atqꝫ a tempoꝛalium rerum cogitatiõibus ſegregandus. vt pura acies coꝛdis ad deum vere ⁊ ſimpliciter dirigatꝛ. Pura eſt oꝛatio. quam in ſuo tempoꝛe ſeculi cure nõ interuenerint. Lõge aūt a deo eſt animꝰ qui ī oꝛatiõe fuerit cogitatiõibus ſeculi occupatus. Jgitur qđ tibi nõ vis in ipſo oꝛatiõis tempꝛe in mēte ocurrere: opoꝛtet te ãte oꝛationis tēpus inquantū potes pꝛecauere. quatinus vniuerſas delectatiões tuas carnales a te pꝛoꝛſꝰ abijciēs. teqꝫ itra te colligēs. exeas de ſenſu carnis ad intellectum ſpūs. de affec ſtu mundi ad amorē dei de viſu corporis ad oculum mentis. cumq; ſic egreſſus fueris: id eſt carnalia queq; ꝓ poſſe abieceris: ⁊ te ad te introrſus pertraxeris: tunc orationē tuā tanto gaudebis eſſe fructuoſiorē: q̃to eā nullū carnale deſideriū fedat eo ⁊ puriorē: quo nullus eā exteriorū cauſarū tumultus īquietat. Sic ergo te ante orationis tempus oportet preparare ſi vtiliter ⁊ deuote eā deſideras exercere. Sed non minor tibi cautela ⁊ ſolicitudo in ipſo orationis tempore habenda eſt ne tunc forte malū per negligentiā admittas: quod et iam antea tota intentione deuitare ſtudebas et qui ſtudioſiſſime ante horam prandij epulas precioſiſſimas paraueras iam ad menſam ſedens ieiunes. Quod q̃ ſtultū ſit quis neſciat. Idcirco tumultuoſas in ipſa oratione et inquietas ac perinde inquietātes cogitationes declina: vt tāto puriorem orationē emittas: q̃to plenius ac ꝑfectius excluſis turbidis cogitationum inſolentium curis in euitādo eā quaſi ſolus quodammō extas. Hec quidē exercere: nō modicus labor eſt: ſed hec non ſolum poſſibilia: ſed et facilia ſunt ei qui ſemper dñi ſui iugē memoriā circumferre ſtudet. Secūdo ad preparationem ꝓpinquā pertinet conſideratio ſuipſius. Vñ Ber. ad fratres de monte dei ſic ait. Debemus noſmetipſos coram deo cōſtituere quaſi facie ad faciem et lumine eius ꝓſpicere tribulationē de nobiſipſis venientē Unde ⁊ yſidorus ait. Cum deo aſſiſtim⁹ gemere ⁊ flere debemus reminiſcētes q̃m grauia ſunt que cōmiſimus q̃q; dira īferni ſupplicia que timemus. Unde in vitis patrum quidam dicebat ꝙ latrones ⁊ trutanni docuerunt eum orare. Latro attendens quid fecit et quod tormētum ſibi paratū ſit: inter hec duo cū multis lachrimis miām petit: quia cognoſcit ſe reum. Trutanni ſeu mendici ea que ſunt miſerabiliora in eis improbiſſime oſtendunt et que ſunt ſana abſcondunt: vt magnitudo miſerie animi videntis ad miſericordiam excitet. Sic in oratione debet homo defectus ſuos deo oſtendere: vt ad miſericordiā valeat eum excitare. Ex cōſideratione enim peccatorum: ꝓuenit luctus in oratione qui multū valet in oratione. Unde yſidorus ait. Peccatorum recordatio merorem gignit: luctus vero mentē puriorē reddit: et ſic valet ad hoc vt oratio exaudiatur. Munda tantū cubiculum cordis: et intus eſt qui exaudiat. Item ex conſideratione peccatorū humilitas ꝓuenit que multum iuuat orationem. Unde ſcriptum eſt in eccle. xxv. Oratio humiliantis ſe: nubes penetrabit: et donec appropinquet non conſolabitur et non diſcedet donec aſpiciat altiſſimus. Tertio ad ꝓpinquam preparationem pertinet vt accedatur ad eum cui ſacrificium orationis offertur. Ideo dicitur in pſalmo. Uacate ⁊ videte quoniam ego ſum deus. Multū deberet nos reddere attentos in oratione hoc q̃d cum domino maieſtatis loquimur. Sic ergo oret qui orat. ſic ſemetipſum conſideret: vt attēdat ſe tanq̃ preſentatum domino maieſtatis Uoluit autem chriſtus vt orantes attenderent ꝙ dñs pater eorum eſt: vt fiduciam haberent impetrādi quod peterent. Naturale enī dinoſcitur eſſe p̄ris filijs vtilia ꝓuidere.

¶ Sequitur videre quando: vbi: et quomomodo ſit orandum et de attentione orandi. Capitulum xij.

A TEmpus orandi dominus determinat dicens: Oportet ſemper orare: et non deficere: ſemper autem orat qui ſemper bene agit. Ideo non debet miles chriſti ſcutū orationis amouere: q̃diu bellum durat. Bellū aūt durat: q̃diu durat vita preſens. Hinc ſcriptum eſt. Militia eſt vita hominis ſuper terram pericula nunq̃ deſunt. ideo continue indigemus dei adiutorio. Nunq̃ deeſt miſeria. ideo cōtinue egemus dei miſericordia. Ideo ſi fieri poſſit ſemper eſſet orandū ſed quia alia negocia hoc non permittunt ꝓmittenda eſt oratio operibus noſtris et etiā intermiſcenda. Hinc Hieronimus ad paulum ait. In principio cuiuſlibet operis premitte dominicam orationem ⁊ ſignum crucis in frōte. Nam ſicut militē ſine armis ad bellum exire nō conuenit ſic homini chriſtiano quoq; ꝓcedere nō licet ſine oratione. Hic enim in libro apum legitur de quodam prelato: ꝙ quando ad exteriora negocia vocabatur ante egreſſionem ſecretum petebat: ſupplex ꝓuoluebatur in precibus et a domino ꝓcibus implorabat: vt ſe in oib⁹ egredientē et regredientē ſua clementia tueret̄ ⁊ in manib⁹ negocia coram poſita ꝓſperarentur. Et vide lector quid inde ſit ſecutum. Secura et indubitabili de eodem relatione didicimus: ꝙ vix in omni tempore prelationis ſue iniuriā paſſus ſit vel offenſam. Igitur ſicut iam in premiſſis patet: oratio debet ſemper opera noſtra precedere et gratiarum actio ſequi: de qua gratiarum actione inferius patebit. Nā cum videmus mala vel in nobis vel in alijs eſſet orandum. Cum vero videmus bona vel in nobis vel in alijs gratiarū actioni eſſet inſtandum. Hinc Paulus ait: Sine intermiſſiōe oꝛate: in omnibꝰ gratias agite. Oꝛationi vero pie tunc precipue intendendum eſt cū vel maioꝛ eſt neceſſitas vel maioꝛ tempoꝛis opoꝛtunitas. Tūc autē maioꝛ neceſſitas oꝛandi eſt cum aliquam gratiam a deo accepimus. Nam tunc inſtandum eſſet oꝛationi apud deum vt gratiam quā nobis dedit conſeruet: quia ſicut Gregoꝛius dicit. Cito bonum amittitur: niſi a largiente cuſtodiatur. Nam ꝙto aliquis plus habet quod poſſit amittere: tanto diligentioꝛ et magis ſolicitus debet eſſe de conſeruatione. Item neceſſitas oꝛandi tunc eſt quādo iminet tribulatio vel ſibi vel ꝓximo. Unde dominꝰ iminēte paſſione ter oꝛauit: ⁊ oꝛationem ſuam multuꝫ A ꝓtendit. Unde de eo refert ſanctus lucas ꝙ factus in agonia pꝛolixius oꝛauit. Dicto iaꝫ quando ſit oꝛādum: videamus vbi ſit orandum. Cū vbiqꝫ ſint pericula et vbiqꝫ dei auxilio indigeamus patet ꝙ vbiqꝫ oꝛare debemus. Unde Paulus ait. Uolo viros oꝛare in omni loco leuantes puras manus. Specialiter tn̄ locus ydoneus ad oꝛandum eſt locus ſecretus. Un̄ dn̄s ait. Tu aūt cum oꝛaueris intra in cubiculū tuū ⁊ clauſo oſtio oꝛa patrē tuū. Itē locus ydoneus ad oꝛandū eſt tēplū materiale dedicatum. Hinc dn̄s ait. Domus mea domus oꝛōis vocabitur: Xp̄s autē multum frequentabat templū materiale ſicut in pluribus locis euange. patet. Unde Criſoſtomꝰ ait. Pꝛopꝛiū erat boni filij: vt veniēs ad ciuitatē pꝛimo curreret ad domū pr̄is. Tu aūt imitatoꝛ fctūs xp̄i cū intraueris ciuitatē pꝛimū an̄ oēs actꝰ ad eccleſiā curras Un̄ gloſa ſup math. dicit: ꝙ xp̄s vꝛbē igreſſus pꝛimo tēplum adijt dans foꝛmā religionis: vt quocunqꝫ ierimus domum oꝛationis ſi ibi eſt adeamus et per oꝛationes deo commendari: ad agenda negocia recedamꝰ. Item locus ydoneus ad oꝛandum: eſt templum ſpirituale. ſ. coꝛ mundum et purum. vn̄ paulus ait. Templum dei ſanctum eſt. quod eſtis vos vn̄ idem ait. Oꝛabo ſpiritu. oꝛabo et mēte. Pſallam ſpiritu. i. flatu oꝛis pſallam et mente. Gloſa ibi. Ideſt intelligentia mentis et deuotione coꝛdis. Quaſi diceret. Sic pſallam. vt conſonantiam vocis intelligam. Quia vt dicit gloſa ſuper illud pſal. pſallite ſapientē. Sapientē non pſallit q̄ pſalmꝰ pꝛecipitantē et cito ſeu feſtinantē pꝛolatus: nō ſapit. Deuoti quoqꝫ in oꝛatione nō ſunt nec in pſalmodia. qui cum tedio oꝛant et pſallant: cum tamen dicat pſalmiſta. Iocundum ſit ei eloquium meum. vn̄ auguſtinus ait. Plus valet pſalmus decantatus cū mentis iocunditate: ꝙ̄ totum pſalterium cū tedio mentis et afflictione. Hinc quoqꝫ Ber. Quomodo debemus pſallere et oꝛare nos inſtruens ita dicit ꝙ parum pꝛodeſt ſola voce cantare ſine coꝛdis attentione. Deus enim cui non abſconditur quicquid illicitum perpetratur. non querit vocis leuitatem: ſed coꝛdis puritatem. Pſallentibus admiſceri ſancti angeli dignanter ſolent. Ea ꝓpter attendite angelos cum ſtatis ad oꝛandum ⁊ pſallendum et ſtate cum reuerentia et diſciplina Nimirum miſſi in miſterium pꝛopter nos qui hereditatem capimus ſalutis eterne: deuotionem noſtram ferunt in ſuperna. referunt gratiam. vn̄ moneo vos dilectiſſimi. pure ſemper ac ſtrēnue quidē: vt ſicut reuerenter ita et alacriter dn̄o aſſiſtatis. Non pigri nō ſōpnolenti non parcentes vocibꝰ non oſcitantes nō pꝛeſcindentes verba dimidia: non integra tranſilientes nō fractis et remiſſis vocibꝰ muliebꝛe quiddam balba de nare ſonantes: ſed virili vt dignum eſt ſonituꝫ affectu voces ſancti ſpiritus depꝛomētes. Pure vero vt nil aliud duꝫ pſallitis ꝙ̄ quod pſallitis: cogitetis. Nec ſolas dico cogitationes ocioſas et vanas vitandas: ſed et ille cogitationes illa dūtaxat hoꝛa ⁊ illo loco quas officiales fratres pꝛo cōmuni neceſſitate quaſi neceſſario frequenter admittere cōpellūtur pꝛo viribus repellende ſunt: ſpiritus eni ſanctus illa hoꝛa gratum non recipit: quicquid aliud ꝙ̄ debes neglecto eo quod debes: obtuleris. hec Bernen̄. Ex cuius dictis patet non ſolum quomodo oꝛare debeamus: ſed etiaꝫ quod attente nos opoꝛtet oꝛare ne videlicet animꝰ cogitet aliquid pꝛeter id ſolum quod pꝛecatur. Indiſcrete oꝛare videtur: qui deuꝫ pꝛecatur vt ei intendat: ipſe vero nec ſibi nec deo intendit: ſed ꝙ deterius eſt: immūdū in coꝛde verſādo fetoꝛē hoꝛribilē aſpectu dei ingerit. Nam ſm̄ Grego. illam oꝛationē deꝰ non audit cui ille qui oꝛat non intēdit. Dicunt tamen theologi hoc eſt intelligendum quando attentio nullo modo cōiūgitur oꝛationi. Nō eni requirit ꝙ attentio ſemper maneat per actus eſſentiā: ſed ſufficit quod maneat per virtutē. Tunc autē manet in oꝛatiōe ſecundum virtutē: quādo aliquis ad oꝛationē accedit cum bona intentiōe aliquid impetrandi vel deo debitum obſequiū reddendi: et ſi in perſecutione oꝛationis mens ad alia rapiat

Semper enim pꝛime intentionis vis permanet: niſi tanta fiat euagatio: ꝙ attentio omnino depereat. Et ideo opoꝛtet ꝙ frequenter homo coꝛ reuocet ad ſeipſum. Illud autem ꝙ dominus ait: Oꝛãtes nolite multũ loqui B nequis male intelligat. Auguſtinus exponit ita dicens. Diu oꝛare cum vacat: non eſt repꝛobum nec inutile: neq; enim hoc eſt oꝛare in multiloquio ſi diutius oꝛetur. Aliud eſt ſermo multus: aliud diuturnus affectus. Naz de ipſo domino ſcriptum eſt: ꝙ pernoctauit in oꝛatione. Abſit ab oꝛatione multa locutio: ſed non deſit multa pꝛecatio: ſi feruẽs perſeuerat intentio. Nam multuz loqui eſt rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis.

Multum autem pꝛecari eſt: ad deum quem pꝛecamur diuturna ⁊ pia coꝛdis excitatione pulſare quod pleruq; plus gemitibus ꝗ̃ ſermonibus agitur. Item oꝛandũ eſt cum magnitudine deſiderij. Unde ſcriptum eſt. Cũ queſieris dominum deum tuũ inuenies euz ſi tamen toto coꝛde queſieris eum. Unde ꝑ Hieremiam ait. Cum queſieris me in toto coꝛde veſtro inueniar a vobis. Magnitudo deſiderij clamoꝛ eſt quẽ deus exaudit: dilatatio deſiderij eſt ꝑparatio coꝛdis: vt ſit capax eius quod petit. Amat deus inſtantiã ⁊ impoꝛtunitatem in pꝛece: ſi igitur magna ſunt bona non debent eſſe deſideria ꝑua. cum magnitudine pꝛemioꝝ: cõcoꝛdare debet magnitudo deſiderioꝛum. Si eni ab hoĩe nõ poteſt impetrari quod petitur: ſi cum deſidia agiť ꝗ̃to magis a deo. Vñ Aug⁹. ait. Cur petere pulſare querere nos compellit qui nouit q̇d nobis ſit neceſſarium pꝛiuſq̃ petamus: niſi ꝙ exerceri voluit noſtrum deſiderium in oꝛationibus quo poſſum⁹ capere que pꝛeparat nobis dare. Item oꝛandũ eſt cũ gemitu et lacrimis. Unde Judith ait. Indulgentiam illius fuſis lacrimis poſtulemus. Item oꝛandum eſt non ſolum humiliter: ſed et confidenter atq; perſeueranter. Unde pꝛo pꝛimo pſalmiſta. Reſpexit inquit in oꝛationẽ hũilium ⁊ non ſpꝛeuit pꝛeces eoꝝ. ꝓ ſcđo idem ait. Miſerere mei deus q̃m in te confidit aĩa mea. Pꝛo tertio ſcriptũ eſt de apoſtolis. hij oẽs erant vnanimiter perſeuerantes in oꝛatione cum maria matre ieſu et fratribus ei⁹.

¶ De opoꝛtunitate oꝛandi ⁊ quod dei ſeruis ita pꝛopꝛium eſt oꝛare ſicut canibus latrare ⁊ quod oꝛatio ex caritate ꝓ alijs fuſa multũ deo placeat: et quod deo debemus eſſe in oꝛãdo impoꝛtuni et de alijs notabilibus ad oꝛationem pertinentibus. Cap. xiij.

Quantum vero ad opoꝛtunitatem tempoꝛis ad oꝛandum. Notandũ ꝙ Bernardus oſtendit tres hoꝛas diei multũ opoꝛtunas eſſe oꝛationi dicẽs ꝙ matutinum veſpertinum ac medie noctis ſacrificiũ eſt maxime obſeruandum. C Pꝛo pꝛimo dicit pſalmiſta. Mane aſtabo tibi et videbo: quia tũc a curis exterioꝛibus adhuc ieiuni ſumus. Pꝛo ſecundo idem ait. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pꝛo tertio idem dicit. Media nocte ſurgebam ad cõfitendum tibi. De efficacia oꝛationis matutine: ita ſcriptum eſt. Si diluculo conſurrexeris ad deũ ⁊ omnipotentem fueris depꝛecatus: ſtatim euigilabit ad te. Dulcedo eni ſpiritus ſancti tali hoꝛa impetranda eſt: ſicut ſcriptum eſt. Opoꝛtet ſolem pꝛeuenire ad benedictionem tuam. Nam diuites elemoſinam conſueuerunt dare pauperi qui in mane pꝛimo eis occurrerit. De efficacia oꝛationis que fit in nocte ita dicit Bernardus. Nõ ſolum locum: ſed ⁊ tẽpus obſeruare opoꝛtet eum qui ſibi oꝛare voluerit. Tempus feriatum cõmodius aptiusq; maxime autem cum ꝓfundum nocturnus ſopoꝛ inducit ſilẽtium: tunc plane liberioꝛq; purioꝛ exit oꝛatio: Conſurge in nocte inquit in pꝛĩcipio vigiliarum et effunde ſicut aquam coꝛ tuũ ante conſpectũ domini dei tui. Quã ſecura de nocte aſcẽdit oꝛatio ſolo arbitrio deo ſancto q; angelo: qui illã ſuperno altari ſuſcipit ꝑſentendam ꝗ̃ grata et lucida verecundo colorata ruboꝛe ꝗ̃ ſerena et placida nullo interim turbata clamoꝛe vel ſtrepitu: ꝗ̃ deniq; munda et ſincera nullo reſperſa puluere terrene ſolitudinis: nulla aſpicientis laude ſeu adulatione temptata. Hec Bern. Item tempus opoꝛtunum ad oꝛandum eſt dies paraſceue in qua dominus adeo largus fuit: ꝙ matrez ſuam dedit Johanni: regnum latroni: coꝛpus et animã in redemptionem humano generi. Ideo eccleſia illo die pꝛo omnibus oꝛat iudeis: paganis: ſciſmaticis: ⁊ hereticis Itẽ tempus opoꝛtunũ ad oꝛandum eſt ante aſcẽſionem domini quãdo aduocatus eccleſie ſecundum repꝛeſentationẽ noſtrã vadit ad curiam celeſtem. tunc cui foꝛmande ſunt petitiões. Itẽ tẽpus opoꝛtunũ eſt tẽpoꝛe medio inter aſcenſionẽ et penthecoſtẽ. Itẽ tempus opoꝛtunum vel ydoneũ ad oꝛandum eſt in magnis ſolemnitatibus Nam pꝛincipes in magnis feſtis magna munera dare conſueuerunt. Notandum etiam ꝙ in libꝛo apum legitur de quodam in adoleſcentia adhuc

conſtituto ⁊ querulante cuidam ſancte vite
viro ꝙ alijs deditus. oꝛatiōibus vacare non
poſſet: ipſe vir ſanctus ita ſibi reſpōdit. Ad
minus ſemꝑ ſemel ī die vel nocte. captes ho
ram vel ſpaciū qua deum libera mente deuo
tus exoꝛes: talis enim oꝛatio: robur virtutis
pꝛeſtat ⁊ iacula ſubmonet inimici. quia ſicut
Jacobus apoſtolꝰ dicit. Multum valet oꝛa
tio iuſti aſſidua. Quod autem heremi culto
A ribus ⁊ ceteris dei ſeruis. valde neceſſaria ſit
oꝛatio ita dicit augꝰ. Sicut pꝛopꝛium eſt ca=
nibus latrare: ita pꝛopꝛium eſt heremi culto
ribus oꝛare. valde enim eſt neceſſaria ſeruis
dei ipſa oꝛatio per quam deus placatur. per
quam deus ad nos inclinatur. Oꝛate igitur
fratres mei ⁊ nolite deficere ⁊ ſi poſſibile eſt:
lacrimas fundatis. O quam magnum ſacri
ficium veſpertinum obtuliſtis. lacrimas cū
oꝛatione fundere. Beati qui lugent in hac vi
ta: quia gaudebunt in eterna vita. Pꝛius ei
dolendū eſt: ſed poſt doloꝛem gaudium ſub
ſequetur. quia beati qui lugent. Oꝛate igitur
ſemper ⁊ in omni loco vt ſaluemini non enī
vnuſquiſqꝫ pꝛo ſe: ſed pꝛo oībꝰ oꝛare debemꝰ
Nā vt ait ſanctꝰ Ambꝛo. ſi ꝓ te tm̄ oꝛaue=
ris. ſolū tuū meritū poſſidebis. Sed ſi pꝛo
oībꝰ oꝛaueris: oēs ꝓ te rogabūt. Hic Jero.
ait. Quotiens ꝓ centū aīabus pſalmꝰ vel
miſſa canitur. tantum ꝓdeſt cuilibet: quan=
tum ſi pꝛo quolibet caneretur. vñ et greg.
ait. Quiſquis pꝛo alijs intercedere nititur: ſi
B bi potius ex caritate ſuffragatur ⁊ pꝛo ſemet
ipſo tanto citius exaudiri meretur: quanto
deuote ꝓ alijs intercedit. Conditoꝛis tamen
auribus illa maxime oꝛatio commendatur
qua ꝓ inimicis intercedere nitimur. hec gre.
Criſoſtomꝰ quoqꝫ ait. Pꝛo ſe oꝛare neceſſi=
tas cogit: pꝛo alijs autē caritas fraternita=
tis hoꝛtatur. Dulcioꝛ autem ante deum eſt
oꝛatio non quam neceſſitas tranſmittit: ſed
quam caritas fraternitatis commēdat. Qui
bus ſtudium eſt frequenter oꝛare: exꝑti ſunt
quod dico. Sepe coꝛde tepido ⁊ arido accedi=
mus ad altare/oꝛationi incumbimus. ꝑſiſtē
tibus autem repente infunditur gratia. pin
gueſcit pectus. replet viſcera inundatio pie=
tatis. Et ſi ſit qui pꝛemat lac cōcepte dulcedi
nis vbertim vbera fundere nō tardabūt. Hic
greg. ait. Quanto grauioꝛi tumultu cogita
tionū carnaliū ꝑmimur. tanto oꝛatiōi inſiſte
re debemus ardentius. Jn ſe vt ſuſpicoꝛ re=
cognoſcit vnuſquiſqꝫ quod dicimꝰ: qꝛ dum
ab hoc mūdo aīum ad deū mutamus: dum
ad oꝛatiōis opus cōuertimur: ipſa que pꝛiꝰ
delectabiliter geſſimꝰ: impoꝛtuna poſtea at=
qꝫ grauia toleramus. Sed nimirū neceſſe eſt
vt vox coꝛdis noſtri quo durius repellit̄: eo
valentius inſiſtat quatinus cogitatiōis illici
te tumultū ſuperet: atqꝫ ad pias aures dñi ni
mietate ſue impoꝛtunitatis erumpat. Jmi=
temur ergo cecum illū euāgelicū de quo ſcri
bitur ꝙ q̄uis turba increpauerat eū vt tace=
ret: ipſe tñ vt a dño mereretur audiri ⁊ cura
ri: multo magis clamabat oꝛādo dicēs. Mi
ſerere mei iheſu fili dauid. vñ in eadem ome
lia greg. ſubdit dicendo. Cum in oꝛatiōe no
ſtra vehemēter inſiſtimus: tranſeuntem ihe
ſum mēte figimus. vñ illic de ceco ſubditur.
Stans autem iheſus: iuſſit cecum adduci
ad ſe. Ecce ſtat qui ante tranſibat. quia dum
adhuc turbas fantaſmatum in oꝛatione pa
timur. iheſum tranſeūtem aliquatinus ſen=
timus. Cum vero oꝛationi vehementer inſi
ſtimus: ſtat iheſus vt lucem reſtituat quia de
us in coꝛde figitur. ⁊ lux amiſſa reparatur
hec greg. Oꝛa igitur ī ſpe oꝛa fidelit̄ amant̄
Oꝛa inſtanter ⁊ patienter. Oꝛatio ſi pura. ſi
caſta fuerit: celos penetrabit ⁊ vacua nō re=
dibit. oꝛatio quodammō deū vngit. lacrima
pungit. Deſideriū tuū: oꝛatio tua eſt. Et ſi
eſt cōtinuum deſideriū: eſt ⁊ cōtinua oꝛatio.
Quicquid agis ſi deſideras nō intermittis
oꝛare. Si ergo vis nō intermittere oꝛare. no
li intermittere deſiderare. Frigus caritatis:
coꝛdis ſilentiū eſt. Flagrancia caritatis: cla=
moꝛ eſt coꝛdis. Jtaqꝫ fratres bonus nūciꝰ ē C
oꝛo. Oꝛonis pure magna ē virꝰ ⁊ velut fidelis
nūciꝰ mādatū ꝑagit: ⁊ penetrat quo caro nō
ꝑuenit. Si in temptatiōe vel tribulatiōe po
ſitus fueris: mox ad oꝛationē recurras. Si
enim pure oꝛaueris: auxilium habebis veni
unt qñqꝫ diſperſiones ⁊ euagatiōes coꝛdis. ⁊
cogitationes rapiunt ad diuerſa nec ſinunt
coꝛ ſtare in laude dei. Tunc foꝛte bonum eſ
ſet per aliqđ momentum de diuinis medita=
ri. donec mens magis ſtabiliatur ⁊ ſic oꝛatio
nes implere. Si qui vero oēs occupationes
mundi pꝛo amoꝛe dei dimiſerint ⁊ iō ſe cele=
ſti meditatiōi ac ſancte oꝛationi mancipaue
rint. eſtimo ꝙ per dei gratiam īfra bꝛeue tēpꝰ
inuenient coꝛ ſtabilitū ei ad amādū ⁊ ad oꝛādū
vt nō nūc ī hāc rē nūc ī illā trāſuolēt: ſꝫ ma
gis ī trāquillitatē ⁊ eterna pace repauſēt. Multū
ei cōfert ad ſtabilitatē coꝛdis obtinēdā: cre=
bꝛis oꝛatiōibꝰ īſiſtere pſalmodiā deuote can
tare. Jugi ei oꝛatiōe: demōes vincimꝰ ⁊ eoꝝ
īſidias ⁊ īfeſtatiōes eneruamꝰ. Reddunt̄ ei
debiles. ⁊ q̄ſi ſine foꝛtitudīe: dū nos foꝛtes

et inuicti ad oꝛandū perſeuerant⁹ hec Ricar.

Legitur in vitis patrū: ꝙ Julian⁹ apoſtata miſit demonē in occidentē. vt velociter inde aliqđ rñſum ſibi adduceret. Cūq; demon ꝑueniſſet ad quēdam locū in quo quidā monachus publicus nomine habitabat: ſtetit ibidē demō ꝑ .x. dies immobilis vltra pꝛogredi non valens. q2 monachus ille ab oꝛatōe non ceſſabat . neq; nocte neq; die. Regreſſ⁹ eſt igitur demō ſine effectu ad eū q̄ miſerat illū. dixitq; ei Julianus. Quare tardaſti. Rñdit demon. Et moꝛam feci: ⁊ ſine actione reuerſ⁹ ſum. Suſtinui per .x. dies publicanum monachum: ſi foꝛte ab oꝛatione ceſſaret: vt trāſirem et non ceſſauit. Et iō ꝓhibitus ſuz trāſire: et redij nihil agens. Ex qua re colligitur qđ oꝛatiōis puritas magna eſt virt⁹. Jlle vero viri qui longo exercitio et cōſuetudine ad oꝛandū ſe habent: aliquando maioꝛē ſuauitatē et feruentius deſideriū oꝛandi inueniūt Dū ergo illa ſuauitas et ardoꝛ remanēt bonū eſt vt ab oꝛationib⁹ nō deſiſtant. qñ autē ceſſauerit quod ꝓpter coꝛruptibilem carnē ſepe contigit: poſſunt vel ad meditandū ſcripturas ſacras vel aliquid aliud agendū vtile accedere. ita tñ ꝙ cogitationē a deo vagari non permittant. vt cum ſtatim ad oꝛandum ſe erexerint. ardentioꝛes ſint q̄ fuerūt. Tūc enim veraciter oꝛam⁹ cum de alio nō cogitamus. ſed tota intentiōe noſtra ad ſumma dirigitur et animus noſter igne ſancti ſpiritus inflammatur. ſic ꝓfecto in nobis mira affluentia bōitatis diuine inuenietur: quia ex itimis medullis coꝛdis noſtri exurget amoꝛ dei ⁊ tota oꝛatio noſtra cum affectu ⁊ effectu erit vt iam non verba in oꝛatione tranſcurramus: ſed etiam omnes pene ſillabas cum clamoꝛe valido ⁊ deſiderio intenſo: deo noſtro offeramus. Jncenſo enim coꝛde noſtro amoꝛe feruido: etiam oꝛatio ipſa incēditur ⁊ in odoꝛem ſuauitatis ex oꝛe noſtro in conſpectu dei adoletur. vt magna iocūditas ſit oꝛare: quia dum in oꝛatiōe ieffabilis dulcoꝛ oꝛāti infunditur. ipſa oꝛatio in iubilum commutatur. hic reꝑhenduntur quidam qui magis meditatiōi q̄ oꝛatiōi indulgēt neſciētes ꝙ eloquium dei eſt ignitum: quo etiā purgātur ſoꝛdes peccatoꝛū ⁊ inflammant amoꝛe mentes oꝛantiū. Dicūt ſe velle pꝛius meditari vt ſic poſſent coꝛ ſtabilire: ſed eo tardius ad ſtabilimētum perducunt: quo illi ad cōtinue oꝛandū nō cōfoꝛtantur. Quamuis eniz non ita ſicut volumus coꝛ noſtrum in vnuz colligere valeamus non ꝓpter hoc debemus deſinere. ſed paulatim ſtudeamus creſcere. ad quod meditatio adiuuat: ſi menſuram ⁊ modum non excedat.

¶ De impedimentis oꝛationis quibus ipſa oꝛatio fruſtratur ⁊ de hijs qui vanis cogitationibus in oꝛatione vexantur ⁊ de qui nimis cito dimittunt ſeu relinquunt vocalē oꝛationem: et quod hoꝛas canonicas deuotius dicere debemus quam aliquas alias oꝛationes ſpeciales. Cap. xiiij.

PRimum impedimentum quare oꝛatio non meretur exaudiri. eſt peccatū oꝛantis. vnde dominus per yſaiam ait. Cuz multiplicaueritis oꝛationem: non exaudiaz manus enim veſtre: ſanguine. i. peccato ſūt plene. Hinc enim pſalmiſta. Jniquitatem ſi aſpexi in coꝛde meo. nō exaudiet dominus Secundum impedimentum oꝛantis: eſt dubietas. de qua dubietate agitur ſuperi⁹: vbi tractatur de pꝛeparatione ante oꝛationem facienda. Tertium impedimētum eſt: quia non petitur quod petendum eſt: quia vel vile eſt quod petitur vel non expediens petenti. vnde filijs zebedei honoꝛem petentibus dominus reſpondit. Neſcitis quid petatis. ſed ⁊ paulo petenti amotionem ſtimuli que ſibi non expediebat: dictum eſt. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Hinc yſidoꝛus ait. Multi oꝛātes non exaudiuntur pꝛouidet enim illis deus melioꝛa q̄ petunt. ſicut contingere ſolet paruulis. q̄ ne in ſcolis vapulent: deum exoꝛant. ſed non datur illis poſtulationis effectus: quia impedit talis exaudicio ꝓfectum. Quartum impedimentum eſt: indignitas eius ꝓ quo oꝛatur. vñ dominus ad Jeremiam dicit. Noli oꝛare pꝛo populo iſto ⁊ nō aſſumas ꝓ eis laudem ⁊ oꝛationem: quia non exaudiam te. Jtem per eundem ꝓphetam dicit. Si moyſes ⁊ ſamuel ſteterunt coꝛam me nō eſt anima mea ad populum iſtum vñ legitur in vitis patrum ꝙ quidam frater moleſtiam paciebatur a ſpiritu foꝛnicatiōis ⁊ perrexit ad quēdam ſenem. rogans eum ⁊ dicens. Oſtende caritatem ⁊ oꝛa ꝓ me quia a foꝛnicatione ſollicitoꝛ. Senex autem depꝛecatus eſt dominum pꝛo eo. Et iterum ſecundo veniens ad eundem ſenem eiſdem ſermonē dixit. Similiter et ſenex non neglexit rogare pꝛo eo dominum dicens. Domine reuela michi que operatio diaboli ſit in iſto fratre: qm̄ depꝛecatus ſū te. ⁊ requiē necdū īuenit vidit q̄ ſenex ex reuelatiõe dñi i illum fratrem ſedẽtẽ. ⁊ ſpiritũ fornicatiõis iuxta eũ et quaſi ludentem cum eo. Et angelus ſtabat miſſus in adiutoriũ eius: et indignabatur aduerſus eundem fratrẽ. qꝛ ſe non ꝓſternabat deo in oratione ſed quaſi delectabatur in cogitationibꝰ ſuis. Cognouit quoqꝫ ſenex culpam fratris eſſe: qꝛ non exaudiebatur ꝓ eo: ⁊ dixit ei. Tu conſentis cogitatiõi tue: ⁊ docuit eũ quomodo talibꝰ cogitatiõibus deberet obſiſtere. Impoſſibile enim eſt diſcedere ſpm̃ fornicatiõis ab aliquo alijs ꝓ eo orantibus: niſi ⁊ ipſe laborẽ aſſumat in ieiunijs ⁊ oratiõibus ⁊ vigilijs: rogans dñm cũ gemitu. Quintũ impedimentũ orantis: eſt contẽptus legis diuine A Scriptum nanqꝫ eſt. qui auertit aurẽ ſuam ne audiat legem: oratio eius execrabilis erit. Sextũ impedimentũ eſt. duricies in pauperes. vñ ſcriptũ eſt prouerbo. xxi. Qui obturat aurẽ ſuam ad clamorẽ pauperis: ⁊ ipſe clamabit et nõ exaudietur. Septimũ impedimentum: eſt rancor vel ira in corde ſeruata. aduerſus eos qui eũ offenderũt. vñ ſcriptuꝫ eſt eccle. xxviij. homo hõi reſeruat iram: et a deo querit medelam. Relinque primo nocẽti te ⁊ tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur Et iõ dñs dicit Mathei. xj°. Cũ ſtabitis ad orandum: dimittite ſiquid habetis aduerſus aliquẽ. vt et pater veſter q̇ in celis eſt dimittat vobis peccata veſtra. Octauũ eſt: pctĩ addicio vñ ſcriptura ait eccle. xxxiij. vnꝰ orãs et alius maledicens cuius vocem exaudiet dominus. Opus malum orationi additum: eſt quaſi maliſdictio. vel mal' iĩprecatio: q̃ orationi aduerſatur. Qui peccatuꝫ addit. quaſi elõgat ſe a deo et difficilius ab eo exauditur. vñ pſalmiſta ait. Qui elongant ſe a te peribũt Hinc Jaco. ait capi. x. Appropinquate dño ⁊ appropinquabit vobis. Deo propinquat qui a malo opere ceſſat. De hoc impedimẽto ⁊ precedenti tangit yſidorus dicens. Duobꝰ modis oratio impeditur. ne impetrare quiſꝙ valeat poſtulata. hoc eſt ſi aut quiſqꝫ adhuc committit mala: aut ſed delinquenti in ſe debita non dimittit ſicut nullum ꝓficit in vulnere medicamentũ. ſi adhuc ferrũ in eo ſit: ita nichil ꝓficit oratio illius cuius adhuc B rancor in mente vel odium manet in pectore. Nonum impedimẽtum eſt. diaboli ſuggeſtio que multos ab oratione retrahit. vñ gre. in dialogo dicit. ꝙ monachus cuiuſdã abbatis non poterat in tẽpore orationis in oratorio morari: ſed ſemper exiuit foras. Qui ſepe correctus ab abbate ſuo. vix duobus poſt eius admonitionẽ ſe potuit continere. Cũ autem beatus benedictus illuc veniſſet ad corripiẽdũ eum. vidit quẽdã nigrum puerũ tenẽtẽ eum ꝑ fimbriaꝫ veſtimẽti ⁊ trahentẽ euꝫ foras. Quem pro cecitate mentis ſue beatus bñdictus verberauit eum: ⁊ demon ab eo receſſit: acſi ipſemet fuiſſet verberatus. Decimũ eſt prauitas deſiderij. vñ augꝰ ait. Seruat tibi deus quod nõ vult cito tibi dare: vt tu diſcas magna magne deſiderare hic gre. ait. Eternã vitaꝫ ſi ore petimus ⁊ non cum corde deſideramus. clamantes taceamꝰ. vñ ait pſalmiſta. Tacui dñ clamarem ad te tota die. Undecimuꝫ eſt: ſtulta ⁊ vana locutio vñ greg. ait. Os noſtrũ ab oĩpotente deo tanto minus exauditur in prece: quanto polluitur ſtulta locutiõe. hic Jacobus ait. Nunqd fons de eodẽ foramine emanat. dulcẽ ⁊ amaram aquam. Quaſi diceret per amaritudicꝫ verboruꝫ impeditur dulcedo orationũ. Duodecimũ impedimẽtuꝫ: eſt defectus perſeuerantie. vñ dñs ait lu. xj. Si ꝑſeuerauerit pulſans dico vobis. ⁊ ſi non dabit ei ſurgens eo ꝙ amicus eius ſit: propter improbitateꝫ tamen eius ſurget ⁊ dabit ei quotquot habet neceſſarios. Hic de apoſtolis ceteriſqꝫ dñi diſcipulis in oratione ꝑſiſtentibus: ita ſcriptum legimus. Hij omnes erant vnanimiter perſeuerantes in oratione vñ vt digni celeſtibus promiſſis exiſterent erant ſemper in templo laudantes ⁊ bñdicentes deum. certiſſime ſcientes prout venerabilis beda dicit quia illa ſolũmodo corda ſpiritus ſanctus inuiſere et inhabitare dignatur; que laudi et benedictioni diuine viderit eſſe dedita: locum qꝫ orationis frequentia. Omnes igitur ad orandũ conueniamus et in oratione perſiſtamus: et dñm vnanimi deuotione precemur. nec dubitandum eſt ꝙ ſic nobis orantibus pius cõditor noſter auditum accomodare. et ſpiritꝰ C ſui gratiam noſtris quoqꝫ cordibus infundere dignabitur. Preterea ſciendum ꝙ aliquãdo contingere ſolet ꝙ in oratione quando homo vellet totam cordis ſui intentionẽ et memoriã habere ſupius ad deum eleuatam: tũc tot vanas cogitationes ſentit. de hijs que prius fecit vel que facturus ẽ. vel de factis aliorum: et multa alia ſimilia impedimẽta: ꝙ non põt habere deuotionẽ vel delectationem in oratione imo frequẽtẽ quo magis laborat. circa cuſtodiã cordis ſui. eo magis diſpergitur et elongatur fere a principio orationis vſqꝫ in finem. i tãtũ quod apparet ſibi totuꝫ laborẽ ſuũ perditũ eſſe. et inanẽ. Ad conſolationē igitur eius qui taliter in oratiōe vexatur dicit venerabilis v val. hilton ſic. Quando orare te diſponis ordina intētionē tuā et voluntatē in principio ita integre ⁊ munde quo ad deū ꝓut potes breuiter in memoriā tua: ⁊ tunc orare incipe. ⁊ quantumcūq; impeditus fueris cōtra primam voluntatē: non ſde nimiſticas. neci teipſo turberis: vel ꝯtra deū per impacientiā mouearis eo ꝙ nō dat tibi ſpiritualē dulcedinē ⁊ deuotionē. qualē credis eū aliis concedere ſed ꝓpriam infirmitatē in hoc cognoſce ⁊ pacienter ſuſtine. reputans in conſpectu tuo cum cordis humilitate orationē tuam ſimplicē ⁊ debilem ſicut eſt. confidens etiam ſecure in dei mīa ꝙ ipſe eam magis bonā ⁊ vtilem faciet ꝙ̄ ſentis vel cognoſcis. Et ſi ſic feceris totaliter bene erit Scias enim bene te de debito excuſatum eſſe ⁊ habebis mercedem ſicut pro alio bono opere facto in caritate. licet cor tuum non fuerat D actualiter orationi tue applicatū vñ augꝰ ait Conſiderandū eſt. ꝙ in oratione vocali ſunt duo. Scilicet labor ⁊ intentio. Si cū intentione oras loqueris cum deo ⁊ exaudieris ab eo Si vero ſine intentione oras, oratio quidem dici ꝓprie nō pōt. ſed tn̄ labor tuus ꝑmiabit ⁊ non fruſtrabit ſuo fructu. Multū tn̄ in fructu ⁊ in premio differūt. orationis virtus et labor cum in oratiōe deo iungamur: et in laboribus partem qualēcunq; penaꝝ ad quas ꝓ peccatis obligamur exſoluere deponamꝰ Hec augꝰ. Fac ergo quod ad te ꝑtinet ⁊ ꝓut potes ⁊ ſuſtine deū dare quod velit ⁊ noli eū informare. Et licet tibi ipſi negligens videaris ⁊ grauiter deliquiſſe ꝓpter cordis vagationē: debes nichilominꝰ ꝓ huiuſmōi delictis ⁊ oībus aliis venialibꝰ. que nō poſſunt omino excludi in miſeria huius vite: cor tuū ad deū erigere recognoſcendo ꝓpriam miſeriā et inuocando mīaꝫ cū plena fiducia venie et remittet tibi deus. Non vlteriꝰ cōtendas cuꝫ huiuſmōi cordis tui vagatiōe vel ſuſpenſus maneas quaſi velles violenter deuincere hanc miſeriam: ſed deſiſte et ad aliquod aliud opꝰ ſpirituale vel corporale conuertere. et proponas alias melius orare. et licet alias in oratiōe conſimiliter deliqueris vel defeceris. immo centies vel milleſies: adhuc facito vt predixi et totaliter bene erit. Multi enim ſunt qui nunꝙ̄ poſſunt ſentire quietem et ſtabilitatem cordis in oratione: ſed toto tempore vite ſue contendunt in cogitationibus ſuis cuꝫ eis q̄ turbantur et impediuntur. et tamen ſi aliunde ſe in humilitate et caritate cuſtodiunt: magnum premium habebunt in celo pro ſuo bono labore. Et notandum ſecundū eundē. v val. hilton ꝙ expedit hominem E in principio conuerſionis ſue magis vti oratione vocali: ꝙ̄ aliqua alia occupatione ſpirituali. Quia homo in principio eſt rudis et ſtolidus et carnalis: niſi maiorem habeat gratiam: et neſcit habere meditationes ſpirituales. Nondum eſt enim a peccatis veteribus totaliter purgatus: et ideo expedit ſibi vti oratione vocali. ſ. pater noſter et Aue maria et legere pſalteriū et alias deuotas oratiōes a deuotis viris editas et ſpecialiter ad deum beatamq; virginem matrem dei vel ad alios ſanctos directas. Qui enim neſcit velociter currere verſus deum per orationem ſpiritualem: quia pedes affectionis ſue et cognitionis infirmi ſunt ex peccato: indiget ſecuro baculo. a quo poſſit ſuſtentari. Iſte baculus eſt ſpecialis oratio vocalis ordīata a deo et eccleſia in auxilium animarum per quam orationem anima hominis carnalis qui continue deorſum cadat in immundas cogitationes et carnales affectiones. ab eis debet eleuari. et quaſi baculo ſuſtentari et verbis dulcibus huius oratiōis paſci ſicut infans lacte taliq; oratione regulari: ne incidat in errores vel fantaſias per vanas meditationes. quia in oratione vocali nō eſt deceptio: ſiquis in ea voluerit cōſtanter et humiliter laborare. Ex predictis videre potes ꝙ illi qui in prīcipio cōuerſiōis ſue vel cito poſt cum aliquid modicum guſtauerit de cōſolatiōe ſpirituali. ſ. in deuotiōe vel cognitiōe et nōdum ſunt in deuotiōe ſtabiliti et fundati: et tamē dimittunt hanc vocalem oratiōem nimis cito et alia exercicia corporalia et totaliter dant ſe meditatiōi. non ſunt ſapientes quia frequēter quiete meditationis ſue ymaginantur et cogitant de rebus ſpiritualibus ſecūdū ſēſꝰ proprios et ſequuntur apprehenſionem ſuam corpoream et nōdum receperunt gratiā ad iudicandum et diſcernēdum de ſpiritualibus: et ideo ex indiſcretiōe frequenter nimis vexant ſenſus proprios et corpus ſuum debilitant. et ita incidunt in fantaſias et ſingulares conceptus vel errores manifeſtos. ſicq; per huiuſmodi vanitates impediunt gratiam a deo ſibi datam. Cauſa vero omnium iſtorum eſt occulta ſuperbia et preſumptio de ipſis. Cum enim ſenſerint modicam gratiam credunt eam ita tranſcendentem gratiam aliorum ꝙ in vanam gloriam eriguntur et ita amittunt gratiam.

Si ſcirent q̄ꝫ modica eſt gratia de qua inaniter gloꝛiantur in comparatione gratie: quaꝫ deus dat alijs vel dare poteſt erubeſcerēt de ea aliquid dicere niſi in magna neceſſitate. De huiuſmodi oꝛatione vocali ſic loquitur pſalmiſta dicens. Voce mea ad dominū clamaui: voce mea ad dominū depꝛecatus ſuꝫ. Q̄tum igitur ad huiuſmodi oꝛationē vocalem apparet mihi: ꝙ tu q̄ religioſus es aut infra oꝛdines ſacros et ex cōſuetudine et regula obligaris ad dicēdum matutinas ⁊ hoꝛas maxime tibi expediēs eſt eas deuote dicere inq̄ꝫtum potes. Quia cum dicis matutinas: dicis et pater noſter: et vltra hoc vt magis ad deuotionem excíteris oꝛdinatū eſt dicere pſalmos ⁊ hymnos et alia conſimilia q̄ edita ſunt a ſpiritu ſancto: ſicut et pater noſter. Et ideo non debes matutinas et hoꝛas negligenter dicere ⁊ feſtinanter: quaſi diſpliceret tibi ꝙ eas dicere obligaris: ſed in te colligere debes affectionē tuam ⁊ cogitationeꝫ ⁊ applicare intentionē ad dicēdum eas magis deuote: q̄ꝫ aliquam oꝛationē ſpecialē credēdo certiſſime ꝙ ex quo iſta oꝛatio vocalis eſt inſtituta ab eccleſia: ꝙ nulla alia oꝛō vocalis eſt tibi ita expediens cōmuniter vti ſicut ipſa. Et ſic abijcies a te omnem triſticiā et per gratiam cōuertes neceſſitatem tuam in bonam voluntatem et obligationis vinculum in magnam libertatem ita ꝙ non impediet te ab occupatione ſpirituali. Et poſt huiuſmodi oꝛationes dicere potes alias oꝛationes: ſcꝫ pater noſter et conſimiles. Et illas in quibus ſentis maioꝛeꝫ delectationem ſpiritualē et cōſolationem: eſtimo tibi meliores ⁊ vtilioꝛes.

¶ Sequitur alius modus oꝛationis vocalis qui non conſiſtit in determinata locutione: ſed ſequitur interioꝛes motus illoꝛum q̄ ſunt in deuotione necnon et de mō oꝛandi q̄ ſolum conſiſtit intrinſecus in coꝛde ſine oꝛis voce ⁊ de ſpeciebus fructuoſe ⁊ infructuoſe oꝛationis. Ca. xv.

A Sciendum eſt: ꝙ quidam modus oꝛandi eſt vocalis: ſed non conſiſtit in determinata locutione: vt eſt quādo homo ex dono dei ſentit gratiam deuotionis: ⁊ in deuotione ſua loquitur deo quaſi ſecum eſſet coꝛpoꝛaliter per talia verba que ꝓ tempoꝛe magis conueniunt deuotioni ſue et pꝛout occurrunt memoꝛie ſue: ſecundū diuerſos motus quos in coꝛde ſentit interius: ſcilicet recitando peccata et miſerias pꝛopꝛias vel malicias diaboli et cautelas vel miſericoꝛdiam dei et eius bonitatem: ⁊ cum hoc clamat per coꝛdis deſiderium ⁊ oꝛis loquelam ad deum pꝛo auxilio et refugio: velut homo inter inimicos conſtitutus vel tanq̄ꝫ homo infirmus oſtendens languoꝛes ſuos ipſi deo tanq̄ꝫ medico: ſicq̄ꝫ dicens ſibi. Eripe me de inimicis meis deus meus: vel ſic. Sana domine animam meam quia peccaui tibi: vel conſimilia verba pꝛout occurrunt memoꝛie et deuotioni ac etiam apparet ſibi miſericoꝛdiam et gratiam et bonitatem dei tantam eſſe: ꝙ ex magna coꝛdis affectione delectatur ipſum laudare et per talia verba ⁊ tales pſalmos gratias ſibi agere ſicut dauid dicit. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericoꝛdia eiꝰ. Iſte modus oꝛandi valde multum placet deo: qꝛ conſiſtit in coꝛdis affectione: ⁊ ideo nunq̄ꝫ recedit huiuſmodi oꝛatio vacua ſine impetratione alicuiꝰ gratie. Qui habet donum iſtud a deo feruenter vel frequenter opoꝛtet illum pꝛo tempoꝛe fugere pꝛeſentiam hominum et ſolum eſſe: ne habeat impedimētum. Et q̄ habet hoc donū teneat q̄ꝫdiu poteſt: quia non poteſt diu durare in feruoꝛe: quia ſi habundanter gratiā adueniat: oꝛatio eſt mirabilit̄ laboꝛioſa ſpiritui: licet ſit placcus et delectabilis: et conſumit naturam coꝛpoꝛalem ſi quis ea multū vtatur. Qui iſto modo frequenter ſcitꝰ oꝛare: celeriter expedit in laboꝛe ſuo et plus acquiret de virtutibus in tempoꝛe modico: q̄ꝫ alius ita bonus ſine tali modo oꝛandi in tempoꝛe longo per omnem penitētiam coꝛpoꝛalem quā facere poteſt. Et qui habet iſtum modum oꝛandi: non eſt neceſſe eū naturā coꝛpoꝛeā onerare cū maioꝛi pnīa q̄ꝫ ſuffert ⁊ ſuſtinet: ſi ſic oꝛet frequēter. Eſt B quoq̄ꝫ alius modus oꝛādi: qui cōſiſtit ſolū in coꝛde ſine vocis expꝛeſſione cū magna quiete coꝛpꝛis et anime. Q̄ndū aūt coꝛ optet cū hꝫ ſe q̄ iſto mō oꝛabit. Quia iſta oꝛō taliū viroꝝ et mulierū eſt q̄ ꝑ longū laboꝛem coꝛporalē et ſpūalē vel ꝑ fortē ⁊ aſpā ꝑcuſſionē diuini amoꝛis ꝑuenerūt ad q̄etē ſpūs: ita ꝙ coꝝ affectio cōuerſa eſt in ſapoꝛē ſpūalē in tm̄ ꝙ q̄ſi ꝯtinue pñt in coꝛde oꝛare ⁊ laudare deū ſine magno īpedimēto tēptationū ſeu vanitatū. De iſto mō oꝛandi: ſic dicit paulus. Si oꝛem lingua: ſpūs meus oꝛat: mens autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo. Oꝛabo ſpū oꝛabo et mente pſallam ſpiritu: pſallam ⁊ mente. Quaſi diceret. Si oꝛem ligua ſeu oꝛe tantum ex voluntate et laboꝛe ſpiritus oꝛō eſt quidem meritoꝛia: ſed anima mea non

paſcit̃ quia nõ ſentit fructũ ſpiritualis dulcedinis
per intellectum. Quid ergo faciã inquit
paulus ⁊ reſpondet dicens. Orabo ꝑ laborem
⁊ deſideriũ ſpũs orabo etiam interiꝰ
ſpũ ſine labore ꝑ guſtum ſpũalis ſaporis ⁊
dulcedinis ⁊ dilectionis ac viſionis dei: per
quã viſionẽ ⁊ dilectionẽ aĩa mea ⁊ reficietur
et paſcitur. De iſto modo orãdi loquit̃ dñs
in ſcriptura ita dicens in figura. Ignis in altari
meo ſemper ardebit ⁊ quotidie ſacerdos
ſurgens mane ſubijciet ligna: vt ignis non
extinguat̃ quaſi diceret. Ignis amoris ſemper
ardebit in anima viri deuoti vel mulieris
q̃ eſt altare dñi ⁊ ſacerdos omni die apponet
ligna: ⁊ nutriet ignẽ: ſcʒ per deuotas orationes
⁊ mũdas cogitationes ⁊ feruentia deſideria
nutriet ignẽ amoris in corde ſuo: vt
nullo tempore extinguat̃. Iſtam requiẽ dat
deus quibuſdã creaturis et ſeruis ſuis quaſi
mercedem laborum ſuoꝝ et quaſi vmbram
illius amoris quã habebunt in regno celorũ
C Hec venerabilis v bal. hilton. Preterea notandum
ꝙ oratio põt diuidi in orationẽ fructuoſam
et infructuoſam. Fructuoſa oratio
plures habet ſpecies qꝛ quedã fit verecundo
et humili affectu qualis fuit oratio publicani
qui non audebat oculos ſuos ad celum leuare.
Talis etiam fuit oratio filij ꝓdigi qui
ait ad patrem ſuũ. Pater peccaui in celum
et coram te iam non ſum dignus vocari filiꝰ
tuus verecundia multũ placet deo in penitẽte
ſicut econuerſo impudentia diſplicet ei in
peccatore. Vnde Ber. ait Q̃tũ diſplicet deo
impudẽtia peccatoris: tm̃ ei placet erubeſcẽtia
penitentis. Similiter humilitas orantis
multũ deo placet. Vñ Judith.ix.ca. ſcriptũ
eſt. Humiliũ ⁊ mãſuetorũ ſemꝑ tibi placuit
deprecatio. Propter humilitatis vero defectum
parũ audit deus hodie orõnes eccleſie
alijs ſpeciebus fructuoſe orationis cã breuitatis
pretermiſſis: ſequũt̃ ſpecies orõnis infructuoſe.
Quarũ prima fit in ſolis labijs ſicut
ſcriptũ eſt math xv. Populus hic labijs
me honorat: cor aũt eoꝝ longe eſt a me. Vñ
et Aug. ait. Sicut vox ſine modulatione eſt
quaſi vox picarum: ſic oratio ſine deuotione
eſt quaſi mugitus boum. Quid ꝓdeſt ſtrepitus
labiorum ſi mutũ eſt cor. Qualis eſt differẽtia
inter paleã ⁊ granũ: inter ſimilam ⁊
furfur: inter pellẽ animalis et ipm̃ animal:
talis eſt differẽtia inter ſonũ vocalis orationis:
et deuotionẽ cordis. Praui paſtores ꝓ
animali ſolam pellem reddunt quibus ſimiles
ſunt: qui male orant tantum exteriorem
ſonum vocalis orationis habentes. Et notandum
ꝙ deuotio ſic deſcribitur. Deuotio D
eſt teneritudo cordis: qua quis de facili in lacrimas
reſoluitur. vel ſic. Deuotio ẽ feruor
bone voluntatis quam mens cohibere non
valens certis ſe manifeſtat indicijs. Itẽ deuotio
eſt medulla holocauſtorum ſiue holocauſta
que ſunt arida. Alia ſpecies infructuoſe
orationis: eſt oratio ſaluti ꝯtraria: qualis
fuit oratio pauli petẽtis a ſe ſtimulũ carnis
ſue ãmoueri. Tertia ſpecies eſt preſumptuoſa
qualis fuit oratio filiorũ zebedei: qui volebant E
ad regnũ peruenire: nõ per calicis potum
quibus dictũ eſt. Neſcitis quid petatis
Quarta ſpecies eſt oratio ridiculoſa: qualis
eſt oratio ypocritarum qui elati de multitudine
operum ſuorum: deũ quaſi irrident dũs
manibus plenis: elemoſinam gratie ab eo
petunt. Talis fuit oratio ſuperbi phariſei dicẽtis.
Ieiuno bis i ſabbato: decimas do oĩm
que poſſideo: vacuas oportet eſſe manus hominis
per humilitatem ad hoc vt elemoſina
gratie ei a deo donetur. Itẽ oratio ypocritarum
ridiculoſa eſt: qꝛ manus tendunt ad terram
cum elemoſinã petunt ab eo qui eſt i celis:
qꝛ terrenã mercedem querũt ꝓ operibꝰ
ſuis Vnde dñs ait. Cum oratis nõ eritis ſicut
ypocrite qui amant ſtare in ſynagogis
ſeu in vicis et in angulis platearum vt videantur
ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt
mercedẽ ſuam. Super quibus verbis.
Criſoſtomus ſic ait. Qui ſic orat vt ab
hominibus videatur: mens illius non deum
aſpicit. ſed homines qui ſunt ibi. Et ille q̃ntum
ad propoſitum in ſynagoga ſeu in medio
multorum videtur orare. Eius autẽ orãtis
mens ſolum aſpicit deum: ſi in illa hora
eſt mens eius quaſi nullum habeat circa ſe.
Quia ille nullum videt: qui ꝓpter neminẽ
orat. Et ideo q̃uis in ſynagoga vel i medio
multorum orat: tamẽ in ſecreto apud ſe videtur
orare. Deinde orans nihil nouũ faciat
quod aſpiciant homines neqꝫ voce clamet:
vt audiatur ab alijs: nec expendat manus
ſuas: vt phariſeus in templo vt videatur a
multis: nec pectus ſuum aperte percutiat. ſʒ
occulte ſicut publicanus in templo. Neqꝫ impudenter
oculos attollat ad celum vt notabilis F
fiat. Tu autem qui vis vt exaudiaris
non vt videaris: qui vis eſſe laudabilis non
apparere: intra in cubiculum tuum et claude
oſtium tuum vt nemo ſit ibi: niſi tu qui
oras et ille quem oras. Si autem orans de
carnalibus rebus cogitaueris: non introiſti

cubiculum id eſt interioꝛē intellectum. Poſſumus etiam intelligere per oſtium domus: os coꝛpoꝛis vt non clamoſa voce oꝛemus deum: ſed deſiderio tacito. A Nā ex clamoſa voce in oꝛatione multa mala naſcantur maxime hec tria. Primū: quia qui clamoſe oꝛat non credit deum vbiq; eſſe et abſconſa audire. Et ideo deum honoꝛat: ꝗ abſcōſe oꝛat. Nam deus nō voce clamoſa pulſandus eſt: ſed conſcientia recta placandus: quia nō eſt vocis exauditoꝛ ſed coꝛdis. Secundum autem malum eſt quia miſteria ſecretarum petitionū tuarum quas foꝛte nō opoꝛtebat alterum ſcire pꝛeter te et deum: in auribus bonoꝛum hominū et maloꝛum audienda committis. Et non ſolum non audiris a deo: qꝛ īdiſciplinate oꝛaſti: ſed ⁊ ab hominibus derideris quibus abſcōſa tua manifeſtaſti. Tertium vero malum eſt: quia clamoſe oꝛās alterum iuxta te non permittis oꝛare. Vocibꝰ enim tuis rapis ſenſum illius ad tuos ſmones. Et ideo non ſolum non exaudiris quia male oꝛās: ſed adhuc peccatum colligis. dū oꝛare alios non permittis. Sic ergo oꝛa: vt audiſti in libꝛo Regnoꝛū Annā oꝛantē que figuram poꝛtabat eccleſie de qua dictum eſt ꝙ labia eius tantum mouebantur. vox autē eius non audiebatur. hec Criſoſtomus. B Sciendum pꝛeterea ꝙ oꝛatio diuidi poteſt in poſtulationem et obſecrationem: et gratiarū actionem. Eſt vero poſtulatio ſecūdum Bernardum circa obtinenda tempoꝛalia ⁊ neceſſaria huius vite in qua deus poſtulantis quidem appꝛobans bonam voluntatem: facit tamen ꝙ ipſe melius iudicat et dat libenter ſequi poſtulantem. Ad poſtulationem pertinet petere tranquillitatem pacis ſanitatem coꝛpoꝛis temperiem aeris. Obſecratio eſt in exercitijs ſpiritualibus anxia ad deum inſtātia. Oꝛatio eſt hominis deo adherentis affectio et familiaris quedam et pia allocutio. Gratiarum actio eſt in intellectu ⁊ cognitione gratie dei bone voluntatis indeficiens ⁊ reflexa intentio. In poſtulatiōibus pie ac fideliter eſt oꝛandum: ſed non illis pertinaciter inherendum: quia nos neſcimus ſed pater noſter qui eſt in celis: quid in tempoꝛalibus iſtis neceſſe eſt nobis. Obſecrationibus inſiſtendum eſt: ſed in omni humilitate et patiētia quia non afferunt fructū niſi in patiētia.

❡ De gratiarum actione et quod octo ſunt que poſſunt hominem incitare ad gratiarum actionē. Cap. xvj.

C Primum quod debet nos ad gratiarū actionem incitare: eſt admonitio ſanctarum ſcripturarum. vnde Paulus ait ad Coloſenſes quarto. Oꝛationi inſtate: vigilantes in ea in gratiarum actione omne qđcunq; facitis in verbo aut in opere. omnia in noīe domini ieſu chꝛiſti facite: gratias agentes deo patri. hinc Bernardus ait. Diſce in referendo gratiam non eſſe tardus aut ſegnis diſce ad ſingula dona gratias agere. Diligēter cōſidera que tibi apponuntur: vt nulla dei dona debita gratiarum actione fruſtrentur. Secundum ꝙ icitat ad gratiarum actionem. eſt admonitio creaturarum que nos inceſſanter inuitant ad gratiarum actionem. Beneficium enim datum alicui inuitat eū vt danti gratias agat. Ergo cum omnia que videmus homini data fuerint ſecundum illud. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem noſtram et pꝛeſit piſcibus maris et volatilibus celi et beſtijs terre ⁊ vniuerſe creature: omnia que videmus ad gratiarū actionem nos inuitant. Tertium eſt: ipſum tempus in quo ſumus ſcilicet tempus gratie cui nulla oꝛatio magis congruere videt: ꝙ̄ gratiarum actio. ideo valde bonum videtur gratiarum actioni inſtare. vnde Auguſtinus ait. Quid melius animo geramꝰ et oꝛe pꝛomamus et calamo expꝛimamus: ꝙ̄ deo gratias: hoc nec dici bꝛeuius nec audiri leuius / nec intelligi grandius: nec agi fructuoſius poteſt. Quartum eſt ꝙ gratiarum actio operatio eſt que exercetur in paradiſo. vnde Pſalmiſta. Miſericoꝛdias inquit domini in eternum cantabo hoc canticum erit gratiarum actio de hoc quod fuerimus miſericoꝛditer a periculis liberati. Bonum eſt ergo aſſueſcere huic operationi: quam in futuro exercebimus. Bonum eſt addiſcere officium: quod tam diu facere opoꝛtebit. Quintum eſt vtilitas multiplex que ex hoc opere ſequitur. Nam gratiarum actio non ſolum cuſtodit hominem in tribulatione deum ei adeſſe faciens: ſed et diuinam largitatem pꝛouocat amplius ad largiendum. Pꝛimum figuratum fuit in tribus pueris qui ī foꝛnace poſiti gratias agentes deo: ab igne leſi non fuerunt. Danielis ſecundo. Pꝛo ſecundo Prouerbioꝛum vndecimo ſcriptum eſt. Anima que benedicit impinguabitur. vnde Bernardus ait. Ad locum vnde exeunt flumina gratiarum: reuertuntur vt iterum fluant. Sextum quod nos incitat ad gratiarū actionem: eſt ꝙ hec operatio multum placet deo. Gratiarum actio: adeps eſt ſpiritualis de quo in leuitico tertio capitulo ſcribitur. Omnis adeps domini erit iure perpetuo. Item gratiarum actio eſt vnguentum quo caput eccleſie vngitur quod figuratum eſt ī magdalena caput chriſti vnguēte. vnde Bernardus ait. Bonum eſt vnguentum contritionis: quod de peccatorum recordatione cōficitur melius deuotionis: quod fit de recordatione beneficiorum dei. Septimū eſt hoc ꝙ ingratitudo: que gratiarum actioni contraria eſt: ruſticitas eſt magna. Si ruſticitas magna eſt ei qui mittit vaſculum vini: gratias non agere quāta ruſticitas eſt ei gratias non agere qui inceſſanter nobis tribuit bona ſua. Et ideo Gregorius dixit. Dignū eſt ſemper gratias agere: qꝛ deus nunꝙ̄ ceſſat benefacere.

C Octauum et vltimum quod nos debet incitare ad gratiarum actionem: eſt multiplex malum quod prouenit ex ingratitudine. Primum eſt: ꝙ bona iam a deo accepta auferri facit. vnde Auguſtinus ait. Quod deus dederat gratis: tulit īgratis. Secundum malum quod prouenit ex ingratitudine: eſt quod impedit ab his que darētur homini: ſi non fuiſſet ingratus. hinc Gregorius ait. Non eſt dignus dandis. qui nō agit grates de datis. Tertium malum eſt: quod non ſolum priuat hominem bonis: imo etiam penam addit. Generalia beneficia ꝓ quibus debemus deo gratias agere tangit beatus Bernardus dicēs. Agamus fratres gratias factori noſtro benefactori noſtro redemptori noſtro ac remuneratori noſtro. De his beneficijs generalibus et alijs ſpecialibus ac ſingularibus: plenius inuenies ſupra in tertia parte ſcilicet in capitulis in quibꝰ agitur de amore dei et eius beneficijs ſepius recolendis. Et notandum ꝙ loquela homini data ē ad laudandum: et ideo qui deū non laudat: quaſi mutus reputandus eſt. vnde Ieronimus ait. Felix lingua que non nouit niſi de diuinis texere ſermonem. Et notandum ꝙ gratior eſt deo laus que exhibetur in aduerſitate: ꝙ̄ que in proſperitate. Non ſolum laudandus eſt deus ſermone verum etiam bene viuendo. laus vero bone vite magis cōtinua eſt. vnde et Auguſtinus dixit. Qui deum lingua laudat: nō ſemper laudare poteſt. Qui deum moribus laudat: ſemper poteſt. hinc apoſtolus ait. Siue manducatis ſiue bibitis ſiue aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. vnde et Auguſtinus ait. Si quod māducas et bibis ad refectionē corporis ſumis reparationemq; membrorū: gratias agens ei qui tibi prebuit mortali ⁊ fragili iſta ſupplementorum ſolacia: cibus et potus tuus laudant deum. Qui autē hic non incipit laudare in futuro mutus erit. Laudādus eſt ſēper deus ſiue blandiatur in proſperis ſiue caſtiget in aduerſis. Tota die laudat: qui omnia bene agit. Nec deſinit laudare. qui non deſinit bene agere. Qui torpet in laude dei: certum habet in ſe experimentum ꝙ in ſe nō habet ſpiritum ſanctum. hec Auguſtinus. Nichil ita proprie in terris celeſtis habitationis repreſentat ſtatum. ſicut alacritas laudantium deum. Diſcamus in terris: qđ acturi ſumus in celis.

¶ Quod meditatio paſſiōis chriſti nouiter conuerſis melior ſit quam alie meditatiōes et quod diuerſi diuerſimode meditētur ⁊ qđ ille meditatiōes vtiliores ſint in quibus maior ſuauitas ſentitur. Cap. xvij.

D Eſt autem meditatio bona de paſſione chriſti et eius morte: et ſepe recordari. quantas penas et miſerias ſponte ſuſcepit pro noſtra ſalute in ambulando et predicando. Famē / ſitim / frigus / calorem / īproperia et maledicta ſuſtinendo: vt non videatur graue inutili ſeruo imitari dominum et imperatorem ſuum. Qui enim dicit ſe ī chriſto manere oportet ſicut ille ambulauit et illum ambulare. Dicit vero chriſtus per Ieremiam. Recordare inquit paupertatis mee ⁊ tranſmigrationis abſinthij et fellis id eſt doloris et amaritudinis: per quam de mundo ad patrem trāſmigraui. Hec enim recordatio ſiue meditatio diabolū confundit ⁊ machinas eius deſtruit: carnales temptationes extinguit: et animum ad amorem chriſti incendit: mentem ſubleuat ⁊ clarificat atq; clarificando purgat. Eſtimo ꝙ hec meditatio vtilior ſit omnibus alijs. his qui nouiter ad chriſtum conuertuntur. Ideo enim proponitur humanitas chriſti ieſu ī qua homo interim delectetur in qua habet materiā gaudendi et lugendi gaudium propter certitudinem redemptionis: luctum propter turpitudinem criminis pro quo delendo: tam admirabilis hoſtia immolata eſt: quia rudis ⁊ carnalis animus in contemplatione deitatis nō rapitur: niſi ſpiritualis aſſumptis carnalibus impedimentis efficiatur. Cum enim coꝛ mūdum iam habere ceperit: et nulla coꝛpoꝛee rei imago ſibi illudere poterit tunc certe ad altioꝛa admittitur: vt in amoꝛe deitatis vehementer gloꝛietur. Quidam etiā meditantur de gloꝛia bonoꝛum angeloꝛum ꝛ ſāctarum animarum cum chꝛiſto exultantiū: et hec meditatio ad contemplationem pertinet. Alij meditantur de miſeria conditionis humane et de vilitate illius: diſputantq́ʒ et dolent in cogitationibus ſuis de inſania hominum ꝙ pꝛo vanitate viſibilis vite inuiſibilia gaudia obliuiſcuntur. Alij meditationes ita diſponunt vt nichil niſi laudem et deſiderium conditoꝛis ſonent: vt ipſum quantum poſſibile ſit viatoꝛibus ament. ad hanc autem meditationem nemo peruenit: niſi q̄ multum in pꝛecedentibus exercitatus eſt.

A Eſt autem illa excellentioꝛ et maxime viruʒ contemplatiuum efficit. Item ſciendum ꝙ cum homo qui pꝛius multum maculatus ꝛ deditus peccatis ſecularibus et carnalibus ceperit plene ad deum conuerti: communiter cogitatio ſua ſeu meditatio maxime eſt de peccatis que commiſit cum magna compunctione et coꝛdis contritione cum multis lachꝛimis oculoꝛum humiliter et aſſidue petens veniam a deo pꝛo eis. Et ſi aſpere tangatur: et abundanter per gratiam a deo viſitetur: eo ꝙ vult eum celeriter emundare apparebit ſibi ꝙ peccata ſua ſunt ita defoꝛmia et turpia ꝛ hoꝛribilia: ꝙ vix poterit ſeipſum ſuſtinere. Et licet confiteatur peccata ſua quātumcunq́ʒ clare plene et expꝛeſſe: adhuc tamen ſentiet remoꝛſum conſcientie: ita ꝙ non reputabit ſe bene confeſſum: et vix poterit aliq̄ quietem habere in tantum ꝙ non duraret in tali laboꝛe niſi deus eum interdū ex ſua miſericoꝛdia confoꝛtaret per magnā deuotionem et fiduciam paſſionis ſue: vel aliquo alio modo. Iſto modo operatur dominus in quoꝛundam coꝛdibus ſecundum maius et minus pꝛout vult. Et hec dei magna miſericoꝛdia qui non ſolum vult remittere peccatum ꝯmiſſum: ſed etiā vult remittere penam pꝛo eo in purgatoꝛio debitam: ꝑ tali modica pena remoꝛſus conſcientie. Itē ſi voluerit deus hominem diſponere ad recipiendum aliquod magnum ſpeciale dilectionis ſue: opoꝛtet eum pꝛius mūdari tali igne B compunctionis de omnibus grauibus peccatis pꝛius cōmiſſis. Sicut ergo ſunt diuerſa opera et exercitia electoꝛum: ita et diuerſe meditatiōes eoꝛum. Omnes tamen quia ab vno fonte ꝓcedunt: ad vnum finem tendūt et ad vnam beatitudinem perueniūt vel ducunt: ſed diuerſis vijs per vnam caritatem: que maioꝛ eſt in vno q̄ in alio. Ideo pſalmiſta dicit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitie: quaſi diceret vna eſt iuſtitia: ſed ſemite multe quibus ducimur ad gloꝛiam vite eterne. qꝛ vſi omnes in vnitate exiſtentes diuerſoꝛū ſunt meritoꝛum: in vna tamen iuſtitia per plures ſemitas ducuntur ad deum. Alij pargunt per inferioꝛem ſemitam: alij per mediam: alij per ſuperioꝛem. Superioꝛ autem ſemita illi tribuetur qui vt plus chꝛiſtū ab eterno pꝛedeſtinatꝰ: non qꝛ plus alijs operetur vel quia plus largiatur aut plura patiatur: ſed quia plus amat. Qui quidem amoꝛ feruoꝛ et dulcoꝛ eſt et in omnibus requiem querit. Nemo autem poteſt ſe conſtituere in aliqua iſtarum ſemitarum: ſed illam accipit ad quam illum deus elegit aliquādo q̄ nobis apparent in ſuperioꝛi ſunt in inferioꝛi et ecōtra. Nullus exterioꝛibꝰ opibꝰ pōt cognoſci quis ſit maioꝛ. vel minoꝛ coꝛam deo. Stultum eſt ergo de electis iudicare ꝛ dicere. Iſte excellit iſtum et illius merita. ab iſtius meritis longe diſtant: cum penitus ignoꝛent mentes eoꝛum: quas ſi ſcirent: licite poſſent iudicare. Ideo enim deus omnium creaturaruʒ voluit hoc eſſe ſecretum: ne hunc nimis contemnerent: aut illum nimis honoꝛarent. Quia ſine dubio ſi poſſent videre coꝛda hominuʒ multos quos nunc velut electos honoꝛant: tanq̄ viles ꝛ fetentes deſpicerent: ꝛ alios de quibus non curant. nec quos ad videndum mouentur. tanq̄ dei dilectiſſimos ꝛ C velut angelos ſanctos honoꝛarent. Bone itaq́ʒ cogitationes ꝛ meditationes electoꝛum a deo ſunt: quia tales per gratiam ſuam ſingulis infundit: quales illoꝛum ſtatui ꝛ conditioni magis congruere videt. Poſſem ergo meditationes meas tibi dicere: ſed quales tibi amplius efficaces erunt neſcio aperire qꝛ interioꝛem affectionem tuam non vidi. Puto certe quod ille meditationes in te deo magis placent ꝛ tibi pꝛoficiunt: quas ipſe deus per ſe in animam tuam infuderit veruntāmen initium poteris habere ab alioꝛum dictis: quod ego in meipſo expertus ſum. Si enim contempſeris doctrinam doctoꝛum et putaueris te melius aliquid poſſe inuenire. q̄ ipſi te docēt in ſcripturis ſuis. ſcito ꝙ amoꝛem chꝛiſti non guſtabis. Inſipientis eſt enim dicere. Deus illos docuit quare ergo etiā me non docebit? Rūdeo tibi. Qꝛ nō es talis q̄lis ipſi fuerūt. Supbꝰ ei es ꝛ auſterꝰ illi vero humiles: ⁊ mites extiterunt. Docuit ergo illos: vt nos in eorum libris doceremur. Si vero meditationes tue amorem chriſti deſiderant aut nūc eius laudem ſonant: vt michi videtur bene diſpoſitus es. Sed meditationes in quibus maiorem dulcedinē et ſuauitatem in deo ſentis tibi amplius profuture ſunt. Meditari autem ſine dulcedine: parum prodeſt niſi in illa cauſa quapropt̄ neceſſitatem dulcedo nō ſentitur. hec Richar. Hampol. prefatus. Quia vero diuerſe animorū affectiōes diuerſimode circa meditationes afficiūtur idcirco ſi dn̄s voluerit circa finem huius partis de diuerſis meditationibꝰ tractare curabo. videlicet ī quattuor vltimis capitulis necnō ⁊ de oratiōibꝰ animū hominis ad deuotionē excitātibus ſeu inducentibus in ſeptima parte quatinus ſe interim in his exercendo: lactis dulcedinē deguſtare valeat: qui nōdū ad ſolidum cibū ſe aptū recognoſcit.

¶ De modo querendi ieſum⁊ quod eum ſemꝑ magis ac magis deſiderare debeamus ac etiam nomen ieſu quod demōes fugat continue in mente retinere. Cap. xviij.

QUere ieſum quē perdidiſti. Queri enim vult et cito poteſt inueniri: q2 ipſe dicit. Omnis qui querit inuenit ip̄m. Querere eſt laborioſum: ſed ip̄m inuenire eſt glorioſum. Fac ergo ſecundū ſapiētis cōſiliū: ſi ipſum volueris inuenire. Si q̄ſieris inqꝫ quaſi pecuniā ſapientiā et ſicut theſaurū effoderis illam tūc itelliges timorē dn̄i et ſapiētiā inuenies. Scio bene ꝙ ſi quis habere poſſet perfectam viſionē illius dignitatis ⁊ ſpiritualis pulchritudinis quā aīa habuit ex natura ⁊ habebit in celo ex gratia abhominaretur et deſpiceret in corde ſuo oēm gloriaꝫ ⁊ delectationem ⁊ pulchritudinem huius mundi: tanquam cadauer putridum ⁊ nunꝙ̄ haberet voluntatem aliud opus facere die ac nocte ſalua fragilitate et neceſſitate corporalis nature. ꝙ̄ deſiderare lugere orare ⁊ querere. quomodo illam recuperare poſſet. Quia tamen non plene illam vidiſti: eo ꝙ oculus tuus ſpiritualis nōdum eſt apertus: dicaꝫ tibi vnum verbum pro omnibꝰ quod queras. deſiderabis et inuenies. quia in illo verbo totū eſt quod ꝑdidiſti iſtud verbū eſt ieſus. Nō intelligo de hoc verbo ieſꝰ depicto ī pariete vel litteris exarato in libris nec labiis ⁊ ſono vocis formato vel in anima cōcepto per laborē memorie. quia ſic poteſt homo extra caritatem exiſtens inuenire ieſum. Sed loquor ⁊ intelligo de ieſu ſūma bonitate. ſumma ſapiētia. dilectione et dulcedīe gaudio tuo. honore tuo et eterna btitudine tua. deo tuo. domino tuo et ſaluatore tuo Si ergo ita ſit: quod ſētis magnum deſideriuꝫ ad ieſū in corde tuo ex memoria iſtius nominis ieſus: vel ex memoria alicuius alterꝰ verbi vel oratiōis vel ꝑ aliquod opꝰ qđ facis qđ videlicet deſideriū adeo vehemens eſt: ꝙ expellit quaſi per violenciam omnes alias cogitationes ⁊ deſideria mundi et carnis: ita quod nō poſſūt quieſcere in corde tuo tunc bene queris ieſū. Et quando ſentis huiꝰōi deſiderium roboratuꝫ et confortatum potentia ſpirituali: ita ꝙ cōuerſum eſt in amorem et affectionem ſpiritualem ſaporem et dulcedinem. in tantum ꝙ pro tunc cor tuum circa nihil creatum occupatur. nec ſentit motum vane glorie. nec aliꝙ̄ aliam affectionem malam: ſed ſolum eſt incluſum quietatum mollificatum et iniunctum in ieſu: tunc inueniſti aliquid de ieſu. Non ipſum adhuc ſicut eſt: ſed quandā vmbram illius. Et ideo quo melius eum inuenis: eo magis eum deſiderare debes. Per quam ergo orationem: meditationē: vel occupationē potes ad eum habere maius deſiderium vel maiorem guſtum ſpiritualeꝫ de eo: per illam occupationem optime queris et inuenis illum. Si igitur occurrat memorie tue et fiat tibi talis interrogatio quid perdidiſti ⁊ quid queris: leua deſiderium cordis tui ad ieſum licet cecus ſis ⁊ nihil de eo videre poſſis: ⁊ dic ꝙ ip̄m perdidiſti et ip̄m habere velles ⁊ nihil aliud ꝙ̄ ipſū: nec aliud gaudium: nec aliam gloriam: ꝙ̄ ipſum in celo ⁊ in terra. Et licet de ipſo aliquid guſtaueris in deuotione vel cognitione vel aliquo alio dono qđcunqꝫ fuerit: non in eo quieſcas quaſi plene inueniſſes ieſum: ſed obliuiſcere illud quod inueniſti et ſemper plus et plus deſidera ad inueniendum illum melius quaſi ipſum nō haberes. Scito enim bene ꝙ quicquid de eo ſenſeris vel guſtaueris ꝙ̄tūcunqꝫ multum fuerit: imo ſi raptus fueris in tertium celum cum paulo: adhuc nō inueniſti ieſum ſicut eſt. Quantumcunqꝫ enim cognoueris vel guſtaueris de eo in vita iſta adhuc ſuperexcellit. Et ideo ſi plene vis eum inuenire ſicut eſt in celeſti regno: nūꝙ̄ ceſſes in hac vita a ſpirituali deſiderio. Si ergo velis inuenire eum: accende lucernam que eſt verbū dei. Unde dauid dicit. Lucerna pedibꝰ meis verbum tuum. Per hāc lucernam ſcies vbi eſt ieſus et qualiter eū inuenies. Potes etiaꝫ ſi vis accendere aliam lucernam que eſt ra=

tio anime tue: quia dominus dicit, Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Et ſicut lucerna corporis tui eſt oculus tuus: ita dici põt ꝙ lucerna anime tue: eſt ratio per quam anima tua poteſt videre omnia ſpiritualia. Per hanc lucernam ieſum poteris inuenire: hoc verum eſt: ſi lucernã tuam non ponas ſub modio ſicut dominus dicit. Nemo accendit lucernam ⁊ ponit eam ſub modio: ſed ſuper candelabꝛũ quaſi diceret. Ratio tua non debet eſſe oppꝛeſſa vel operta mundi ſollicitudinibus vel vanis cogitationibus ⁊ carnalibus affectiõibus: ſed ſemper eleuata verſus ſuperius ad celeſtia ⁊ ſpiritualia in quãtum potes. Si ſic feceris: tunc videbis totum puluerem et turpitudinẽ et paruos attamos in anima tua id eſt carnales amoꝛes ⁊ timoꝛes non tamen omnes quia ſicut dauid dicit. Delicta quis intelligit ſcilicet omnia: quaſi diceret nullus⁊ eijcies a coꝛde tuo omnia talia peccata et ſcopabis et mundabis aĩam tuã ſcoba timoꝛis dei et cum lachꝛymis oculoꝛum tuoꝛum eam lauabis⁊ ſic inuenies dꝛagmã tuam id eſt ieſum. hec dꝛagma non ita faciliter inueniri poteſt. ſicut poteſt dici: qꝛ ipſã inuenire: non eſt opꝰ vnius hoꝛe vel diei: ſed multoꝛum dierum et annoꝛum cum multa diligentia animi et laboꝛe. hec pꝛefatus walterus hiltõ. hinc etiam Richardus hãpoll. ita dicit. **A** Quicunqꝫ es qui ad amandũ deum te p̃paras. ſi vis nec decipi nec decipere ſi vis ſapere et non deſipere: ſi vis ſtare et non cadere nomẽ ieſu iugiẽ in mẽoꝛia retinere memento: hoſtis cadet tu ſtabis. hoſtis debilitabitur tu foꝛtificaberis. Si hoc fideliter facere volueris pꝛoculdubio glorioſus et laudabilis victoꝛ eris. Quere ergo nomen ieſu tene illud: et non obliuiſcaris illius. Nihil enĩ ita ſeuas extinguit flammas cogitatiões deſtruit malas. affectiones extirpat venenoſas occupationes a nobis alienat curioſas et vanas hoc nomen ieſu fideliter in mente retentum vicia eradicat / virtutes plantat / caritatem inſerit / ſapoꝛem celeſtiũ iſundit / diſcoꝛdiam vaſtat / pacem refoꝛmat / quietẽ internam exhibet / carnaliũ deſiderioꝛum moleſtiam pꝛoꝛſus delet / omnia terrena in faſtidium vertit / aĩam autẽ ſpirituali replet gaudio: vt merito dicatur. Et gloꝛiabũtur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto. Inde ergo iuſtus benedici meruit: vnde nomẽ ieſu veraciter amauit. Sed et ideo iuſtus dicitur: quia ieſum fideliter diligere conatur. Quid ergo illi poteſt deficere qui nomẽ ieſu inceſſantẽ cupit amare? Amat autem et amare deſiderat. Quia in tali modo amoꝛem conſiſtere agnoſcimus ꝙ quanto plus amauerimus: tanto amplius amare inardemus. Dicitur enim. Qui edunt me adhuc eſurient. et qui bibunt me adhuc ſitient. Non ergo gaudium illi deerit: qui illum in quem angeli deſiderant pꝛoſpicere iugiẽ amare cupit. **B** Et qui plus diligunt plus gaudebunt. Pꝛoinde notandum quod tres ſunt vires amoꝛis querere videlicet quem amare debemus exoꝛare vt exaudiamur et perſeuerare in amoꝛe. Queramus ergo ieſum ſed ĩ via in qua inuenitur non in ſolatio mundi: ſed in eccleſia dei. Queramus eum per penitentiã et paupertatẽ voluntariam: per humilitatem et manſuetudinẽ: quia vere hec ẽ via in qua inuenitur: inuento autem ieſu vt fideliter amemur: amemus eum. Exoꝛemꝰ eum in coꝛde per ſanctã meditationem. in oꝛe per deuotam et ardentẽ oꝛationẽ: in manibus per bonam ⁊ rectam operationem. Sic quoqꝫ ieſu queſito et inuento: perſeueremꝰ cum illo per veram caritatem et pꝛobatã patientiam. vt dum in ieſu redemptoꝛe et conditoꝛe noſtro totum coꝛ noſtrũ conſtanter defigimus: deuictis mundi et carnis contagiis ſuperne contẽplationis gaudiũ ſuauiter deguſtemus. hec pꝛefatus Richardus. Et notandum ſecundum eundem Richardum ꝙ nomen ieſu conſcientiam purgat. coꝛ clarũ et mundum pꝛeparat. timoꝛem nocturnum excutit / ardoꝛem amoꝛis infundit / mentem vſqꝫ in celicum melos ſubleuat / demones infeſtantes fugat. Ibi vtiqꝫ non poſſunt maligni ſpiritus nocere: vbi perpendunt nomen ieſu iugiter aut in mente aut in oꝛe nominari. Igitur amplectendum eſt et amandum: et perenni memoꝛia retinendum. Refert idem Richardus de ſeipſo ꝙ quadam vice diabolus in foꝛma mulieris ſibi in ſtratu quieſcenti apparens: iuxta eum ſe collocauit. Qui hoc ſentiens et timens ne ſe ad malum alliceret: voluit ſe ſigno crucis benedicere: ſed nec os ad loquendum / nec manus ad ſignandum mouere potuit. et ideo conuertit ſe ad deum et cum in mente ſua dixiſſet. O ieſu ꝙ̃ pꝛecioſus eſt ſanguis tuus. Subito totũ diſparuit: et ipſe gratias deo egit qui ſe liberauit. Deinceps vero ieſum amare quęſiuit: et quanto in eius amoꝛe pꝛofecit: tanto nomẽ ieſu ſibi dulcius ſapiebat. Ergo ſit benedi=

ctum in ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ De quibuſdam auctoritatibus ſanctorum nos excitantibus ad meditandum ſeu contēplandum paſſionem domini noſtri ieſu chriſti: et de modo eam meditandi ſeu contēplandi: et quod nullus ſecure aſcendit ad contēplationē niſi prius fuerit bene exercitatꝰ circa dictam paſſionē. Cap. xix.

A De cõmendatione et vtilitate paſſionis chriſti meditande ita Bernardus dicit. Quid enim tam efficax ad curanda conſcientie vulnera necnon ad purgandam mentis aciem: quam chriſti vulnerum ſedula meditatio. Et reuera vbi tuta firmaque infirmis requies niſi in vulneribus ſaluatoris. Tanto illic ſecurius habito: quanto ille potentior eſt ad ſaluandum. Fremit mundus. premit corpus/ diabolus/ inſidiatur/ non cado: fundatus enim ſum ſupra firmam petram. Peccaui peccatum grande turbabitur conſcientia: ſed non perturbabitur: quoniam vulnerum domini recordabor. Nempe vulneratꝰ eſt propter iniquitates noſtras. Quid tam ad mortem: quod non chriſti morte ſaluet? Patet magnum pietatis ſacramentũ. patent viſcera miſericordie dei noſtri in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Quid ni viſcera per vulnera pateant? In quo enim clarius quam in vulneribus tuis illuxiſſet quod tu domine ſuauis et mitis es et multe miſericordie. Maiorem enim miſerationē nemo habet: quam vt animam ſuam ponat quis pro addictis et dampnatis. B Idem vero Bernardus ſuper cãtica canticorum ſic dicit. Faſciculus mirre dilectꝰ meus michi inter vbera mea cõmorabitur. Et ego fratres a iuuentute mea conuerſatione pro aceruo meritorum quem michi deeſſe ſciebam: hunc michi faſciculũ colligare et inter vbera mea collocare curaui: collectũ ex omnibus anxietatibus et amaritudinibus dei mei. Primũ videlicet infancialiũ illarum neceſſitatum. Deinde laborũ quos pertulit in predicando fatigationũ in diſcurrendo vigiliarum in orando temptationũ in ieiunando lachrymarũ in cõpatiendo inſidiarum in colloquendo. Poſtremo periculorum in falſis fratribus conuiciorum ſputorũ colaphiſorum ſubſannationum exprobrationũ clauorum horũque ſimilium: que in ſalutem noſtri generis ſilua euangelica copioſiſſime noſcit protuliſſe hec meditari dixi ſapientiã. in his iuſticie michi perfectionem conſtitui in his plenitudinem ſcientie. in his diuicias ſalutis in his copias meritorum. Ex his michi interdum potꝰ ſalutaris amaritudinis ex his ſuauis vnctio conſolationis. hec me erigunt in aduerſis in proſperis reprimunt et inter leta triſtiaque vite preſentis via regia incedenti tutum prebent vtrobique ducatum. hec michi frequenter in ore ſicut vos ſcitis. hec in corde ſemper ſicut ſcit deus: hec in ſtilo meo admodũ familiaria ſicut apparet. hec mea ſubtilior interiorque philoſophia ſcire ieſum et hũc crucifixum. hec Bernardus. C Et notandum quod ſex conſideranda ſunt circa domini paſſionem: prout Bonauentura in ſtimulo amoris plenius docet. Primo namque eam debemus conſiderare ad ipſam paſſionē imitandã. hec eſt enim ſumma imitatio chriſti: et perfecta religio perfecti. hec regula et exemplar perfectionis omnis vite et virtutis: ſcilicet chriſtũ imitari in paſſione et in morte. Sit hec regula noſtra viuendi: paſſio ſaluatoris et quanto amplius in hac paſſione conſolamur: tanto amplius chriſto conformamur. Et tanto amplius deſolamur: quanto ab his exemplari et regula amplius elongamur. Semper ergo quantum in nobis eſt velimus ab omnibus conculcari deiici vilipendi. illudi. perſequi. et flagellari. et in diuinis obſequijs ab omnibus exprobrari abhorreamuſque delectabilia et dulcia deguſtare et potius velimꝰ vilibus et amaris cibari. Secũdo conſideremus xpi cõpaſſionē ad ſibi compatiendũ. Debemus enim conſiderare ipſius flagella. illuſiones et obprobria et in corde noſtro ruminare et imaginari quanta ibi deiectio et contemptꝰ erga dominũ noſtrum facta eſt: quantuſque dolor quanta ve afflictio in corde et in corpore eius: et ratio paſſionis et cõpaſſionis pro peccatis noſtris fuit. Eya ergo chriſtiane aduerte et conuertere in corde tuo. et totum cor tuum reple illis conuicijs et penis videns dominũ tuum et ſpõſum tuũ pro te talia ſuſtinere. Si enim per amorē ei beneuolꝰ fueris: tunc cõpatieris eidem. Si autem nõ ſẽtis dolores capitis: quomodo vnũ es cũ ipſo. Et ſicut cõpatiendum plus eſt capiti: quam ceteris inferioribus membris: ſic ſine comparatione ſibi amplius cõpati debemus: quam quantumcunque filio dilecto vel amico immo plus quam tibi ipſi ſi omnia ſupradicta patereris. Ter ipſius afflictiones ꝙ tormēta erant adeo grauia et imania. ſecundū Edmundum de pontiniaco ꝙ ſi omnes morbi et dolores iſtius mundi eſſent in corpore vnius ſolius hominis et ſi ille homo poſſet concipere tantā anguſtiam ꝙ tantum dolorem ſicut omnes homines qui ſunt in hoc mundo: parum eſſet in comparatione aut nichil ad dolorem quē ſuſtinuit pro nobis in vna hora dici vnde ſi poſſem viuere per cētum mille annos ꝙ qualibet die milleſies mori pro eo eadem morte qua niſi ſemel moriebatur pro me: nichil eſſet in comparatione ad dolorem quem habuit in ſe. Tunc diceret aliquis ꝙ pena quā chriſtus pertulit in cruce pro nobis: fuit maior quam fuit pena inferni in tanta hora verum eſt. Nam nulla creatura potuit tantū pati ſicut chriſtus: cum nullus in ſe habuerit tantam virtutē: ſed aliqua creatura poſſet pati penam infernalem in igne perpetuo. vnde apparet ꝙ pena infernalis fuit minor in tanto tempore ꝙ̄ pena chriſti. Propt̄ qđ Ieremias propheta de domino ieſu paſſo ita dicit. O vos omnes qui tranſitis per viā: attendite et videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Certe null⁹ eſt nec vnꝗ̄ fuit dolor in hoc mundo ad dolorem tuum dulciſſime iheſu. hec prefatus Edmundus. Traſfigurāt igitur cordis noſtri intima ipſius flagella. conuicia et vulnera: nec in nobis ſit quod non perfundatur compaſſionis dolore et affligātur intenſe. Tertio conſideremus chriſti paſſionē ad eam admirādā. Si eni cōſiderem⁹ A quiſq̄ pro quibus et a quib⁹ paſſus eſt: multum mirari debem⁹. Quis ſcilicet filius dei verus ſumme potens ſapiens et bonus oīm rerum principium ſaluator omnium: retributorq̄ omnium meritorum. Sed que vel ꝙ̄ta ſunt que paſſus eſt? Certe paſſus eſt peregrinationem et fugam ſitim et famem calorem et frigus: temptationes et horrores perſecutiones ꝙ inſidias vincula ꝙ flagella illuſiones et dolores. Conſpuitur gloria condemnatur iuſtitia: iudex iudicatur iꝯfenſus culpat̄ innocens infamatur deus blaſphematur chriſtus conculcatur: occiditur vita: obſcuratur ſol: luna denigratur: ſydera diſperguntur. Et hec omnia tolerat patienter vt agnus cum ſolo nutu omnem creaturam demergere poſſet in profundum inferni. Sed pro quibus hec patitur. Pro nequiſſimis mancipijs pro ſceleratiſſimis iumentis. imo diabolicis viris et per imitationem diaboli filijs pro contemptoribus diuine maieſtatis et ingratis diuine bonitati. Ergo talis et tantus tanta et talia pro tam viliſſimis et abiectis paſſus eſt. Sed a quib⁹ paſſus eſt: a ſpecialiter dilectis et alijs prelectis quibus omnem benignitatē oſtendit a viliſſimis ſapientiſſimus quia dei verbum et dei ſapientia ab impijs ſumme pius a ſanie fediſſima ſplendor eternus. In his ergo et in omnibus alijs que paſſus eſt in diuine benignitatis admirationem eleuemur. B Quarto conſideremus chriſti paſſionem ad exultandum. Nam exultare debemus in ea de redemptione humana reſtauratione angelica et diuina clementia. De redemptione humana ſine dubio nimis gaudere debemus facta per chriſti paſſionem et mortem. Quis queſo nō exultet et gaudeat cum cernit ſe per hanc beatiſſimam paſſionem liberatum a dampnatione eterna: a culpe ignominia a poteſtate diabolica. Si quis non exultet in immenſū: cū cernit deū ipſum diligere tantū: vt tante vilitati et penalitati ſubiecerit ſemetipſū pro eo: non ꝙ gaudeat et exultet de ei⁹ vilitate et paſſione ſed de eius affectu et amoris manifeſtatiōe. Quis nō gauderet et exultaret ſe a rege ſuo temporali vel iperatore tantū diligi: vt paratus eſſet mori pro eo. Quanto magis nos viliſſimi homines et nefandiſſimi peccatores debemus gaudere et exultare. cum videmus regem regum. et dominum dominantium creatorem noſtrum. nos ita continue diligere vt imolauerit ſeipſum pro nobis. Plus enim ſine comparatione me diligit: ꝙ̄ ego meipſum. Gaudeamus et exultemus quia per xp̄i paſſionem reſtaurata eſt ruina angelica. Magna nobis iocunditas debet eſſe: cum videmus per xp̄i mortem tam nobile collegium reparari de nobis: vt fiat vnum ouile et vnus paſtor. et ſimus vnum in vno. Vbi vero maior apparet diffuſio bonitatis diuine et benigniſſime clementie dñi noſtri ꝙ̄ in paſſione ſua vbi talia et tam turpia et grauia ſuſtinere voluit pro inimico ſuo liberando et glorificando pro vanitate quadā digna morte eterna. In iſtud gaudium intret homo: et reficiatur magnificentia benignitatis diuine. Quīto cōſideram⁹ beatiſſimā xp̄i paſſionē ad cordiū nr̄orū reſolutionē:

in ipſum et hoc etiam per perfectā tranſformationē in ipſum. Quod fit quando nō ſolum imitatur: cōpatitur admiratur et exultat: ſed etiam totus homo conuertitur in eū ſcilicet dominū noſtrū ieſum chriſtū crucifixum. vt iam quaſi vbiqꝫ et ſemper ſibi crucifixus occurrat imo tunc vere in ipſum reſoluitur. quando extra ſe exiens homo et ſuperpoſitus vniuerſis imo ſuper ſe totus abſtractus ab omnibus: totus eſt conuerſus in dominum ſuū paſſum vt nichil videat ſentiat ve intra ſeipſum: niſi chriſtum crucifixum illuſum exprobratū paſſum pro nobis. Sexto conſideremus chriſti paſſionē ad quietē dulcoris interni. Quod fit: quando reſolutus vt dixi ſitibundus eandem paſſionē rimmare non ceſſat intrās ſecundum ſuū poſſe illum paſſionis theſaurū humiliter et deuote liqueſcit amore deuoto et feruida deuotione deficit a ſe et requieſcit in chriſto crucifixo. Et quāto plus ei inheret et appodiat: tanto āplius deuotiſſimo amore in ſe deficit et liqueſcit: ſed quanto plus deficit a ſe amore ꝗ deuotione: tāto plus eidem dilecto pro ſe mortuo inheret et requieſcit in eo et ſic mutuo augentur adheſio et amoris deuotio: donec tota anima abſorbeatur ab illo amore paſſionis dilecti. Sic ergo circa paſſionem domini debet eſſe imitatio ad purgationem ꝗ directionē: compaſſio ad vnionem et amorē admiratio ad mentis eleuationem gaudium et exultatio: ad cordis dilatationem. reſolutio ad perfectam conformationē. quies et pauſatio: ad deuotionis confirmationē ſiue conſumationem. vel in ſtimulo amoris ſecūdū Bonauenturam. Preterea notandum ꝙ tria ſunt contemplationis genera. Duo principalia propter perfectos: ſcilicet contemplatio maieſtatis dei et contemplatio celeſtis curie Tertium vero pro incipientibus et imperfectis eſt contemplatio ſeu meditatio humanitatis chriſti. Ad hac enim ſecundum Bonauenturā. Tibi incipiendū eſt quicūqꝫ vis ad maiora aſcēdere alias nō eſt aſcēdere ꝗ currere poſſes. Nuſꝗ et ad ſublimia dei mēte eleuare te poſſe ꝯfidas: niſi in hac te diligēter et lōgo tpe exercens ꝗ in ea depureris. Sed quia inter omnia opera domini noſtri ieſu chriſti eius paſſionem debemus frequentius ad noſtram memoriam reuocare ꝗ in ea nos diligentius et feruentius exercere: videamus nunc de ipſa paſſione qualiter ipſam valeamus meditari ſeu contemplari. Modus vero contemplandi dominicam paſſionem eſt ex diuerſis tractatibus et precipue ex dictis bonauenture ſuccincte ꝓpter tedium lectoris remouendum compilatis. Circa quam quidem domini paſſionem contemplandam oportet te totam mentis aciem dirigere ꝗ omiſſis alijs curis extraneis vigilantibuſqꝫ oculis cordis te preſentem exhibere ſtudeas affectuoſe et moroſe omnibus et ſingulis que circa ipſam dominicam paſſionem et crucifixionem contigerunt: ac ſi ipſum dominum ieſum corā oculis tuis cernēres patientem. Quia vero anima cōtemplatiua et ſpiritualis de paucis extrahit multa ſicut et anima rudis et carnalis: de multis vix capit pauca: ideo ſi in hac dominice paſſionis contemplatione proficere volueris: cum magno ſtudio oportebit te abſtinere a cibo delicato et potu immoderato: et ad neceſſitatem parce ſumere de vtroqꝫ. Etiam oportet quod caueas a multiloquio et vana letitia et inepta. Non enim decet eū qui voluerit chriſti dolorem ſentire in verbis in riſu vel iuſu ſeu vano gaudio inutiliter occupari. Et vt breuiter dicam a ſolicitudine temporali et conſolatione carnali oportebit te cum multa diligentia elongari quia non bene conueniunt nec in vna domo morantur cōſolatio carnis et contemplatio dominice paſſionis. Paſſio enim et delectatio ſeu conſolatio quaſi contraria nomina ſortiuntur. Et notandum ꝙ dominicam paſſionem ex profundo corde ꝗ totis viſcerum medullis perſcrutanti: multi paſſus occurrent inſperati: ex quibus nouam compaſſionem nouum amorem nouaſqꝫ conſolationes et nouum ſtatum dulcedinis ſuſcipiet. His igitur premiſſis accedamus ad ꝓpoſitū: ſcꝫ ad modum meditandi vel contemplandi dominicam paſſionem.

¶ Sequitur forma contemplandi dominicam paſſionem que diuiditur in. vij. horas. Capitulum. xxi

TRanſiturus de hoc mundo ad patrem ſaluator noſter dominus ieſus chriſtus cum tempus ſue paſſibis inſtaret: ſumpta cena in memoriam mortis ſue inſtituit ſomnū et magnificū ſui corporis et ſanguinis ſacramētum corpus in cibum et ſanguinem in potū tribuendo. Poſt modum fecit diſcipulis ſuis pulcherrimū ſermonem ignitis plenum carbonibus dulcedinis et amoris: in quo inter alia que ad ipſos locutus eſt predicit eis deceſſum ſuū dicens. Adhuc mo dictũ ſũ vobiſcũ ⁊c. Et q2 contriſtati erant de ſuo receſſu mox futuro: ideo eos confortat dicens. Non relinquam vos orphanos: vado et venio ad vos. Iterum autem videbo vos et gaudebit cor veſtrum. Tandem in ipſo ſermone nõdum completo: dixit eis. Surgite eamus hinc. O q̃tus tunc pauor in eos intrauit neſcientes quo irent: et de ipſius ſeparatione plurimũ formidantes. Sermone vero completo: ſciens ieſus omnia que ventura erant ſuꝑ eum exijt in montem oliuarum: vbi a iudeis capiendus erat et a diſcipulis ſeparandus: quando etiam erat complendum illud ꝓphetie dicentis. Percutiam paſtorem et diſpergentur oues gregis. hec domini verba. Surgite eamus hinc: tanq̃ cum diſcipulis audientes ⁊ de eius ſeparatione timentes interrogemus ipſum dulciſſimum ieſum in ſpiritu dicentes. O dulciſſime magiſter et domine ieſu: quo nunc ſumus ituri Ieſus etiã in ſpiritu dicet. Ibimus ad paſſionem meam: ibimus ad anguſtiam meã et ad ſeparationem meam a vobis corporaliter in hoc mũdo. Et quicũq; voluerit poſt me venire abneget ſemetipſum et tollat crucem ſuam et ſequatur me. Tu vero qui hec legis et audis reſpondeas ipſi domino ieſu: in ſpiritu et dicas ei. Ibo et ego tecum o bone et dulcis ieſu et ſequar te ſiue ad mortem ſiue ad vitam: vnde queſo ne permittas me a tuo latere ſeparari. Tranſiẽs igitur ieſus in ortum vbi ſolitus erat orare: ⁊ ſciẽs quia iam non ſolum appropinquat: ſed etiã quaſi inſtat hora ſue traditionis: dicit diſcipulis ſuis. Sedete hic donec vadã illuc ⁊ orem. Et aſſumptis ſecũ petro iacobo et iohanne: cepit pauere ⁊ tedere: vnde et dixit eis. Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortem. Suſtinete hic ⁊ vigilate mecũ. Et ꝓgrediens puſillum q̃tũ eſt iactus lapidis humiliter et reuerenter ꝓcidit in faciẽ ſuã ſuper terrã orans patrẽ ſuũ. Hic frater mi paruper ſubſiſte: ⁊ mẽtis tue oculos ad dñm deũ tuũ ieſum in terram ꝓſtratũ reflecte eidẽ cõpatiẽdo intime. Legitur dñm hactenus ſeipſius oraſſe: non quidẽ ꝓ ſe: ſed ꝓ nobis. Nunc vero ꝓ ſeipſo orat: et ideo ſibi valde cõpatere ⁊ admirare ꝓfundã ipſius hũilitatem. Nã cũ ſit deus patri ſuo coeternus et coequalis oblitus videtur ſe deũ eſſe ⁊ orat deũ tanq̃ quilibet homũculus de populo. Sed et hic diligenter attende: qd ⁊ cui orat. Orat nẽpe patrẽ vt nõ moriatur ſi ſibi placeat dicẽs. Mi pater oĩa tibi poſſibilia ſunt: ⁊ ideo ſi fieri poteſt trãſfer a me obſecro calicẽ iſtũ: id eſt paſſionẽ iſtã: verũtamen pater non mea: ſed tua voluntas fiat. Et notandũ ꝙ chriſtus quia verus hõ erat ideo vt hõ in magna erat anguſtia cõſtitutus Vnde ſcd'm voluntatẽ carnis et ſenſualitatis pati abhorrebat. Ita nãq; fuit de chriſto in paſſione ſua: ſicut ſolet contingere de homine graui infirmitate detento. Nã quando medicus vult dare infirmo vnã amaram medicinã qua valeat ipſum liberare ĩfirmus illã recipit libenter ⁊ inuite. Inuite q̃tũ ad guſtũ: quia amara eſt: libenter vero inq̃tum ſperat liberari ꝑ eam. Ita recte fuit de xp̃o quia q̃tum ad ſenſualitatem: ⁊ q̃tũ ad corpus chriſti inuite ſuſcepit mortẽ ⁊ videbatur ſibi grauiſſima ⁊ duriſſima q2 verus homo erat: et libenter eam fugiſſet ſicut alij hoĩes Sed quia ipſe ſciebat: ꝙ per iſtam mortẽ debeat ſaluari genus humanũ: ipſe eã libenter ſuſtinuit: ⁊ ſic ſcd'm voluntatẽ rõnis que in ipſo erat voluntati patris obediebat et voluntarie conſentiebat. Nam ſm vaticinium yſaie: oblatus eſt quia voluit. Fuit etiam in eo voluntas dei: ⁊ hec imperabat ⁊ ſententiã dictabat. Surgens vero iheſus prima et ſecunda vice ab oratione veniensq; bina vice ad diſcipulos ſuos inuenit eos dormientes pre triſticia. Et dixit illis. Quid dormitis. Surgite ⁊ orate ne intretis in temptationem. Spiritus enim promptus eſt: caro autem infirma. O dñe iheſu tu mandas ꝙ vigilemus ⁊ oremus. Concede nobis igitur gratiam faciendi quod mandas: quia licet ſpiritu prompti ſumus: tamẽ caro infirma eſt ⁊ pigra ⁊ ſompnolenta plenaq; cibo et potu et nõ aut vix ſuſtinere põt. vt per vnam horam perfecte tecũ vigilet ⁊ tecum oret ne cadat in temptationẽ. Ita dominũ orare potes. Scias quoq; ꝙ cena nocturna ſiue potus multum impedit contẽplationem poſt cõpletoriũ ſiue in nocte. ⁊ ideo ſecundum rationem diſcretionis pro poſſe abſtinendum eſt vel ſaltem diſcrete ſumendũ. Rediens vero dominus iheſus etiam tercia vice ad orationem ꝓcidit ſuper terram ⁊ poſitus in magna agonia prolixius orat patrem dicens. Mi pater clementiſſime rogo te vt exaudias orationem meã: ⁊ ne deſpexeris deprecationẽ meã intende michi ⁊ exaudi me. quia contriſtatus ſum in exercitatione mea. et anxiatus eſt in me ſpiritus meus ⁊ in me turbatum eſt cor meum. Inclina ergo ad me aurem tuam: et ſintende voci deprecationis mee. Tibi pater placuit me in mundū mittere: vt per iniuria tibi ab homine facta ſatiſfacerem Et ſtatim cum voluiſti dixi. Ecce ego vado. Et ſicut in capite libri ſcriptum eſt de me: vt facerem voluntatem tuam: ſic volui: veritatē tuā et ſalutare tuū annunciaui. Pauper ſum et in laboribus a iuuentute mea faciens voluntatem tuam et omnia que mandaſti feci paratus etiam complere que reſtant. Si tamen pater fieri poteſt tolle a me amaritudinem tantam q̄ta mihi parata eſt ab aduerſarijs meis vides ei pater q̄ta machinātur aduerſum me: quot ⁊ q̄ta mihi falſa imponuntur: ꝓpter que accipere animā meā conſiliati ſunt. Sed pater ſancte ſi feci ea: ſi eſt iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala decidam merito ab inimicis meis inanis. Ego enim que tibi placita ſunt ſemper feci. Dato enim dulciſſime pater ꝙ me neſcirent filium tuū q2 tam innocentem vitam cū eis duxi: et multa bona eis contuli: non deberent in me ſic crudeles eſſe. Quapropter dulciſſime pater mi: rogo te vt transferas a me calicē iſtū. Si autē aliter tibi videtur ⁊ ſic decreuiſti ꝙ penitus crucis patibulū pro humano genere debeā ſubire: nō mea ſed tua voluntas fiat. Sed recōmendo tibi dulciſſimā matrē meam ⁊ dilectos diſcipulos meos quos hucuſq; ſeruaui cū eſſem cum eis. Pater iuſte ſerua eos a malo Et notandū ꝙ dn̄s ieſus orationē faciēs ad patrem: fecit eā cū tanto feruore ꝙ ipſe cepit totus ſudare ⁊ ſudor eius erat ſicut gutte ſudoris ſanguinis decurrentis in terrā. Q̄ta fuerit tunc in ſpiritu redemptoris noſtri anxietas ſeu anguſtia teſtes ſunt gutte ſudoris ſanguinee ex toto corpore in terrā abundare decurrentis. Cōſidera igitur eū q̄ta nunc eſt anime ſue anguſtia dum ſic orat patrem: cuius quidem orationis modus diligenter conſideratꝰ: docet qualiter debeamꝰ orare. Primo vt ꝓcidamus in faciem noſtram ⁊ vt ea ꝓ quibus rogamus corā nobis in mēte et non retro vnum ore dicendo: et alibi cor tenendo et vt voluntas patris precedat ſemꝑ et vt non tepide: ſed cū magno labore ⁊ dolore oremus ſicut dominus fecit et ꝙ non parum vel raro ſed vt ſepe et prolixe. Et ſi ſic orare voluerimus non dubium quoniā angelus aderit nobis ſaltem ſpiritualiter qui nos adiuuet ⁊ confortet: orationēq; noſtrā deo repreſentet. Nam ꝓpter exemplum noſtrum cum dn̄s ieſus nimis anxiatus tertia vice in orando ꝓlixe perduraret. Ecce angelus domini aſtitit confortās eum et dicens. Saluete dn̄e deus meus ieſus. Orationē veſtram et ſudorem ſanguineum patri veſtro obtuli in conſpectu totius ſuperne curie: et omēs ꝓcidentes ſupplicauimus: vt calicem hunc transferret a vobis. Et reſpōdit pater Nouit dilectiſſimus filius meus ieſus ꝙ humani generis redemptio quā ſic optamus ſine ſui ſanguinis effuſione decenter fieri non poteſt. Et ſi ſalutem vult animarum oportet eum pro ipſis mori. Quid ergo facere decreuiſtis. Tunc dominus ieſus reſpondens angelo ait. Omnino ſalutem animarū volo et ideo potius eligo mori vt anime ſaluentur quas ad ſuā ymaginē pater creauit: quā velim non mori et aīe non redimant. Fiat igit voluntas patris mei. Hic nota ꝙ ſicut confortantur pugiles qui debent ire ad pugnā ⁊ ita angelus dn̄m ieſum nimis anxiatū cōfortauit dicens. Confortamini ⁊ viriliter agite Excelſum enī decet magnifica facere et magnanimū ardua ſtrēnue tolerare. Cito nāq; pertranſibunt tormenta penoſa: et ſuccedēt perpetua glorioſa. Dicit etiā pater ꝙ ſemꝑ vobiſcum eſt: et ꝙ matrem noſtrā ⁊ diſcipulos ipſe ſeruabit eoſq; vobis reddet incolumes. Tunc humilis dn̄s reuerenter et humiliter ſuſcipit hanc cōfortationē etiā a ſua creatura conſiderans ſe eſſe minoratū paulo minus ab angelis dū eſt in hac valle lacrimarū Et ſicut contriſtabatur vt homo: ſic ex verbis angeli fuit confortatus vt homo. Et valefaciens ei rogat vt ſe patri et toti celeſti curie recommendaret. Surgit igitur dominus ieſus tertia vice ab oratione totus ſanguine madefactus quem conſpice tergentem ſibi vultum vel etiam forte in torrente ſe lauantem totum ꝙ afflictum reuerenter cerne: et et intime compatere: quia ſine ingenti acerbitate doloris hoc ſibi contingere non potuit. Dicunt tamen ſapientes et expoſitores ꝙ dominus ieſus orabat nō tam timore patiendi q̄ miſericordia p̄oris populi: quia cōpatiebatur iudeis qui de ſua morte perdebātur. Non enim ipſi eum occidere debuerunt quia erat ex eis oriūdus: et q̄ plurima eis contulerat beneficia. Unde orabat patrem: dicens. Si fieri poteſt cum ſalute iudeorum ꝙ credat multitudo gentium: nō recuſo paſſionem. Si vero iudei excecādi ſunt vt alij videant: non mea voluntas: ſed tua fiat.

Surgens ergo iheſus ab oratione vt dictum eſt. venit ad diſcipulos ſuos et dixit illis. Dormite iã et requieſcite. Qui ibidẽ aliquãtulum dormierunt. Cumq; bonus ⁊ curialis paſtor ſic vigilãs ſuper cuſtodia gregis ſui vidiſſet iudam traditorem ſuũ prope venientem cũ turba magna hominũ armatoꝝ cum laternis ⁊ facibus accenſis dixit eis. Sufficit. Satis dormiſtis. Ecce qui me tradet iam prope eſt. Surgite eamus. Sciens iheſus itaq; oĩa que ventura erant ſuper eũ proceſſit obuiaz eis. Et quia iheſus vnum habebat diſcipulum qui erat ei ſimillimus: ideo iudas traditor his qui ſecum venerant dedit ſignum dicens. Quemcunq; oſculatus fuero: ipſe eſt tenete eum ⁊ ducite caute ne effugiat a vobis. Et accedens ad iheſuz: oſculatus eſt eum. Et licet iudas venerat ad prodendum chriſtũ. ⁊ chriſtus hoc bene ſciuerat. tamẽ chriſtus tanq̃ manſuetus humilis ⁊ dulcis. ꝙ nullaz exprobrationẽ ſeu ruſticitatem ei oſtendit: ſed eum cum magna benignitate recepit dicens. Amice ad q̃d veniſti? Ihs appellauit iudaz amicum ſuuz non quia erat amicus in veritate: ſed quia chriſtus paratus erat adhuc iudam recipere ad amiciciã ſuam licet eũz tantũ offendiſſet dũmodo iudas voluiſſet. Vnde tali dño bonũ eſt ſeruire: qui ita paratus eſt dimittere offẽſas his q̃ ad eũ ex toto corde conuertunt. Et appropinquans iheſus ad turbaz interrogauit eos dicens. Quem queritis vos? At illi dixerunt. Iheſum nazarenũ. Et ait illis iheſus. Ego ſum ille quem queritis. Quaz q̃ppe promptus ⁊ voluntarius fuerat ſpiritus iheſu ad paſſionẽ licet ſenſualitas reluctaret. Ex hoc euidẽter patet ꝙ querentibus viris ſanguinum animã ſuã per noctez cũ laternis ⁊ facibus vltro occurrit eis ⁊ ſeipſum manifeſtauit et obtulit. Sed tamen vt cognoſceret humana preſumptio: nihil ſe poſſe aduerſus ipſum niſi quantuz ipſe permitteret: iõ poſtq̃ dixit eis ego ſum: mox omnipotentie ſue verbo ipſos improbos ſatellites terre alliſit. Iterum ergo interrogauit eos dicens. Quez queritis. Et dixerunt. Iheſum nazarenum. Dixitq; illis iheſus. Dixi vobis quia ego ſum. Si ergo me queritis ſinite hos abire: ⁊ accipite me ⁊ faciatis de me quicquid vultis: dũmodo diſcipulis meis nichil mali faciatis. O dñe iheſu quis ſine gemitu audire poſſit qualiter in illa hora illi crudeles ſatellites in te regẽ glorie nephandas ſuas manus iniecerunt: manuſq; tuas innocentes abſq; aliquali tui ipſius reſiſtentia: poſt tergum vinculis ligauerunt: cathenaz etiã in collo tuo poſuerunt. ⁊ te velut agnũ manſuetiſſimum nihil obloquentem adinſtar latronis furibunde ⁊ contumelioſe ad victimam trahentes ducebant ad annam primum qui erat ſocer cayphe. Itaq; cum fuiſſes coraz illo preſentatus: interrogauit te dicens. Dic michi inquit annas quales ſũt diſcipuli quos habes ⁊ q̃ eſt hec noua doctrina quam predicas. Quaſi diceret. Non ſufficit tibi doctrina moyſi. Apparet ꝙ velis renouare totum mundum. Cũq; humiliter reſpondiſſes dicens. Ego palam locutus ſũ mundo. ego ſemper in tẽplo docui quo omnes iudei amici tui conueniunt. interroga eos qui audierunt. ſtatim vnus miniſtrorũ aſſiſtens irreuerenter ⁊ grauiter te iheſu percuſſit in maxilla dicẽs. O ribalde quomodo auſus es tu ita reſpõdere domino meo. Oz vero annas non regebat populum illo anno: ideo ipſe tranſmiſit te iheſu ligatum ad caypham pontificem anni illius: in cuius domo ſcribe ⁊ phariſei ⁊ ſeniores conuenerant. Cũq; ante eos fuiſſes irreuerenter adductus: ipſi quaſi leo capta preda vehementer exultabant. teq; iheſu curioſe examinabant. falſa teſtimonia contra te dicebant. falſos teſtes procurabant vt te morti traderent. Tu vero dulciſſime iheſu inter eos ſicut agnus inter lupos demiſſo ⁊ diſcooperto capite ſtabas: ad nullam accuſationẽ tibi ab eis factam reſpondẽs. Et ſurgens princeps ſacerdotum ait. Quare non reſpondes chriſte ad ea que tibi obijciuntur ab iſtis. Cũ autez nullum a te habere poſſet reſponſum: dixit adiuro te chriſte per deum viuum: vt dicas nobis ſi tu es chriſtus filius dei. Facta itaq; adiuratione: confeſſus es veritatem dicens. amen dico vobis. amodo videbitis filiũ hominis ſedentem a dextris virtutis dei. His ⁊ conſimilibus verbis auditis princeps ſacerdotum fortiſſime clamauit dicens. Blaſphemauit. Ecce audiſtis blaſphemiã. Quid vobis videtur. Qui omnes condempnauerunt te reum eſſe mortis. Et ſtatim faciem tuam ſacratiſſimam iheſu dulciſſime ceperunt conſpuere ⁊ colaphis cedere ⁊ oculos velo tegere: palmaſq; tibi in faciem dare dicentes. Propheciza nobis chriſte: quis eſt q̃ te percuſſit. Noctem quoq; illam ſacrilegi illi diuerſis ſuppliciorum generibus in te dulciſſime ieſu expẽderũt: atq; poſtq̃ maiores abierunt ad lectũ: te dulciſſime iheſu ĩ carcere recluſerunt te ad quandam columpnam lapideam ligantes et quoſdam armatos ad tutiorem cuſtodiam deputantes: qui per totā reſiduā noctem penis tuis ſe ſaciantes: ludibriis et verberibus iniuriis et obprobriis te nimis afflixerunt: dicentes. Credebas tu eſſe melior et ſapiencior principibus et ſapientib⁹ noſtris. Que erat ſtulticia tua. Quo modo fuiſti ita auſus facere. Nam non debebas contra eos aperire os tuum. Ubi nunc apparet ſapientia tua. Tu ſtas modo ſicut conuenit paribus tuis. Dignus es abſq; dubio morte: et habebis eam. Hec et hiis ſimilia. o dn̄e iheſu illi peſſimi tui cuſtodes vt puto tibi fecerunt. At vero tu ad omnia hec pacienter et verecunde tacebas tanq̄ ſi in culpa fuiſſes deprehenſus. Que nam ergo aīa tibi deuota. o pie iheſu hec audiens et cernēs valeat ſe continere a lacrimis et intime compaſſionis occultare. Oratio.

A Nunc igitur o dn̄e iheſu xpe dulciſſime qui voluiſti hora matutinali pro humana redemptione tradi capi et ligari alapis cedi conſpui et facie velata irreuerenter illudi. variiſq; modis iniuriā et contumeliā pacienter perpeti ac dehoneſtari: fac nos q̄s cōtumelias et obprobria pro tui noīs gloria letanter ſuſcipere: et ſic hui⁹ ſacratiſſime tue paſſionis continua memoria recordare: vt ad tue reſurrectionis conſortiū mereamur feliciter peruenire. Qui viuis et regnas deus p oīa ſecula ſeculorū. Amen.

Sequitur contēplatio ſeu meditatio paſſionis chriſti.

Ad primam.

Nunc adeſt tēpus: ait ſapientia vt omnis qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſm et tollat crucem ſuā et ſequatē me et ſciat pꝛo certo hanc imitationē deuotam tam acceptabilē michi foꝛe quantū fuiſſet ſi mecum perſtitiſſet et moꝛtuus pariter cum moꝛiēte fuiſſet. Et ecce hec erit crux tua quā poꝛtare debes: ſi vis meꝰ amatoꝛ eſſe. Quādocunq; exercitio virtutū et diuinoꝛū expletioni mādatoꝛū ſtudioſe intentus es ꝓ poſſe tuo: et tamen ab emulis ex hoc deriſiōes ſeu detractiones recipis inſuper etiam in oculis eoꝛum in tantū vileſcis et deſpicabilis appares: vt hoc non virtuti patientie aſcribant/ nec gratie q̄ ē in te: ſed ipotentie et ignauie: et ꝙ te vindicare volens nō audeas vel ſcias: tu autem hec non ſolum patiēter ⁊ libēter ꝓ deo ſufferas verū etiam ex abundanti patrē qui in celis eſt ſerioſius pꝛo eis exoꝛare ſtudueris et eos deuote apud me excuſaueris ipſos michi recōmēdando. quicūq; in hac contrarietate leſiua ad gloꝛiā et imitationē crucifixi ſeipſm ſupauerit ſcire debet ꝙ quotieſcunq; hoc fecerit: moꝛtē dn̄i quaſi recētē et remiſcere facit: ⁊ imaginē crucifixi in ſe poꝛtabit. Item ſi bona opera faciēs innocenter ⁊ ſimpliciter in via dn̄i ambules ſi opera tua bona ab inuidis ꝑſecutoꝛibus conculcentur inſuꝑ de te non bona ſed mala vbiq; loquantur: falſaq; tibi multa imponētes vitam tuam in oculis te honoꝛe dignū habētiū deprauare non deſiſtant. tu autē ex hijs non motus ſed magis exhilaratus: in tāta maneas te perſequentiū coꝛdis pietate: vt paratꝰ ſis omni hoꝛa ſincero affectu ⁊ pio coꝛde cunctas offenſas remittere vt ſic penitus in te delete ſint ac ſi nunq̄ facte fuiſſent: ipſis quoq; ꝑſequentibꝰ pꝛebeas conſiliū et auxiliū oppoꝛtunum eius ob amoꝛē qui ſuis crucifixoꝛibus ⁊ non petentibus nō ſolum offenſas remiſit: ſed ⁊ eis pꝛodeſſe ſtuduit pꝛo eis apud patrē intercedēdo: quādocunq; in hoc teipſm ꝓpter me ſuperabis: certiſſime ac veraciter iuxta dilectum tuū crucifixū pariter crucifixus ſtabis. Mundana quoq; ſolacia ac conſolationes terrenas ſi fugiendo pꝛopter me derelinquas. niſi quātum neceſſitas hoc requirit: deſertionē meam qua ab omnibus derelictus fui per hanc voluntariā abſtractionē recompēſas. Quotieſcunq; tuos caros amicos et conſanguineos pꝛopter amoꝛem ſaluatoꝛis reliqueris: dilectum diſcipulū iuxta crucem compatientē ſubſtituis. Expoliatio tue pꝛopꝛie voluntatis: veſtimēta ſunt mee nuditatis. Cum his qui te ipugnant ſeu criminantur et aduerſa inferunt voluntarie ceſſeris et eoꝛum inimo ⁊ impatientiā qui te verbis impoꝛtune inuadunt. tam māſuete ⁊ cū tanta coꝛdis dulcedine ⁊ verboꝛum ſuauitate ac vultus hilaritate receperis vt tua dulcis benignitas merito aduerſarijs verecūdiā inferre poſſit: ⁊ eoꝛum debeat tumoꝛ tua ex humilitate confringi: tunc moꝛtis mee ymago et ſimilitudo i te veraciter relucebit. Item exēplo fideliſſime mꝛis mee ⁊ diſcipuli dilecti ſemꝑ tibi mēoꝛia paſſiōis mee aſſit in coꝛde tuo ꝑ mēoꝛiā i oꝛōe ꝑ rumiatiōnē deuotam: ⁊ in operatiōe per imitationē affectuoſam. Quicunq; hec fecerit: verus ieſu chꝛiſti imitatoꝛ exiſtit: ⁊ copioſas delitias apud ſe miniſtrabit. Signū ergo tue dilectiōis: ſit exhibitio operis. Heri exhoꝛtabaris te velle moꝛi pꝛo me coꝛpoꝛaliter. Nunc venit hoꝛa tua accurre feſtinā ⁊ ſuſcipe moꝛtē pꝛo me ſpiritualiter. O quātum de tali filio qui crucem hanc receperit: pater celeſtis gloꝛiabitur. Cum quāta gloꝛia putas ſublimabitur in celis: et quanto honoꝛe dignus habebitur. Solus nāq; ꝙ magne tribulatiōis extitit ſocius inueniet cōſolationis. O peramabilis ſapiētia nil in hac vita dulcius coꝛdi meo exiſteret: q̄ vt paſſionē ſuam iugiter deuoto corde deflere poſſem. Sed proh dolor ariditate et duricia quadam cōſtrictus ad eius recordationē prout dignū eſſet non cōpungor. Et ideo doce me o benigna patris ſapientia qualiter etiā agēdū michi ſit in hac materia tam precioſa. Memoria paſſionis mee debet fieri non perfunctorie nec cum feſtina acceleratiōe maxime cum tēpus aderit ſufficiens ꝛ oportunū: ſed cū matura et moroſa ac precordiali rememoratiōe ꝛ flebili quadā cōpaſſione. Niſi eni hoc dulciſſimum lignū dentibus affectuoſe diſcretionis maſticatū fuerit ſapor eius licet imenſus nequaꝗ̄ mouebit. Quod et ſi quidē flere cum flente aut dolere cū dolente non potes ſaltem affectu deuoto de tātis beneficiis tibi ꝑ eam gratuito exhibitis: gaudere debes et gratias agere. Quod ſi nec affectu compaſſionis nec gratulationis deſiderio moueris: ſed dura quadam affectione te in eius recordatione deprimi ſentis: nichilominus in duricia cordis tui ad laudem dei memoriā huius ſalutifere paſſionis qualitercūqꝫ percurre: ꝛ quod habere non potes: ipſius manibus piiſſimis cōmittas. Percute his ſilicem interiori videlicet recordatione ꝛ corporali nichilominus labore te exercens ad pietatē: per extenſionē manuū ſeu oculorū ad crucifixi ſubleuationē vel pectoris tunſionē aut genuflexiones deuotas vel cetera ſimilia pietatis officia cōtinuando donec egrediantur aque lacrimarū largiſſime: vt ratio bibat deuotiōis aquas et corpus animale eius ex preſentia acceſſum ad gratiam habilitet. Quod et ſi forſan cauſaris: et affectum hūc delectabilē ꝛ dulciorē ſuper mel et fauū. rarius experiri nimirū quia forſitā temptatiōibus interim exercitaris: multo virilius agis. ſi virtutē ipſam nō pro delectatiōe quā experiaris: ſed pro virtutibus ipſis ꝛ ſolo beneplacito dei tota intētione et ſi non affectuoſe ſectaris. Affectus eni beatitudinis eſt exercitium vere virtutis. Porro paſſiōis mee frequentem meditationē inter alia innumera ad duo precipue tibi noueras ꝓdeſſe ſolacia videlicet: ad triſticiā inordinatā expellendamqꝫ penā purgatorii diminuendā. Qualiter autē dolor paſſionis mee. dolorē animi tui expellat: exemplo tibi potius quā verbo demonſtrabo. Erat nāqꝫ diſcipulus quidā ſapiētie quē circa cōuerſionis ſue initia triſticia quadam inordinata tam letaliter oppreſſit: vt nec legere vel orare vel quicꝗ̄ boni pro tūc facere poſſet. Qui cū die quadā i cella reſidens ab hac paſſione grauiter vrgeretur et incredibili dolore affligeretur: facta eſt ad eum deſuper quaſi vox intellectualis dicens. Quid hic ſedes ocioſus et in teipſo tabeſcens. Surge nunc. et meā paſſionem deuote pertracta: et i mea amaritudine tuum deuīces dolorē. Quo audito: frater ille ſurrexit ꝛ ſe ad meditandam dñi paſſionē contulit ꝛ ex tunc medicina hac ſalutari ſanatus: per eius cōtinuā replicationem nequaꝗ̄ plus de cetero talem vnꝗ̄ ſenſit animi paſſionē. Qualiter autē hec vtiliſſima meditatio penā purgatorii relaxare habeat tibi indicabo. En auctor nature nil inordinatum in ſua natura reliquit ſed nec diuina iuſticia quicꝗ̄ mali impunitū dimittit quod non aut hic: aut in futuro debite ſubiciat correctionē. Quando igitur putas finem habitura eſſet pena alicuius peccatoris qui multis criminibus obnoxius condignā ſatiſfactionem pro quolibet mortali pro milleſima parte nō ipleuiſſet quā exſoluere i locis purgatorii gehēnalibus decedens cogeretur vſqꝫ ad minimū quadrantē. O nimis longa miſere anime expectatio. O diutina et acerba nimiū cruciatio. Dolor perſeuerās: ꝛ immenſus pena grauior omni terreſtri cruciatu. Sed vide q̄ hāc penam leuiſſima et breuiſſima ſatiſfactione cōpenſare poſſet: quicunqꝫ ipſam de theſauro paſſionis agni imaculati ſciret accipere. Hic nanqꝫ theſaurus precioſiſſimus ꝓpter caritatē maximā perſonāqꝫ digniſſimā ac dolorē imenſiſſimū ſufficiens et ſuperabundans extat ꝛ ideo taliter poſſet ſe homo ad hunc applicare: ꝛ de eius merito et ſatiſfactione tam deuote ad ſe retrahere: vt ſi mille annis deberet purgari in breui de toto liberaretur. Quapropter ſi vis penā purgatorii longā et acerbā in tēporalem que breuis eſt cōmutare hec facere ſtudeas. Primo enim debes corde cōpuncto et ſpiritu tribulato cū gemitu cordis enormitatē peccatorum tuorū grauiſſime ponderare cōfitēdo aduerſum te iniuſticiā tuā dño amariſſime recogitando quid feceris quem offenderis quid demerueris. Peccaui inquiēs dñe peccaui ſuper arenam maris. Deinde debes temetipſum coram oculis eterni iudicis humiliter deſpicere: vilem eſtimare ita vt cum publicano oculos imūdos nec audeas in celum leuare neqꝫ teipſum hoīem ſed vermē immundum eſtimare et opera tua ſatiſfactoria qu aſi nullius momenti ſint adnichilare. ꝛ ſic miſer et miſerabilis ante fores: gratiam iudicis exſpestare et dicere cū ꝓfundo gemitu cordis tui. Pater peccaui in celū ⁊ corā te. ⁊ iam nō sū dignus vocari filiꝰ tuus. fac michi sicut vnū ex mercenarijs tuis. Postea meritū passiōis mee debes sūmo cū affectu extollere ⁊ magnificare cogitādo ꝙ apd̄ me est copiosissima redēptio et ꝙ minima gutta ꝑciosissimi sāguis qui ꝑ oēs corpis mei partes vulneribꝰ repleti largit effluxit. ꝓ redēptiōe ⁊ satisfactiōe totius mūdi satisfecisset: sed copiose ipsum effundere voluit in argumentū magni amoris et superfluentissime caritatis in solamen omniū miserorū. Tādem debes humili quidem sed feruido affectu manuꝫ auxiliatoris querere ⁊ misericordissimi meritū infinitum in subsidium postulare nichil hesitans quia pronior est fons ille pietatis misericordiam iugiter scaturiens ad miserendū: ꝙ tu ad petendum. O verbum preciosum ⁊ precipuū michi meisqꝫ similibus miseris peccatoribꝰ summa cū exultatione suscipiendū: eo ꝙ in tua passione sic in promptu inuenimus: vnde possumus peccata abluere. penas delere. gratiā inuenire et gloriā promereri sempiternam. Age igitur nunc tota virtꝰ mea. si quomodo possim hoc salutare medicamentū in remedium obtinere peccatorū meorū. Hec ī horologio sapientie. A Preterea ꝙ gratum et acceptuꝫ sacrificiū deo offerimꝰ cū eiꝰ passionē deuote recolimus: patet in reuelatiōibus beate Matildis virginis in quarum vna dominus loquitur ad eam dicens. Dico tibi in veritate: si quis ex deuotione passionis mee lacrimas effuderit: suscipe volo ac si ipse pro me passus sit. Et ait ipsa matildis ad dn̄m dicens. Eya mi domine quali deuotione valeo peruenire ad has lachrimas. Cui dominꝰ. Ego inquit te docebo. Primo cogita quali amicitia et dilectione meis inimicis obuiaꝫ processi: qui me cū gladijs et fustibus ad mortem querebant tanꝙ latronē ⁊ maleficum: sed ego tanꝙ mater filio suo illis obuiā veni: vt eosdem de faucibus luporū eruerem. Secundo cogita ꝙ cum alapis imitibus me ceciderent: quot mihi alapas dederunt tot dulcia oscula corꝫ aiabus prebui quibusqꝫ in diē nouissimū per passionē meam debent saluari. Tertio cogita ꝙ cum ferocissime flagellabar: tam efficacem pro eis orationem fudi ad patrē celestem vt multi ex eis conuerterentur. Quarto cogita: ꝙ cum capiti meo coronam spineam imprimerent: quot mihi spinas impresserunt tot gēmas in corū coronam collocaui. Quinto cogita: quod cum me cruci clauis affigerent et omnia mēbra mea distenderent: ita vt ossa mea et viscera dinumerari possent: tota mea diuina virtute attraxi aīas corꝫ ad me oīum: scꝫ qui sunt ad vitam eternā predestinati sicut antea dixi. Cum exaltatus fuero a terra: oīa trahaꝫ ad meipsum. Sexto cogita ꝙ cum lancea latus meū aperirēt ex corde meo propinaui eis poculū vite q̇ ꝑ adā hauserant poculū mortis vt essent filij eterne vite et salutis in me q̇sum vita. Quotiens nā ꝙ hō ī recordationē passiōis mee ex amore ingemiscit totiēs quasi vernanti rosa vulnera mea tangit. et exinde iaculū amoris in aīam resilit. vnde salubriter vulneratur. Hec in reuelationibus beate matildis.

¶ Quod ad dei amorem in nobis nutriendum ⁊ augendū ex quo tota salus nostra dependet nichil ita valet: sicut beneficiorum eius frequens et diligens consideratio. et de modo meditandi super beneficijs quibus fecit nos rationabiles ⁊ beatitudinis sue participes. B Cap. xxij.

Cum tota salus nostra in dilectiōe cōsistat diligenter cōsiderandū est quare ⁊ qualiter dn̄s a nobis diligendus sit. vbi notādū ꝙ ad dei dilectionē in nobis excitandam nutriendā et augendam: nihil ita valet sicut beneficiorū eius freq̄ns ⁊ diligēs cōsideratio. Tāta ei nobis tribuit. ꝙtāta retribuit ꝙ deficit aīa nostra prorsus ī cōsideratiōe tātorū beneficiorum eius. Et licet ei nō possumus tantū et tantas vt deceret amorē et obsequiū. et gratiarū reddere actiones: tū quātum et quantas ei possumus rependere debemus. C Ecce quare a nobis multū diligendus est deus. s. pro beneficijs suis: que sua magna pietate sua gratuita bonitate nullis meritis nostris exigentibus nobis contulit. Qualiter a nobis diligendus sit deus illud eius mandatum declarat ꝙ nimis custodiri mandauit et nimis custodiri voluit. Audi ergo o homo illud mandatorum omniū maximum et primū mandatuꝫ. Audi inquit diligenter. retine memoriter. meditare iugiter et pro viribus cōple indesinenter assidue perseueranter. Diliges inquit dn̄m deū tuū ex toto corde tuo. i. toto itellectu. et ex tota aīa tua idest tota volūtate et ex tota mēte tua. i. tota memoria videlꝫ vt oēs cogitatiōes tuas omnēqꝫ vitam tuā et omnē intellectū tuū in eum extendas a quo habes ea que cōfers: vt autem amoꝛ dei amplius in te excitetur ⁊ creſcat: conſidera diligenter a quo quare et ad quid homo ſit creatus: quem etiam deꝰ pꝛopter hominē creauit. Sciendū igitur ꝙ rerū omniū creaturarū celeſtiū terreſtriū. viſibilium et inuiſibiliū cauſam non eſſe niſi bonitatem creatoꝛis: qui eſt vnus deus et verꝰ cuius eſt tanta bonitas: vt alios beatitudinis ſue qua eternaliter bonus eſt velit eſſe participes ꝙ videt communicari poſſe: et minui omnino non poſſe. Illud ergo bonū quod ipſe erat et quo ipſe beatus erat: ſola bonitate non neceſſitate aliis voluit cōmunicari. Et quia non valet beatitudinis eius particeps aliquis exiſtere niſi per intelligētiā que ꝙto magis intelligitur. tanto plenius habetur: ideo fecit deus creaturam rationabilē incoꝛpoꝛeam videlicet et coꝛpoꝛeam que ſūmum bonum intelligeret et intelligendo amaret ⁊ amando poſſideret: et poſſidendo frueretur incoꝛpoꝛea angelus. coꝛpoꝛea vero homo vocatur ex anima rationali et carne ſubſiſtens. Conditio igitur creature rationalis: pꝛimā cauſam habuit dei bonitatē. Nam quia bonus eſt: et nos inquātum ſumus creati boni ſumus. Ad quid autē creata eſt creatura rationalis. Ad laudādum deū ad ſeruiendū ei. ad fruendū eo in quibus ipſa pꝛoficit nō deus. Deus enim perfectus et ſūma bonitate plenius: nec augeri poteſt nec minui. Nō ergo creatura rationalis creata eſt et facta a deo: referendum eſt ad creatoꝛis bonitatem et creature vtilitatē. Cū ergo queritur quare et ad quid vel pꝛopter quid facta eſt creatura rationalis reſpondendū eſt ꝓpter dei bonitatē et creature vtilitatē. Non qꝛ creatoꝛ deus ⁊ ſumme beatus alter alterius indiguit officio qui bonoꝛum noſtroꝝ nō eget: ſed qꝛ ſeruiret ei et frueretur eo cui ſeruire regnare eſt in hoc enī pꝛficit ſeruiens non ille cui ſeruitur. Et ſicut factus eſt homo ꝓpter deum vt ei ſeruiret ſic factus eſt mūdus ꝓpter hominē vt ei ſeruiret: ita enim voluit deus ſibi ac homine ſeruiri: vt ea ſeruitute non deus ſed ſeruiens iuuaretur ⁊ voluit vt mundus ſeruiret hoī vt exinde ſimiliter iuuaretur hō. Totū ergo bonū hoīs erat: ⁊ quod factū eſt ꝓpter ipſm ⁊ ꝓpter quod ipſe factus eſt. Hic igit̄ cognito a quo quare et ad quid te deus creatoꝛ tuus condidit: incipe per modū meditandi eius dona ⁊ beneficia in animo ſepiꝰ voluere et reuoluere eiqꝫ vberes gratiarum actiones rependere iuxta hunc vel conſimilē modum meditādi ſeu ſicut ſibi placuerit melius tibi inſpirare.

¶ Modo meditādi de beneficiis dei.

O Sapientia que aperis os mutoꝝ: o verbum per q̄d facta ſunt omnia aperi os meum et dā mihi vocem laudis vt enarrem omnia beneficia tua que mihi a pꝛincipio donunc cōtuliſti. Ecce enim ſum: quia tu creaſti me. Et vnde hoc mihi o benigniſſime domine deus altiſſime pater miſericoꝛdiſſime creatoꝛ potentiſſime: et ſemper mitiſſime. Que mea merita: que mea gratia: vt cōplaceret ante conſpectum tue magnifice maieſtatis creature mee. Nō erā ⁊ creaſti me. Nihil fueram et de nihilo aliquid me eſſe feciſti. Quale autem aliquid. Non ſtipulā non ignem: non auem: non piſcem non ſerpentem: non aliud ex bꝛutis: non lapidem vel lignum vel ex eoꝛum genere: que tantū poſſunt eſſe vel creſcere: ſed ſuper hec omīa me eſſe voluiſti. Ex his enim que tantū habent eſſe et creſcere: quia ſum et creſco: ⁊ ex his que creſcunt ſunt et ſentiunt: quia ſum et creſco et ſencio. Et paulominus me creaſti parem angelis: quia rationem te cognoſcēdi cum ipſis cōmunem accepi. Sed paulominus dixi: nam illi felicem tui memoꝛiā iam habent per ſpeciem: ego vero per ſpem Illi facie ad faciem ego per ſpeculū in enigmate. Illi autem plene: ego vero ex parte. Et cum venerit quod perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt: quādo reuelata iam facie tuam videbimus faciē. Domine deus meus: vita et gloꝛia tota anime mee: confiteoꝛ tibi: quia me creaſti rationis participē angelis quodā modo parem. Et quia perfeciꝰ poſſum per verbum tuum vt veniam ad equalitatem angeloꝝ vt habeam adoptionem filioꝛum per vnigenitum tuū aduocatum noſtrum apud te et lumen oculoꝝ noſtroꝛum qui eſt vita et ſaluatio et ſpes vnica noſtra qui etiam dilexit nos magis ꝙ ſe: per quem habemus fiduciam repoſitam et firmā ſpem apud te et acceſſum veniēdi ad te: qui dedit poteſtatem filios dei fieri omnibus qui credunt in nomine eius: laudē tribuā nomini tuo domine: quia me ad yma ginem tuam creando tante gloꝛie tue ſuſceptibilē feciſti: vt poſſim filiꝰ dei fieri. Hoc vtiqꝫ non poſſunt arboꝛes non poſſunt lapides: non generaliter omnia que mouētur vel creſcunt in aere vel in mari vel in terra quia non dedit eis poteſtatem verbum tuū.

filios dei fieri: eo ꝙ rationem non habent. Nam et hec poteſtas in ratione cōſiſtit per quam cognoſcimus deum. Dedit autē omnibus hanc poteſtatem quos creauit rationabiles ad ymaginem ⁊ ſimilitudinē ſuam. Et ego vtiqꝫ domine perpetuam gratiā homo ſum: et filius tuus eſſe poſſum per gratiam ꝙ illi non poſſunt. Et vnde hoc mihi o veritas ſūma veraqꝫ ſummitas: et pꝛincipium omniū creatoꝛum: vnde hoc mihi domine vt poſſim filius tuꝰ fieri quod illi non poſſunt. Tu enim qui manes ineternū creaſti omnia ſimul. Simul creaſti hominem et iumenta: lapides: ⁊ virentia terre. Non pꝛeceſſerunt merita vlla eoꝛum: ſed anteceſſit gratia: quia omnia tua bonitate creaſti. Et pares in meritis omnes creature fuerūt quia omniū nulla fuerunt merita. Que igitur mea merita que mea gratia: vt me dei filium poſſe fieri ſuſceptibileꝫ creares. Abſit domine vt hoc ſentiam. Tua tantum bonitas hoc fecit: vt eſſem particeps dulcedinis eius. Potuit quidē manus tua domine me lapidem: vel auem: vel ſerpentē: vel beluā aliquā creaſſe: ⁊ ſciuit ſed noluit: ⁊ hoc non ꝓpter mea merita que nulla omnino fuerūt ſed quia ſic oꝛdinauit bonitas tua. Magnū vero bonitatis tue indiciū mihi domine ieſu oſtendiſti: in eo quod me ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē tuam vt dictum eſt creaſti. Si enim nihil amplius mihi dediſſes: pꝛo eo ipſo tamen ſemper a me laudandus ⁊ diligendus eſſes. Quando igitur dn̄e ieſu te ꝓ his et pꝛo alijs beneficijs tuis ardenter amabo. Magnū etiam eſtimo beneficium: ꝙ eo tēpoꝛe et iter tales me naſci voluiſti per quos ad fidei ſacramēta peruenirē. O q̄ multe generationes ab initio mūdi vſqꝫ ad hanc diē ꝑtrāſierunt ſine cognitiōe dei ⁊ ꝑcio ſue redemptionis q̄ vtiqꝫ in interitū ſempiternū dilapſe ſunt. Omnibus igitur illis domine deus redemptoꝛ et amatoꝛ meus me pꝛetuliſti: quando hanc gratiā me largiri dignatus es. Cū quibus licet nobis omnibus eſſet vna conditio: illi tamē derelicti ſunt per iuſtitiā: ⁊ ego vocatus per gratiam. Pꝛocede adhuc intuēs o anima mea munus eius fuiſſe: ꝙ educatus fui a parētibus ꝙ me flāma non leſit: qđ aqua me nō abſoꝛbuit: qđ nec vexatus a demone: ꝙ ab beſtijs nō percuſſus: vel deuoꝛatꝰ: qđ nec pꝛecipicio necatus: qđ vſqꝫ ad congruā etatē in fide eius et bonitate ⁊ bona voluntate ſum nutritus: qđ ſana et integra mēbꝛa coꝛpoꝛis me fecit habere. Magnā ergo dn̄e deus erga me oſtendiſti pietatē. Cū enim in cunctis operibus tuis ſis mirabilis: mirabilioꝛ tamē eſſe crederis in viſceribus pietatis. Nullū enī ſpernis: nullū abijcis neminem perhoꝛreſcis: niſi foꝛte qui te amēs ꝑhoꝛruerit. Bona ergo tua dn̄e deꝰ ſunt mihi a te miſericoꝛditer indulta: ꝙ me ſepe in ꝑiculis ꝯſtitutū clementer eripuiſti: qđ me poſt baptiſmū peccantē tam abhominabiliter ⁊ tā frequēter patienter toleraſti longanimiter expectaſti: penitēti indulſiſti ad te recurrentē benigniſſime ſuſcepiſti: me tui oblitū admonuiſti a te auerſum reuocaſti ſeculo me renunciare feciſti ⁊ in tam ſctā religione miſericoꝛditer collocaſti atqꝫ ad ſacerdotium qđ angelis nō cōceſſi me ꝓmouem feciſti me errantem reduxiſti dubitantem inſtruxiſti eſurientē pauiſti ſitientem potaſti. et adhuc paſcere et potare et inſtruere nō deſiſtis algentē calefacis feruentē frigefacis. doꝛmientē cuſtodis. vigilantē reſpicis ſurgentē erigis. labentē ſubleuas. ſedentē ſuſtines. fugiētē reuocas. triſtatū confoꝛtas. meſtū conſolaris deficientē adiuuas et coꝛroboꝛas nūq̄ enī peccatis meis q̄ nominus miſereris. vinci potuiſti. penitēti dulciter remiſiſti: nō ſolū ea q̄ cōmiſi peccata: ſed etiā que te pꝛotegente non cōmiſi. Quicquid enī mali te pꝛotegente non cōmiſi totū a te dimiſſū reputanduꝫ eſt. Nam ſicut in multa peccata cecidi: ſic et in multa plura cecidiſſem niſi me conſeruaſſes. Tribus autē modis a peccato me memini cōſeruatū. ſ. occaſiōis ſubtractione. reſiſtendi peccato data virtute: ⁊ affectionis ſuauitate.

In multa enī peccata cecidiſſeꝫ. ſi data eſſet occaſio: ſed dei miſeratiōe nō me talis opoꝛtunitas appꝛehendit. In multa paulominꝰ cecidiſſem grauiter īpulſus violentia tēptationis: ſed virtutē dediſti michi vt ſub me eſſet appetitus meus et ei quaꝫ ſentiebaꝫ concupiſcentie nimie nullatenus conſentirem. Sed ꝯa quibuſdaꝫ peccatis tā lōge fecit me miſeratio tua dn̄e vt penitus abhominarer ea: et ne vlla quidē earuꝫ tēptatio me moleſtaret. tanq̄ ſtercoꝛa abhominabiliſſima reputarē. Oſtendiſti michi dn̄e deus meꝰ bene viuendi viaꝫ: das gradiendi ī ſciētiā. Magnum eſt etiā dn̄e hoc ꝙ multa michi anteq̄ te poſſem velle aut noſcere bona contuliſti: non ſolū ante: ſed poſtq̄ ſciui ⁊ potui. te petere te querere. te deſiderare. tibi inherere gratuita bonitate tua non petenti non querēti non deſideranti: ſed et ꝑuipendenti vel etiā contempſiſti tua mihi bona largitus es. Magnū eſtimo et illud fuiſſe beneficium: quod angelū pacis ab ortu natiuitatis mee ad me cuſtodiendū vſqȝ in finem meum mihi dediſti. Unde Hieronimus ſeruus tuus ſic ait. Magna dignitas aīarum eſt: vt vnaqueqȝ habeat ab ortu natiuitatis ad cuſtodiam ſui angelum delegatum. Magna igitur ſunt & multa atqȝ innumerabilia bona que michi feciſti dñe deus meus de quibus ſemper mihi dulce erit cogitare ſemper loqui ſemꝑ gratias agere vt te laudē te amē ꝓ oībus beneficijs tuis et plus propter teipm̄ ꝙ ꝓ beneficijs tuis. Quid hec ergo omnia facient diligenter conſiderata: niſi vt conſiderantis animū ab omni penitus amore prauo abſtractum: ad te domine ieſu diligendum qui hec contuliſti mirabiliter rapiant et vehementer afficiāt. Jubes te diligi: da quod iubes & iube quod vis. Non enim volentis neqȝ currentis: ſed tui miſerentis eſt vt diligamꝰ te. Tuū eſt enim hoc donū dñe: cuius eſt omne bonum. Nunc ergo o ignis qui ſemper ardes et nunꝙ extingueris: o amor qui ſemꝑ ferues et nunꝙ tepeſcis accende me. Accende inꝙ me totum ad te: vt totus diligā ſolum te. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat qđ non ꝓpter te amat. Diligam igitur te dñe: qm̄ tu prior dilexiſti me.

De modo meditandi ſiue regraciandi ſuper eius paciētia & lōganimitate qua hucuſqȝ nos enim grauiter offendentes patienter ſuſtinuit & qđ nullū debet eſſe momentū quo ipm̄ nō habeamꝰ in memoria. Ca. xxiij.

O Fortiſſime magiſter potens deus pōderator ſpirituum vniuerſe carnis: cuius oculi ſuper omnes vias filiorum adam a die natiuitatis eorum vſqȝ in diem exitus eorum: vt reddas vnicuiqȝ ſecundum opera ſua bona vel mala: quā miram erga me miſerū & execrabilem peccatorem extendiſti patientie & pietatis tue longanimitatem in hoc ꝙ meas hucuſqȝ tam patienter ſuſtinuiſti iniquitates. Quas igitur et quales gratiarum actiones debeo tibi referre ꝓ eo ꝙ nō ſecundum iniquitates meas: mihi retribuiſti ꝙ me terra non obſorbuit: nō me celum fulminauit non me ignis combuſſit nō flumina ſubmerſerunt nec aliqua alia pena vel morte prout eram dignꝰ mulctaſti me. Cū enim peccando a te recederem: non ſolum iram tuam ꝓmerui: ſed etiam omnem creaturam tuam aduerſum me excitaui. Nam ſi ſeruus quiliꝫ a domino ſuo recederet nō ſolum ipſum dominū ſuum exacerbaret: ſed etiam totam eius familiam iuſte irritaret. Cū ergo te deū creatorem oīm offendi omnem creaturam ꝙtum ſpectat ad meritum meū cōmonui: ita vt merito pro te pugnaret aduerſum me totus orbis terrarū. Poſſet terra dicere mihi. Non debeo te ſuſtinere: ſed potius abſorbere: quoniam a creatore meo non timuiſti peccando recedere et inimico adherere. Poſſet et ſol dicere. Non tibi debeo ad ſalutem lucere: ſed ad vindictā domini mei qui eſt lux lucis & fons luminis penitus radios meos tibi abſcondere. Sed ꝙ omnis creatura ad vlciſcendam tantam iniuriam creatoris ſui poſſet mihi conſimiliter dicere: niſi eius impetum ipſe cohiberet qui eam condidit: qui non vult mortem peccatoris: ſed vt conuertatur et viuat. Oportet ergo me domine tāto magis ſub potenti manu tua humiliari: tātoqȝ magis me tibi gratioſum et deuotum ad tibi ſeruiendum exiſtere proportionē: ꝙto me de tantis beneficijs tuis obligatiorem conſpicio in reddenda ratione: ne diu dilata vindicta tanto acrius adueniendo mala mea puniat: ꝙto diutius tolerauit quod punire potuit. Nūc igitur lux anime mee: deus vita mea lumen oculorum meorum per quod video tu illuminaſti me & cognoſco te quia viuo per te. Gratias tibi ago licet viles et exiles et beneficijs tuis impares: quales mea fragilitas habet offero: quoniam tu es ſolus deus meus creator meꝰ benignus: qui amas animas domine et nichil odiſti eorum que feciſti: ſed diſſimulās peccata hominum: dans eis locum penitentie. O quotiens auertiſti oculos tuos a peccatis meis quaſi nolens aduertere: ꝙuum delinquerem. Benigniſſime igitur pietati tue cōfiteor beneficia tua magna: quoniam eripuiſti me de inferno ſemel ſecundo & tertio et milleſies. Et ego ad infernū tendebam & tu ſemper me reducebas. Et me iuſte millies dāpnaſſes ſi voluiſſes: ſed noluiſti: qr amas animas & diſſimulas peccata ꝓpter penitentiam domine deus meꝰ. Dum ergo video hec domine deus meus et cognoſco per lumen tuum deficit anima mea in mīa tua magna ſuper me qm̄ eripuiſti animā meā ex inferno inferiori & me reduxiſti ad vitam. Totꝰ erā ī morte: totū me reſuſcitaſti. Tuū igitᷣ ſit totū qđ viuo & totus totū meū offero. Totus ſpūs meus totum cor: tota vita mea viuat tibi: qm̄ tu totum me liberaſti:

vt totū me poſſideas. Totū me feciſti vt totū me te habeas. Diligam te dñe virtꝰ mea diligam te ineffabilis exultatio mea. vt viuat iam non michi. ſed tibi. tota vita mea: qꝛ perierat miſeria mea. que ſuſcitata eſt a miſericoꝛdia tua: quia tu es deus miſeratoꝛ et miſericoꝛs ꝛ multe miſericoꝛdie in milia hijs qui diligunt nomen tuū. Jcirco dñe deus meus ſanctificatoꝛ meus iuſſiſti in lege tua vt diligā te toto coꝛde meo. tota mente mea. tota aīa mea. tota foꝛtitudine mea. ꝛ ex oībus viribꝰ meis ꝛ ex intimis medullis coꝛdis mei ac oībus hoꝛis et momentis quibus fruoꝛ miſericoꝛdie tue: quoniā ſemper perirē niſi quia ſemper me regis. Semper morerer: niſi quia ſemper me viuificas: et omi momento me obligas: dū omni momento ex miſericoꝛdia tua magna beneficia michi pꝛeſtas. Sicut ergo nulla eſt hoꝛa vel punctus in oī vita mea in quo beneficio tuo nō vtar: ſic nullum debet eſſe momentū quo te non habeat ante oculos memoꝛia mea et te non diligam cum foꝛtitudine mea. Sed hec implere non valeo. niſi tu dederis michi cuius eſt oē donū bonum. et omne datum optimū diſcendens a patre luminū. apud quē non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbꝛatio. Poſt hec domine deus meus dediſti michi continentiā. continentiā dico non tantū a luxuria: ſed a ceteris quoqꝫ ſicut neceſſe eſt vicijs ꝛ peccatis. Nā qui aliquando vix per triduū continebam: poſtea auxiliante tua gratia: potui per longū tempus continere. Ex hoc ergo inuenio: vnde merito exclamare poſſum. Quia feciſti michi magnā qui potens es. Nunc igitur o anima mea ſciamus que a deo donata ſunt nobis: ac per hoc diligamus eum amplius: qui hanc continentie virtutē tribuit nobis. Dño enī in dño faciamus hanc virtutem. et ipſe ad nichilum deducet tribulantes nos. Ipſe enī eſt qui non modo carnem noſtrā cum vicijs ꝛ concupiſcentijs. ſed etiam pꝛeſens ſeculum neqꝫ cū curioſitatibus ꝛ vanitatibus ſuis etiā et ipſum ſathanam cum tēptationibus ſuis conteret ſub pedibus noſtris. Poſt hec dediſti michi dñe deus gratiā pꝛomerendi bona vite eterne quā gratiam maxime in tribus conſtare arbitroꝛ. In odio maloꝝ pꝛeteritoꝝ. in contēptu pꝛeſentiū bonoꝝ: ꝛ in deſiderio futuroꝝ. Deinde dediſti michi ſpem eadē obtinendi. Tria enī ſunt que roboꝛant ꝛ confirmant coꝛ meū: vt nullā me penuria meritoꝝ. nulla conſideratio pꝛopꝛie infirmitatis ſeu vilitatis. nulla eſtimatio celeſtis beatitudinis. de celſitudine ſpei deicere poſſit. in ea firmiter radicatū. Tria nāqꝫ conſidero: in quibus tota ſpes mea conſiſtit. ſ. caritatē tue adoptiōis. veritatē tue pmiſſionis: ꝛ poteſtatē tue reddicionis. Murmuret iam quantū voluerit inſipiens cogitatio mea dicens. Quis es tu aut quanta gratia quibus ve meritis hanc obtinere ſperas: Et ego fiducialiter reſpondebo. Scio cui credidi: ꝛ certus ſū quia tu deus in caritate nimia adoptaſti me: ꝛ quia verax es in pꝛomiſſione. ꝛ quia potens es in exhibitione. Pꝛo hijs ergo merito mihi dñe deus meus diligendus es. O ꝙ iocunda facie michi ſeculo abrenūcianti iheſu bone occurriſti. quibus delicijs eſurientē paviſti. quas miſerationū tuarū diuicias oſtendiſti quos iſpiraſti affectus. quo me caritatis poculo debꝛiaſti. Magnū fuit ꝛ hoc ꝙ me fugientē ꝛ tibi rebellē ſola tua miſeratione vocaſti. ac ſpiritualiū conſolationū expertē nō reliquiſti. Si enī temptabar tu me ſuſtinebas. ſi periclitabar. tu me erigebas. ſi contriſtabar tu me confoꝛtabas. ſi fluctuabam tu me ſolidabas. Quotiens pꝛe timoꝛe areſcebā: tu pius conſolatoꝛ aſtabas. quo quotiens eſtuabā pꝛe tioꝛe. te viſceribus meis infundebas. O quotiens pſallentē vel legentē ſpiritualiū ſenſuū me lumine perluſtrabas. quotiens oꝛantē in quoddā tui deſideriū ineffabile rapiebas. quotiens mentē meā a terrenis ſubtractā. ad celeſtes delicias ꝛ paradiſiacas amenitates tranſpoꝛtabas.

Taceo multa ꝛ magna miſericoꝛdie tue circa me opera ne aliquid gloꝛie que totaliter tua eſt: ad me videatur tranſire. Ita enī ſecundū eſtiationē hominū ſibi coherent gratia dantis. ꝛ felicitas recipientis: vt non ſolū laudetur qui ſolus laudandus eſt ipſe. ſ. qui dedit. ſed etiā ille qui recipit. Quid enī habet aliquis quod non accepit. aut qui gratis acceperit. quare laudatur velut pꝛomeruit. Tibi ergo laus deus meus. tibi gloꝛia. tibi gratiarū occaſio: michi aūt confuſio faciei mee. ꝛ qui tot mala feci: ꝛ tot bona recepi. Jtē alia ſunt que tu dñe deus meus miſericoꝛditer ignoſcis. alia que affluenter tribuis. Ignoſcis ꝛ remittis mala noſtra. largiris ꝛ donas nobis bona tua. Sēper pꝛeſto es ad ignoſcendū: paratꝰ ad largiendū. hinc piꝰ hinc largus: vbiqꝫ benignꝰ. vbiqꝫ bonꝰ. O qualis pietas: quam ſuperare non pōt vlla impietas. Si enī magnum eſt nil pmerentibꝰ magna ⁊ multa ſpendere. quantũ quale de erit tribuere bona: ꝓmerentibus mala. Cõfiteamur ergo et neceſſe eſt mala noſtra: confiteantur bona ſua. Cõfiteamur a nobis eſſe mala noſtra. vt pie cognoſcat: ꝯfiteamur ab eo eſſe bona noſtra vt cõſeruet ⁊ augeat. Hec o aĩa mea inceſſanter agam⁹ ne ingrati appaream⁹ ⁊ indulta venia vel gratia conceſſa hec inq̃ agam⁹ vel agat qui ſe credit vel cupit eſſe amatorẽ dei ver⁹ enĩ amor ſemꝑ cõfitetur. Sed q; dñe ieſu nẽo ſuis virib⁹ nemo ſuis meritis. ſine tua gratuita gratia te valet diligere id̃ te deꝑcor o ſuauiſſime vera gloria. vre igne tuo renes meos ⁊ cor meũ: ne amodo ſicut hucuſq; tepidus tibi inueniar ⁊ ingrat⁹. Amodo o bõe iheſu ne recedas a me ſed infunde q̃ſo te viſcerib⁹ aĩe mee. vt ſenciam te. Reple mentẽ meã amore tuo dulciſſimo vt cuncta obliuiſcẽs. ⁊ te ſolũ cõplectens: exultẽ ⁊ gaudeã in te deo ſalutari meo Veni igitur in me dñe deus me⁹ ⁊ dilata cor meũ vt capaci⁹ fiat ad percipiendũ amorem tuũ. Quanto enĩ quis capacior eſt: tanto caritas ãplius eſt ⁊ capit ĩ ipſo ⁊ ſapit. Adhuc nãq; nõ perueni ad tantũ amorẽ tui ad quãtũ peruenerũt patres mei. q̃ etiã multa alia fecerũt vtilia. Unde valde in conſpectu tuo erubeſco: ⁊ cõfundor in meipſo. Eya ergo o eterna ⁊ amabilis dilectio q̃ nos ab ymis eleuas. ⁊ diuine maieſtati tam crebro captiuũ repreſentas veni in me. dilecte mi. q̃cũq; habui pro te dedi. ſed ⁊ habenda reſpui. vt manſionẽ habeas in aĩa mea ⁊ conſoleris eã nec me aliquando deſeras: quẽ tanto tui deſiderio cernis flagrare. Ecce in te ẽ oẽ deſideriũ meum. ad te ſuſpirat aĩa mea tibi ſitit caro mea: ⁊ nõ aperis michi. imo auertis faciem claudis oſtiũ tuũ tranſis atq; declinas. Interim tñ amatores tuos a cunctis terrenis rapis. Supra oẽm veri mũdialis appetitũ ſuſcipis. ⁊ tui amoris capaces efficis ⁊ in amãdo efficaces. Quãobrem in canoro ſpũali ex incẽdio exilienti: laudes tibi offerũt et amoris iaculũ ſentiũt cũ dulcore. O mellifluus ardor. oĩbus apibus dulcior: oĩbus delicijs delectabilior. o deus meus. o amor meus illabere michi in tua caritate perforato in tua pulchritudĩe vulnerato. Illabere inq̃ et languentem conſolare, medicina: tu miſero oſtende te amanti. vt dũ tuis ãplexibus iugiter inherere intereſſeq; ardentiſſime deſidero: ita michi tribuas te amare in te quoq; q̃eſcere. vt in tuo regno ſine fine merear te videre. Amen.

¶ Quod multum debem⁹ excitari ad amãdũ deũ ex eo quod dignat⁹ eſt propter nos noſtrãq; ſalutem incarnari.. Cap. xxiiij

A Quid enim ſic hoĩem excitare põt ad te dñe iheſu feruenter diligendũ: q̃ tu⁹ preueniens amor tãq; vehemens ad hoĩem vt hõ propter hoĩem velles fieri veniſti nãq; de corde patris: in vterũ virginis. veniſti a ſummo celo in inferiores partes terre. O ineſtimabilis dignatio et penitus inexcogitabilis. q in carceris huius horrorẽ fetorẽq; noſtre mortalitatis: tanta deſcendere dignata eſt celſitudo. Mira querentis dei dignatio. mira dignitas hoĩs ſic queſiti in qua ſi gloriari voluerit: non erit inſipiens. non q aliquid eſſe videat tanq̃ a ſemetipſo: ſed q tanti eũ feceris ipſe. Quicquid enĩ boni habeo vel habui vel habiturus ſũ: a te ſũmo bono eſt a quo oẽ quod bonũ dr̃. et eſt et procedit. Conſidera nunc diligenter o aĩa mea quã ob cauſam deus dei filius incarnari dignatus eſt. Quare inq̃ putas imo non putas. ſed credis dei filiũ ſeipſum exinaniſſe. formãq; ſerui induiſſe: niſi ꝓpter nos hoĩes et ꝓpter noſtrã ſalutẽ quã operatus eſt in medio terre. Oẽs enĩ nos in adã primo parente peccauim⁹ atq; in eo ſententiã dãpnationis excepim⁹ ſeu incurrimus oẽs vñ cõſtat q hõ diabolo de iure debebatur qui ſi nõ redimeretur ſine dubio cũ diabolo dãpnarẽt. Venit ergo benigniſſimus ſaluator ac medicus aĩarũ et deſcendit ab altitudĩe ſua et claritatẽ ſuã infirmis oculis noſtris tẽperauit. velut in laterna quadã illo vtiq; glorioſus et ab oĩ labe puriſſimo corpore quod ſuſcepit de virgine. Venit ergo non in inicio. nec ĩ medio tẽporis. ſed in fine. Nec incõgrue factus eſt hõ. ſed vere ſapienter diſpoſuit, ſapientia. vt cũ magis eſſet neceſſariũ tũc primo ferret auxiliũ pronos ad magnitudinẽ ade filios non ignorans vere enĩ aduesperaſcebat. et inclinata erat iã dies receſſerat paulominus ſol iuſticie ita vt exiguus nimis ſplendor eius aut calor eſſet in terris.

Nam et lux diuine noticie parua admodum erat. et abundante iniquitate: feruor refriguerat caritatis. Iam non apparebat angelus. non loquebatur propheta. ceſſabant velut deſperatione victi: pre nimia vtiq; duritia hominum et obſtinatione. At ego ait filius tunc dixi. Ecce venio. Sic dum medium ſilentium tenerent omnia. et nox in ſuo curſu iter peragēret: oīps ſermo tuus dn̄e a regalibus ſedibus venit. Qui quamuis in propria venerit qui oīa continet: conſidera tñ o aīa mea que circa ipſum gerunt et videbis ꝙ quicqd circa ipſū vel ipſius genitricē impendebat officij: nō tantū pauperrimū extitit ſed etiā quaſi alienū. Et de quo dicebatur quis de⁹ magnus ſicut deus noſter ⁊ magnitudinis eius non eſt finis iā non predicatur magn⁹ dn̄s ⁊ laudabilis nimis: ſed paru⁹ dn̄s ⁊ amabilis nimis. Stat perterrita tantis miraculis regina celorū conferens in corde ſuo ſalutationē archangeli. conceptionē dei natiuitatē pueri: et miratur ꝙ ille qui ſic potuit ad nos venire: noluit ſibi ſubuenire. Dependet namqꝫ ad matris vbera ponitur in preſepio ligatꝰ in cunis. pannis inuoluitur ⁊ laxatis faſciolis felices manus ⁊ ſancta brachia ꝑ cunarū paruitatem expandunt. Nulla ibi dom⁹ ambitio vbi reclinatoriū in ſtabulo mater in feno: fili⁹ in preſepio. Tale elegit mūdi fabricator hoſpiciolū. Genitrix eſt obſtetrix. ⁊ deuota dilecte ſoboli: ipſa exhibet clientelā. attrectat amplectit. iungit oſcula porrigit mamā: totū negociū plenū eſt gaudio. Magna itaqꝫ eſt mihi hec dulcedo ⁊ incōparabilis atqꝫ pietas ineffabilis vt deū qͥ creauit me: videā puerū creatū ꝓpter me. deuſqꝫ maieſtatis ⁊ glorie non ſolū ſimilis michi fiat corporis veritate. ſed etiam miſerabilis ⁊ velut hūana indigens ope appareat etatis infirme. O duricia cordis mei. Quid igit̄ dormitat tua affectio imo non dormitat. ſed mortua eſt vt te lucrificaret. vt te ad amorē ſuū attraheret oēm plenitudinē diuinitatis in hoīem trāſfudit. Obſtupeſce igitur o aīa mea tanta ꝓpter te bn̄ficia exhibita ⁊ ad tanta bn̄ficia tua hac uſqꝫ ingratitudo erubeſcat. qꝛ ipſe deus dei fili⁹ tuā naturā ſue diuine voluit aſſociari i vna ꝑſona nunq̄ ab eo ſeparandā in ſignū amoris vt ſicut ſaltē eū amares a quo te agnoſceres ſic amari. Magna ſunt hec dn̄e deus me⁹ que michi cōtuliſti bn̄ficia pro qͥbus merito michi diligendus es ⁊ ſemꝑ laudandus. O bone iheſu veni in cor meum: ⁊ inebria illud dulcore tuo. O amor eterne inflāma animū meū ad te amādū iugit̄ i me manēs i tua dulcedīe. qꝛ ſola tui ꝑſentia michi ſolatiū ē. ⁊ ſola tui abſētia me triſtē relinqt. O ſctē ſpūs qͥ vbi vis ſpiras. veni i me ⁊ rape me tibi. Immuta naturā quā creaſti melliſluis munerib⁹ vt in tuo delicato abſorpta gaudio: abiciat ⁊ deſpiciat oē ꝙ eſt i hoc mūdo. Spiritualia cariſmata te donante accipiat. ⁊ in ſonū celicū letans qͥeſcat. Veni ꝑ caꝝ o dulcedo deſideratiſſīa. veni dilecte mi tota cōſolatio mea. aīe mee languēti pro te melliſluo ardore illabere calore tuo penetralia cordis mei incēde. ⁊ itima queqꝫ luce tua illuſtrando: dulciſluo amoris iubilo vniuerſa mētis ⁊ corporis depaſce quatin⁹ valeā te feruenter diligere tibiqꝫ obſequiū tam cōtinuū et tam gratū vſqꝫ in finem exhibere. vt merear tua gratia opitulante ad illa ineffabilia ⁊ interminabilia gaudia peruenire: que ꝑparaſti diligentibus te. Amen.

¶ Quod meditatio paſſionis dominice magis nos accendit ad ipſum diligendum quā cetera bn̄ficia nobis exhibita. ⁊ quod quicqd tribulationis patimur ſuaue erit nobis: ſi ipſi⁹ iniuriarū itime recordemur. Ca. xxv. A

Verum autē eſt ꝙ me plus oib⁹ ꝑdictis bn̄ficijs accendit vrget mouet. et ꝓmouet ad te dn̄e ieſu diligendum. Super oia inq̄ amabilē te michi reddit o bone iheſu ignominioſa mors illa ⁊ amara: quā ſuſtinuiſti pro redēptione noſtra hoc ſolū omnino totā vitam noſtrā totū laborē noſtrū obſequiū noſtrū ⁊ amorē noſtrū facile ſibi vendicat. Totum hoc inq̄ eſt quod deuotionē noſtrā ꝑexcitat in melius ⁊ intrat ſuaui⁹ ⁊ auget amplius. Multū quidē o bone iheſu in hoc ope laboraſti. nec in oī fabrica mūdi tantā fatigationē ſuſtinuiſti. De mundo eni et de hijs q̄ in mūdo ſunt dixiſti et facta ſunt. mandaſti et creata ſunt. At vero ꝓ redemptione hūani generis: magnos et varios et multos et diuturnos ſuſtinuiſti labores et dolores. Ecce quomō nos dilexiſti: qͥ nulla tui neceſſitate. ſed ſola caritate tā dura. tam dira. et tam indigna. benigne ꝓ nobis ſuſtinuiſti. Nam in dictis tuis ſuſtinuiſti contradictores in factis obſeruatores. in tormentis illuſores: et in morte exprobatores. O duri indurati et obdurati filij adam: quos non emollit tanta benignitas: tam ingens ardor amoris. tā vehemens amator qͥ pro vilibus ſarcinulis tā precioſas merces expendit. O duricia cordis mei ad dignationem tantā tā inopinatam. Sꝫ magne caritatis ſit animā pro amicis dare: multo maioris caritatis eſt indiciū pro inimicis animam ponere. Nā cū eſſemus inimici deo: reconſiliati ſumus per mortē tuā o bone et dulcis iheſu. Vix autē pro iuſto quis moritur tu aūt pro impijs mortuus es. iuſtus ꝓ iniuſtis vt nos offerres deo et exul a celis fa ctus: ut nos reportares ad celos. O quam ineffabilis pietas. O quam inestimabilis dulcedo caritatis. O quam stupenda caritatis dignatio fuit te deum et dominum maiestatis pro homine hominem fieri. te deum pro homine carne mori temptatum per omnia pro similitudine absque peccato. Sed numquid o anima mea non valuit opus suum reparare absque ista difficultate valuit sed maluit cum iniuria sui. ne pessimum atque odiosissimum vicium magnitudinis ultra reperiret in homine. Quid enim dicebat homo creatus et ingratus. Gratis quidem conditus sum: sed nullo auctoris gravamine vel labore. Si quidem dixit: et factus sum quemadmodum et universa. Quid magnum est quamlibet magne quod in verbi facilitate donaverit. Sic beneficium creatoris attenuat humana impietas. et ingratitudinis materiam unde sumebat: unde amoris causam habere debuerat. idque ad excusandas excusationes in peccatis. Sed iam luce clarius patet quantum pro te o homo dispendii deus fecit. Nam de domino servus de divite pauper: caro de verbo et de dei filio. filius hominis fieri non despexit. Et qui semel tantum et non solum dicendo hominem fecit. in reficiendo seu redimendo profecto et dixit multa et gessit mira: et pertulit dura. Nec tantum dura sed etiam indigna. Quid igitur invenisti in me domine deus meus quod me diligeres. et tantum diligeres ut mori velles pro me. Quid talem invenisti in me pro quo tam dura et tam dira sustinere voluisti. Vis scire o homo quantum debeas redemptori tuo domino iesu christo. Certe debes ei omnem vitam tuam: quia ipse vitam suam posuit pro vita tua. et cruciatus amaros sustinuit: ne tu sustineres eternos. Quid tibi durum aut dirum vel grave esse poterit ad sustinendum pro eo: cum recordatus fueris. quod ipse qui erat in forma dei in die eternitatis sue in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus splendor et figura substantie dei venit ad carcerem tuum. ad limum tuum. infixus ut dicitur in limo profundi: usque ad cubitos. Quid non suave tibi ad paciendum pro illo videbitur cum colligis omnes amaritudines domini tui et recordatus fueris. Primum quidem infantilium illarum necessitatum deinde laborum quos pertulit predicando. fatigationum in discurrendo. vigiliarum in orando. lacrimarum in compaciendo. misericordiarum in colloquendo. postremo periculorum in falsis fratribus conuitiorum sputorum. colaphisorum subsannationum clavorum horumque similium que ad salutem nostri generis. xxx. et tribus annis operatus est in medio terre. O quam indebita miseratio: quam gratuita et probata dilectio. quam inopinata dignatio. quam stupenda dulcedo. quam invicta mansuetudo: regem glorie pro despicatissimo vermiculo crucifigi. Quid igitur tibi domine ihesu retribuam pro omnibus que retribuisti michi. In primo enim opere me michi dedisti: et me michi reddidisti. Datus vero et redditus me pro me debeo et bis debeo. Sed quid tibi domine retribuam pro te. Nam si me milies rependere possem quid sum ego ad te deum et dominum meum. Vide ergo o anima mea quomodo in me quam sine modo a nobis amari meruerit: qui prior dilexit nos. tantus et tantum et gratis tantillos et tales. Quid igitur tibi domine ihesu retribuam. Nonne si conferrentur in me omnes vite filiorum Adam. et omnes dies seculi et labores omnium hominum qui fuerunt sunt et erunt. nichil esset ad comparationem tui corporis. quod spectabile quod stupendum virtutibus etiam superius in conceptu de spiritu sancto. in ortu de virgine. in vite innocentia. in doctrine fluentia. in coruscationibus miraculorum: in revelationibus sacramentorum. Nonne vides o anima mea quod sicut exaltantur celi a terra sic exaltata est vita ipsius a vita nostra que tamen posita est pro vita nostra. Sicut enim nichil ad aliquid nullam habet comparationem: ita et vita nostra nullam habet ad vitam ipsius proportionem: cum vita sua dignior: nostra vero miserior esse non possit. Cum igitur tibi domine ihesu devoveo quicquid sum quicquid possum. in me sic est. sicut stella ad solem. lapis ad montem. gutta ad flumen. granum ad acervum. Amplectatur anima mea te domine ihesu christe crucifixum: sumat tui dulcissimi sanguinis haustum. Occupet memoriam meam hec suavis meditatio ne ex toto eam oblivio obscuret. Iudicem me nihil scire nisi dominum ihesum christum et hunc crucifixum: ne scientiam meam a fidei soliditate vanus error abducat. Quicumque igitur ad contemplationis dulcedinem nisi per istud ostium voluerit intrare: furem se reputet et latronem. Et sciendum quod tria sunt contemplationis genera: duo principalia. s. contemplatio maiestatis dei et contemplatio celestis curie pro-

pter perfectos. Tertium vero eſt contēplatio humanitatis ſeu paſſionis chriſti: que tanq̃ facilior non ſolum perfectioribus verum etiam incipientibus et rudibus ſeu imperfectis ꝓponitur intuenda que tamē rectius ꝓprius debet meditatio q̃ cōtemplatio nominari: quia de rebus corporalibus eſt: ſcilicet de actionibus xpi ſm humanitatē: vñ ſcire debes ꝙ hanc contemplationē nō oportet ꝙ vita actiua precedat. nam in ea ſicut in actiua: et a vitiis purgamur ⁊ virtutibus imbuimur. Et
A notandum ꝙ duo ſunt in nobis purgāda. ſ. intellectus et affectus: intellectus vt nouerit affectus vt velit. Intellectus vero tunc deprimitur: cum multa cogitat cum non colligit ſe circa vnam ⁊ vnicam meditationē que cōcipit de ciuitate illa cuius participatio eius in idipſum. Affectiones vero que corpore corrupto diuerſis paſſionibus afficiuntur mitigari nunq̃ poſſunt ne dicā ſanari: donec voluntas vnum querat ⁊ tendat ad vnū. Sed xps intellectū illuminat: xps affectum purgat. venit enim filius dei et tot ⁊ tanta mirabilia in mundo operatus eſt: vt nō immerito intellectū noſtrū ab oib⁹ mūdanis rebus euocauerit: vt ſemꝑ cogitemus et nunq̃ cogitare ſufficiamus: quia mirabilia fecit. Quis ergo cogitare ſufficiat qualiter oim rerum dominus preuenerit nos: venerit ad nos: ſubuenerit nobis: ⁊ ſingularis illa maieſtas voluerit mori vt viueremus: ſeruire: vt regnaremus: exulare vt repatriaremus ⁊ vſq; ad ſeruiliſſima operā inclinari: vt cōſtitueret nos ſuper omnia ſua: vnde nobis in his tenebris veritas: vnde caritas in hoc ſeculo niſi q̃. Putas erit qui intellectum illuminet qui inflāmet affectum. Erit ſi conuertamur ad chriſtum: vt velamen de cordibus auferatur. Quapropter o bone ieſu conuerte nos ad te ⁊ cōuertemur. Sana me domine et ſanabor: ſaluum me fac et ſaluus ero. Illumina queſo intellectum, inflamma quoq; affectum et doce me querere te et oſtēde te querēti: quia nec querere te poſſum niſi tu doceas: nec inuenire niſi tu oſtendas. Vſquequo ergo obliuiſceris me: vſquequo auertis faciem tuam a me. Quando reſpicies et exaudies me. Quando illuminabis oculos meos: et oſtendes mihi faciem tuam. Quādo reſtitues teipſum mihi. Reſpice domine et exaudi ⁊ illumina nos et oſtende nobis teipſum. Reſtitue te nobis vt bene ſit nobis ſine quo tā male eſt nobis.

Menſura labores et conatus noſtros ad te quia nihil valemus ſine te. Iuuitas nos: adiuua nos. Obſecro domine ne diſperē ſuſpirādo: ſed reſpirādo. Obſecro domine amaricatum eſt cor meum ſua deſolatione: indulcora illud tua conſolatiõe. Obſecro domine eſuriens incepi querere te ne deficiam ieiun⁹ de te. Famelicus acceſſi: obſecro te ne recedā impaſtus. Pauper veni ad diuitē: miſer ad miſericordem: ne recedam vacuus et contemptus. Cum enim in cūctis operibus tuis ſis mirabilis: mirabilior tamen eſſe crederis in viſceribus pietatis. Nullum enim ſpernis: nullum abiicis neminem perhorreſcis: niſi forte qui te amēs perhorruerit. Domine incuruatus ſum: nec poſſum niſi deorſum aſpicere. Erige me: vt poſſim ſurſum intendere: liceat mihi lucem tuam ſuſpicere: vel de longe vel de profundo. Querā te deſiderādo et deſiderem te querēdo. Inueniam amādo: amē inueniendo. Fateor domine ⁊ gratias tibi ago: quia creaſti in me hanc ymaginem tuam: vt tui memor te cogitem te amē. Sed ſic domine hec eſt ymago abolita attritione vitiorum: ſic eſt obfuſcata fumo peccatorum: vt non poſſit facere ad quod facta eſt: niſi tu renoues et reformes eam. Nunc igitur o domine ieſu o deus verbū per quod facta ſunt omnia. Verbū quod dixiſti in ꝑncipio fiat lux et facta eſt lux: dic queſo etiam nunc fiat lux et facta ſit lux: vt videam ⁊ cognoſcam quicquid non eſt lumen: quia ſine te mihi tenebre lumen: et lumen tenebre ponentur: ⁊ ſic ſine tua luce non eſt veritas nō eſt diſcretio: ſed adeſt confuſio: adeſt ignorātia: non eſt ſcientia: adeſt cecitas non eſt via adeſt inuium: non eſt vita: adeſt mors. Dic ergo verbum: dic domine fiat lux vt videā lucem et vitem tenebras videam viam: et vitem inuium: videam veritatem: et vitem vanitatem. Illuminare domine lux mea illuminatio mea et ſalus mea quem timebo. deus meus quem laudabo: deus meus quē honorabo: pater meus quem amabo: ſponſe meus cui me ſeruabo. Illuminare inq̃ illuminare lux huic ceco qui in tenebris et in vmbra mortis ſedet: et dirige pedes eius in viā pacis: per quā ingrediar locū tabernaculi admirabilis vſq; ad domū dei: in voce exultatiõis ⁊ confeſſiõis ego autē creatura tua ſub vmbra alarum tuarum ſperabo in bõitate tua quia creaſti me diuina creaturā quā creauit benignitas tua. Non pereat mea miſeria ſeu malicia quod operata eſt bonitas et clementia tua. Creaſti me dñe: rege quod feciſti: opera manuum tuarum ne deſpicias. Sicut eñi dum nō eram de nichilo me feciſti: ſic ſi me nō regis adhuc in nichilum redigar in me. Non mea merita non mea gratia coegerunt te vt me creares: ſed benigniſſima bonitas tua et clementia tua. Illa ergo caritas domine deꝰ meus que te ad creationem coegit: ipſa te q̄ſo etiā modo cogat ad regendum. En ad te ſuſpiro creatura tua creatoꝛ es recrea me. En ad te gemens clamo factura tua. vita es refice me. Ad te reſpiro plaſma tuū plaſmatoꝛ es inſtaura me. Parce mihi dñe nihil eñi ſunt dies mei. Quid eſt eñi hō vt poſſit alloq̄ deū factoꝛem ſuum. Parce mihi colloquēti tibi ignoſce ſeruo qui ꝑſumit loqui deo ſuo Legē non habet neceſſitas: doloꝛ copellit dicere: et calamitas quā patioꝛ cogit exclamare. Egrotus ſum ad medicū clamo: cecus ſū ad vitam ſuſpiro. Tu es medicus: tu es lux tu es vita mea. Fons mie audi qui ad te clamat infirmū: lux que tranſis expecta tecum et pꝛebe manū vt ad te veniat ⁊ in lumine tuo lumen videat vita viuēs reuiuifica moꝛtuū Dñe ieſu ſuſcipe ſpiritum meū vita mea ſuſcipe animā meā. In me deficiam ⁊ i te ſubſiſtam vt te inueniam. Amen.

¶ Explicit quinta pars.

¶ Incipiunt capitula ſexte partis.

De notabili doctrina per chriſtum btē brigitte tradita ad tenendū vitā contēplatiuam ⁊ actiuā que per mariā ⁊ marthā deſignantur id eſt qualiter hō incipiat ⁊ pꝛoficiat in vita ſpirituali ⁊ virtutibus: vt aſcendat ad ſummū gradum ꝑfecti amoꝛis dei et pꝛoximi. Capitulum pꝛimum.
De quinq̧ notabilibꝰ a martha pꝛecipue obſeruandis Cap. ij.
Quod actiue vite due ſunt partes ⁊ ꝙ inter illas vita contēplatiua ſit media ⁊ ꝙ neceſſe ſit actiuā vitā ꝓcedere cōtēplatiuā. Cap. iij.
De vita purgatiua in qua neceſſe eſt vt quilibet diligētiſſime ꝑ vnū vel duos menſes vel amplius pꝛius ſe exerceat: quam contēplationi intendat. Cap. iiij.
Quod tria ſunt que inducunt hoiem ad cōtemplationis quietē ⁊ ꝙ ſeruus dei debeat nō aliter cogitare loqui et operari: ꝙ ſi deū videret: ſemperq̧ de ſua virtute deſperans et de dei pietate confidens: ⁊ ꝙ in ſpirituali aſcenſu non ſit quieſcendum. Cap. v.
Qualiter homo ad amoꝛem dei ſe excitet et igniat coꝛ ſuū: ⁊ quod dñs ipſe ieſus paratus ſit ſeipſum patri offerre milies in die ꝓ nobis Cap. vi.
Qualiter hō libēter coꝛ ſuū daret deo: ⁊ qualiter oꝛdinet cogitationes ſuas in deū: ⁊ qualiter ad opus ferueat Cap. vij.
Qualiter homo oꝛdinet vt deum perfecte diligat: ⁊ ꝙ niſi cōpati ſtudeamus xp̄o ⁊ membris eiꝰ nō poterimus cōregnare. Cap. viij.
Qualiter homo debeat in actione frui contemplatione. Cap. ix.
Quō quiſq̧ ad contēplationē āhelans debeat pꝛimo aīam ſuā ad dei ymaginē refoꝛmare ⁊ ꝙ ſenſum iſtius clauſule videlicet nihil ſū nihil habeo: nihil pꝛeter vnū non cōcupiſco opoꝛteat eum frequenter in mente reuoluere atq̧ ex conſideratiōe humilitatis xp̄i ſeipſum in ꝓfunda humilitate veraciter collocare ſeu fundare ⁊ qō quidā in bꝛeuioꝛi tēpoꝛe atq̧ minoꝛe coꝛpoꝛis afflictione diuinum merētur deguſtare amoꝛē: ꝙ alij qui longiꝰ et durius ſe affligunt. Cap. x.
De mūdi renunciatione ꝑ quā homo habet mūdū ſibi crucifixū ⁊ ipſe crucifigitur mundo et de caligine luminoſa in qua anima per gratiā a ſolicitudine et ſtrepitu mundi occultatur. Ca. xi.
Quid cauſat hanc noctē et de modo cognoſcendi quando homo eſt in hac nocte et quādo non ⁊ ꝙ qui voluerit laboꝛare et expectare in hac nocte vel obſcuritate: non diu erit abſq̧ lumine. Cap. xij.
Quod quiſq̧ donec ſenſerit ſe dei dilectioni habere debet opera ſua etiam bona quaſi ꝓ nihilo cōputare et qcare hō non dꝫ ſe ad voluntarias cōſuetudines imutabiliter obligare ⁊ de triplici dei dilectiōe. Cap. xiij.
Quod nullū dei donū eſt ita excellens ſicut donū dilectionis ꝑ quod illud maxime debemus petere et deſiderare ⁊ hoc donum quod eſt ſpirituſſanctus deſtruitq̧ in anima omne peccatum. Cap. xiiij.
Quod quilibet tā clericuſq̧ laicus poteſt verā ſapientiā attingere: que ab hoīe moꝛtali nō poteſt edoceri: et de triplici via veniendi ad deū q̄ eſt vera ſapientia. Cap. xv.
De moꝛtificatione interioꝛis hominis et de pꝛimo ⁊ ſecundo gradu eiuſdem moꝛtificationis. Cap. xvi.
De tertio ⁊ quarto gradu moꝛtificationis et ꝙ ad tertiū gradū quies ſolitudo ⁊ ſilentium multū nos habilitāt: ad quartū vero gradū quattuoꝛ ſpecialia requirunt̄ ſicut inferius declaratur. Cap. xvij.

Pars sexta

De quinto mortificationis gradu qui eſt ſui ipſiꝰ plenaria derelictio⁊ ꝙ neceſſe eſt hoīem totaliter ſeipſm̄ derelinq̄re. ſi deſiderat totaliter in deo quieſcere et ꝙ tribꝰ modis pōt qs ſeipſm̄ derelinq̄re. Itē de ſexto mortificationis gradu qui eſt ſui ipſius plenaria trāſcenſio et ꝙ tribꝰ modis in alienationē vel trāſcēſionem mentis abducimur. Cap. xviij.

De ſeptimo mortificatiōis gradu qui eſt deuote mētis in diuīa caligine ſpiritalis introductio. Cap. xix.

Qualiter homo veniet ad cognitionē aīme ſue et de tribus gradibus aſcenſionis ad dictam cognitionem. Cap. xx.

De quibuſdā introductiuis ad cōtēplationē extractis ex diuerſis deuotis tractatibus et precipue ex libro ſoliloquiorum beati auguſtini epiſcopi. Cap. xxj.

De diffinitione contēplationis et ꝙ ꝑ volūtariam paupꝫtatē cōtemplatiuus icipiat et qñ cognoſcat ſe habere ꝑfectionē⁊ ꝙ opteat prius diligenter in meditatiōe⁊ oratiōe exerceri: ꝙ̄ poſſit ꝑtingere ad ꝯtēplationē. xxij.

Item de vita contēplatiua et de diuerſis ꝑtibus cōtēplationis ſeu gradibꝰ ipſius. xxiij.

De tertia parte cōtēplationis ſcđm venerabilē walterū Hilton necnō ⁊ de pluribꝰ aliꝗs informatiōibꝰ et dictis bti Bernardi⁊ bonauēture ad cōtēplationē ꝑtinētibus⁊ de quattuor ꝯtēplationis īpedimentis. Cap. xxiiij.

De cauſis ꝓpter quas cōtēplatiuus reducit ſe in vitam actiuam. Cap. xxv.

Qualis debeat eſſe ꝑlatꝰ et ꝙ ſic ad dei amorem anhelet. vt tm̄ ꝓximorū curā non negligat et econuerſo et ꝙ ſtudeat plus amari ꝙ̄ timeri. Cap. xxvj.

De diſciplia ſeu correctiōe fraterna ⁊ de modo corrigendi et de his que incitare poſſūt ad correctionē libēter recipiendā. Cap. xxvij.

De pace et de eius cōmēdatiōe necnō et qualiter pax fraterna deperdita valeat recuperari et recupata firmiter cuſtodiri. Cap. xxviij.

¶ Explicīunt capitula ſexte partis.
Incipit eadem pars.

¶ De notabili doctrina per chriſtū beate brigitte tradita ad tenendū vitam contēplatiuā et actiuā que per mariā et marthā deſignantur id eſt qualiter homo incipiat et proficiat in vita ſpirituali et virtutibus: vt aſcēdat ad ſūmū gradū ꝑfecti amoris dei et ꝓxi. Cap. j.

¶

Tractatus de vita cōtemplatiua et actiua: libet ꝑmo iſerere duo capitula de ſexto libro reuelationum btē Brigitte extracta. vbi eandem Brigittā chriſtus ſic docet dicendo. Que ſunt vite inq̄t que aſſimulanē Marthe et Marie quas qui imitari voluerit: faciat primo purā cōfeſſionem de oībus peccatis ſuis aſſumēdo veram contritionē pro eis et habēdo volūtatē āpliꝰ peccata nō faciendi. Prima igitur vita quā teſtante dn̄o maria elegit: ducit ad contēplationē celeſtiū. hec eſt enī optīa pars dicta ſalutis eterne. Omnis igitur qui vitā marie tenere deſiderat: ſufficit ei ſolūmō neceſſaria corꝑis h̄ere ſcꝫ veſtes ſine oſtētatiōe: cibū⁊ potum in neceſſitate et nō in ſuꝑfluitate: caſtitatē⁊ ſine delectatiōe praua: ieiunia rationabilia iuxta eccleſie cōſtitutionē. Qui vero ieiunat attendat vt non infirmetur ex irrationabili ieiunio ne ex illa infirmitate oratiōes et ꝑdicatiōes diminuat. ſeu alia bona ex hoc omittat. quibus proximo et ſibi ꝗ ſi prodeſſe poſſet. Diligenter quoqꝫ examinet ſe ne tepidus fiat ex ieiunio ad iuſticie rigorem: vel remiſſus ad opera pietatis ad puniendos rebelles⁊ ad ſubꝗciēdos iugo fidei īfideles opꝰ eſt fortitudine tam corporali ꝙ̄ ſpūali. Ideo oīs infirmus qui magis ad honorē dei ieiunare vellet ꝙ̄ comedere: eque magnā mercedem habebit propter volūtatē bonā ſicut ille qui ieiunat rationabiliter ex caritate. Similiter qui propter obediētiam ſanctā comedit volēs magis ieiunare ꝙ̄ comedere. eandē mercedē habebit ſicut ille qui ieiunat. Secūdo maria non debet gaudere de mūdi honore. nec etiam dolere de eius aduerſitate ſed in hoc gaudeat: ꝙ impꝗ fiunt deuoti ꝙ mundi amatores fiunt dilectores. dei ꝙ boni proficiunt in bono: et decertando in ſeruitio dei fiunt deuotiores. Ex hec etiam doleat qui eſt maria ꝙ peccatores cadunt in deterius ꝙ deꝰ a creatura ſua non diligitur. ꝙ mandata dei contempnūtur. Tercio maria nō debet eſſe ocioſa ſicut nec martha ſed peracto ſompno ſuo neceſſario ſurgat⁊ regraciet deo ex cordis attentione qui oīa ex bonitate ſua creauit. ⁊ ex caritate ſua aſſumendo carnē: oīa receeauit offendẽs ꝑ passionẽ ⁊ mortẽ suã dilectionẽ suã ad hoiem q̃ maior esse nõ posset. Regraciet etiam maria deo ꝓ oibus q̃ iã saluati sunt: et pro oibus qui ĩ purgatorio sũt: et pro his omnibus qui adhuc in mũdo sunt: rogando humiliter deũ. vt vltra vires nõ permittat eos tẽptari. Maria quoq; sit discreta in oratione et in laudibus dei ordinata. Nã si habet necessaria vite sine sollicitudine: debet facere oratiões proliciores. Si vero ĩ orãdo attediatur et accrescunt ei tẽptatiões: potest quidem laborare manibus aliquod op⁹ honestum ⁊ vtile vel ad vtilitatẽ propriam si indiget: aut ad cõmodũ aliorum. Si vero attediatur in vtroq; scz in oratiõe et labore: tũc quidem potest habere aliq̄ occupationẽ honestam vel verba audire edificatoria cũ omni grauitate: omni scurrilitate remota donec corpus et anima abiliora ad opus dei efficiãtur Si vero maria est talis q̄ non habet sustẽtationẽ corporis nisi ex labore tunc faciat orationem breuiorẽ propter opus necessarium et ipse labor ꝑfectio erit: ⁊ augmentũ orationis. Si autẽ maria laborare nõ scit. aut non potest tunc nõ verecundetur. nec ei sit onerosũ mendicare: imo magis gaudiosum q2 tunc imitatur me filiũ dei q2 vt homo ditaretur: me ipsum pauperẽ feci. Si vero maria subiecta est obedientie: viuat secundũ obediẽtiã ꝑlati sui. et duplicabitur corona ei⁹ magis q̄ si eẽt in libertate. Quarto maria nõ debet esse auara sicut nec martha imo largissima. Nã sicut martha tribuit tẽporalia ꝓpter deũ: sic et maria debet distribuere sua spiritualia. Si enĩ maria habet deũ in corde suo carum caueat a verbo illo q̄ multi habẽt in ore suo dicentes. Sufficit michi si iuuare potero animam meã ꝓpriã. Quid michi de operib⁹ ꝓximorũ aut si ego bon⁹: quid ad me quomodo alij viuant. O filia illi qui talia dicunt vel cogitant. si viderent amicũ suũ dehonestari ⁊ tribulari: currerent vsq; ad mortẽ: vt amic⁹ eorum de tribulatiõe eriperetur sic maria faciat. Dolere enim debet q̄ deus suus offenditur ⁊ frater suus qui est ꝓximus suus scãdalizatur. Si autẽ quis incurrat peccatũ: conetur maria inquantũ potest vt ille a peccato eripiatur: attamen cum discretione. Et si propter hoc maria persequatur querat aliũ locum tutiorem: quia ipse dixit. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam. Vt autem maria larga sit et pia necessaria sunt ei quinq;. Primo: dom⁹ in qua dormiant hospites. Secundo vestes ad vestiendum nudos. Tertio. cibus ad cibandũ esurientes Quarto ignis ad calefaciendũ frigidos. Quinto medicina pro infirmis id est verba consolatoria cum caritate dei. Domus igitur marie est cor eius: cuius mali hospites sunt omnia illa aduenientia: que conturbant cor ei⁹ scz ira / tristicia / cupiditas / superbia / ⁊ multa similia: que per quinq; sensus ingrediuntur. Omnia igitur ista vicia quando adueniunt: debet quasi tacere sicut illi hospites qui dormiunt ⁊ sicut illi qui sunt in requie. Quia sicut hospitalarius recipit malos et bonos hospites cum patientia: sic maria debet omnia tollerare propter deum ex virtute patientie: et nec in minimo consentire vicijs. nec in eis delectari: sed a corde inquantũ potest paulatim gratia dei cooperante illa remouere. Si autem eã remouere non potest tolleret eam patienter contra voluntatem sciens certissime q̄ ei ꝓficient ad coronam maiorem ⁊ nequaq̄ ad dampnationẽ. Secundo maria habeat vestes quibus cooperiantur hospites. s. hũilitatẽ interiorẽ et exteriorẽ et cõpassionẽ mentis in afflictiõe ꝓximorũ. Si vero maria despiciatur ab hominibus recurrat statĩ ad mentem suam cogitando: quomodo ego de⁹ contẽptus et despect⁹ patiẽter tollerabam: quomodo iudicatus obmutui quomodo flagellatus et spinis coronatus non murmurabam. Attendat etiam maria q̄ non ostendat obiurgantibus se signa ire vel impacientie: sed benedicat persequentibus se: vt videntes benedicant deum: quem imitatur maria ⁊ ipse deus dabit benedictionem pro maledictione Maria etiam caueat vt non detrahat vel improperet molestãtibus se: quia dampnabile est ⁊ detrahere: et detrahentem audire et ex impatientia proximo exprobrare. Propterea vt maria bonum humilitatis et patientie perfecte possideat studeat se incitare seu auisando admonere detrahentes alijs de periculo eorum: et admoneat eos cum caritate verbo ⁊ exemplo ad veram humilitatẽ. Itẽ vestis marie: debet esse compassio. ideo si viderit proximum suum peccare: cõpatiatur ei rogando deum vt misereatur ei. Si vero viderit pati iniuriam si dampna vel cõtumeliam condoleat ei et iuuet cum precibus ⁊ auxilio ⁊ sollicitudine sua apud potentes seculi: quia vera compassio non querit que sua sunt: sed que proximorum. Si vero maria talis est quod non exauditur apud principes nec proficit egressus eius de cella: tunc roget deum obnixius pro afflictis ⁊ deus qui est in ſpectoꝛ coꝛdis ꝓpter caritatẽ rogãtis ꝯuertet coꝛda hominum ad pacem afflicti et aut liberabitur de tribulatione ſua: aut dabitur ei a deo patientia vt duplicetur coꝛona ſua. Ergo talis veſtis ſcilicet humilitas et compaſſio debet ineſſe coꝛdi marie quia nihil ita attrahit in animã deum ſicut humilitas ⁊ cõpaſſio ꝓximoꝝ. Tertio habeat maria cibuꝫ et ꝓ hoſpitibus. Nã graues hoſpites hoſpitantur coꝛ marie quando ſcilicet coꝛ rapitur ex ſe et appetit videre delectabilia terrena et poſſidere tempoꝛalia quando auris deſiderat audire pꝛopꝛium honoꝛem. quando caro querit delectari in carnalibus quando ſpiritus pꝛetendit excuſationem fragilitatis et lenigationem culpe quando accidit tedium boni et obliuio futuroꝛum quãdo opera bona reputantur multa et mala ſunt in obliuione. Contra ergo tales hoſpites opus eſt marie conſilio: et nequaꝙ̃ diſſimulando doꝛmitare. Ergo maria fide animata ſurgat foꝛtiter et taliter reſpondeat hoſpitibus iſtis.

Ergo nolo aliquid poſſidere de tempoꝛalibꝰ ſed habere volo exiguam coꝛpoꝛis mei ſuſtẽtationem. Ergo nec minimum punctum hoꝛarum nec tempoꝛum expendere volo: niſi ad honoꝛem dei. Sed nec attendere volo pulchꝛum ⁊ vile nec vtile carnis et inutile nec ſapidũ guſtui meo aut inſipidum niſi ad beneplacitum dei et anime mee vtilitatem: quia non delectoꝛ viuere per vnam hoꝛam niſi ad honoꝛem dei. Talis ergo voluntas eſt cibus hoſpitum aduenientium et talis reſponſio extinguit delectamenta inoꝛdinata.

Quarto: maria habeat ignem ad calefaciendum hoſpites et ad illuminãdũ eos. Iſte itaꝗ ignis eſt caloꝛ ſpũs ſcti. Impoſſibile quippe ẽ aliquẽ poſſe abnegare ꝓpꝛiã volũtatẽ vel carnalem affectum parentum ſeu amoꝛem diuitiarum niſi ſancti ſpiritus operante inſtinctu et caloꝛe. Sed nec ipſa maria quãtũcũꝗ perfecta inchoare vel continuare valet vitam beatam: ſine ipſius ſancti ſpiritus dilectiões infoꝛmatione vt ergo maria luceat hoſpitibus aduenientibus pꝛimo cogitet ſic Deus ea ratione me creauit: vt ipſum ſup omnia honoꝛarem et honoꝛando diligerem et timerem. Natus quoꝗ eſt de virgine vt viam ad celum doceret. quam imitando ſequerer cum humilitate. deinde moꝛte ſua aperuit celum vt illud deſiderando et veniendo feſtinarem. Cogitet etiam maria et examinet omnia opera ſua et cogitatus et affectus. ſ. quomodo offenderit deum et ꝙ paciẽter deus tollerat hominem. et ꝙ multis modis vocat hominem ad ſe. Tales igitur cogitationes et ſimiles: hoſpites ſunt marie: q omnes quaſi in tenebꝛis ſunt niſi illuminẽtur igne ſpiritus ſancti qui quidem tunc aduenit in coꝛ: quando maria cogitat rationabile eſſe ſeruire deo. quando magis omnem penam vellet ſufferre. ꝙ ſcienter deũ ad irã pꝛouocare: cuius bonitate anima creata eſt et ſanguine benedicto redempta. Tunc etiã coꝛde iſto bono igne habet lucẽ: quãdo animus cogitat et diſcernit qua intentione quilibet hoſpes ideſt quelibet cogitatio aduenit quando coꝛ examinat ſi cogitatio tendit ad perpetuum gaudium: vel ad tranſitoꝛium. ſi nullã cogitationẽ dimittit indiſcuſſã. nullã impunitã nullam ſine timoꝛe. Ergo vt ignis iſte obtineat: et obtẽtus cuſtodiatur: neceſſe eſt vt maria compoꝛtet ligna arida quibus nutriatur ignis iſte. i. diligenter obſeruet carnis motus ne inſoleſcat caro ⁊ apponat oẽm diligentiã vt opera pietatis ⁊ deuote oꝛatiões augeantur: quibus ſpũſſctũs delectatur. Sed ſummopere ſciendum eſt ⁊ cõſiderandũ: ꝙ vbi ignis accenſus eſt in vaſe clauſo nõ habens exitum citius extinguitur et vas frigeſcat ſic ẽ ⁊ cum maria. Si eni ipſa ad nihil aliud velit viuere: niſi vt poſſit facere honoꝛẽ deo: expedit ei vt os eius aperiatur et flãma caritatis eius egrediatur. Tunc autẽ aperiatur os qñ ex caritate feruenti loquendo filios ſpirituales deo generat. Sed diligẽter attẽdat maria ꝙ ibi aperiat os pꝛedicatiõis ſue: vbi boni fiãt feruẽtioꝛes ⁊ mali efficiantur melioꝛes vbi iuſtitia poſſit augeri: et pꝛaua conſuetudo aboleri. Si autem maria non valet pꝛedicare habens nihilominus voluntatẽ ⁊ ſciẽtiã pꝛedicandi faciat ſicut vulpis qui circuiens monticulos inquirit plures loca pedibꝰ ⁊ vbi repperit loca molioꝛa et aptioꝛa ibi facit ſedẽ ſue foſſaꝫ. Sic maria attentet verbis et exemplis ⁊ oꝛationibus coꝛda multoꝝ et qñ inuenit coꝛda aptioꝛa ad recipiendũ verba dei ibi imoꝛetur admonẽdo et ſuadendo que põt. Maria etiã laboꝛet vt conueniens exitus detur flamme ſue: qꝛ quo maioꝛ ẽ flãma eo plures illuminantur et inflammãtur. Tunc aũt flamma habet exitum conuenientem: quando maria nec foꝛmidat vituperium: nec querit laudeꝫ ꝓpꝛiam quando nec timet aduerſa: nec delectatur in pꝛoſperis et tunc acceptum eſt deo qđ maria faciat opera bona tã in publico ꝙ in occulto: quatinus videntes gloꝛificẽt deũ

Sciendū eſt ꝙ maria debet emittere duas flāmas vnā in occulto et aliā in publico hoc eſt duplicē humilitatē habere. Prima ſit in corde interius. Secūda ſit exterius. Prima eſt vt maria cogitet ſe indignā et inutilē ad oīa bona et vt nulli ſe in cogitatione ꝑferat laudari et videri et nō appetat arrogantiā fugiat: deum ſup oīa deliberando et eius verba imitando. Si autē maria talē flāmā emittit ſignis operū: tunc illuminat cor eiꝰ caritate et oīa cōtraria aduenientia vincunt ⁊ faciliter tollerātur. Secūda flāma ſit in publico ſi enī vera humilitas eſt in corde: etiā apparere debet in veſte et audiri ab ore ⁊ perfici operatione. Tunc autē vera hūilitas eſt in veſte: quādo magis eligit maria veſtem minoris valoris ex qua habet calorē et vtilitatē: ꝙ veſtem maioris valoris ex qua habebit ſupbiam et oſtentationē. Nam veſtis que valet modicū et vocat apud hoīes vilis et abiecta: vere pulchra eſt apud deū qꝛ prouocat humilitatē veſtis vero que multo precio emitur et vocatur pulchra deformis eſt apud deū: quia aufert pulchritudinē angelorū id eſt humilitatem. Sed ſi maria ex aliqua rationabili cauſa cogeretur habere habitū modicū meliorem ꝙ ipſa vellet non ꝓpter hoc turbetur: qꝛ ex hoc augetur merces eius. Itē maria debet habere humilitatē in ore. ſcꝫ loquēdo humilia vitando ſcurrilia cauendo multiloquia nō ſubtilizando verba. nō preferēdo ſua ſenſibꝰ meliorū. Si vero maria audierit ſe pro aliquo bono opere laudari. non eleuetur ſed reſpondeat ſic laus ſit deo: qui dedit omnia. Quid enī ego ſum. niſi puluis ante faciem venti: aut quid boni a me: qui ſum ſicut terra ſine aqua. Si vero maria vituperatur nō contriſtetur: ſed reſpōdeat ſic. Dignū eſt quia totiens in conſpectu dei peccaui et nō penitui maioribus enī afflictionibꝰ digna ſum. Idō rogate ꝓ me vt tolerando opprobria tēporalia fugiā ſempiterna. Si vero maria ꝓuocetur ad iram ex improbitate ꝓximorū: caueat diligenter ne ſoluat linguā reſpōſionibꝰ indiſcretis: qꝛ irā ſepe ſuperbia comitat. Ideo conſiliū eſt: vt adueniente ira et ſuperbia cōprimantur labia tanto tempore quouſqꝫ voluntas petere poſſit auxiliū a deo paciendi ⁊ deliberat quid ⁊ qualiter reſpondēdum ſit vt vincere poſſit ſeipſum: qꝛ ira tunc mitigatur in corde: et homo valet ſapienter inſipientibus reſpondere. Scito etiā ꝙ diabolꝰ multū inuidet marie qui ſi eam impedire nō poteſt per tranſgreſſionē mādatorū dei: tūc excitat eā ad facilitatē magne ire aut ad diſſolutionē vane letitie aut ad vba diſſoluta et iocoſa. Ideo maria ſemper auxilium petat a deo: vt oīs eius locutio et operatio ad eo regantur: et ad eum dirigātur. Itē maria habeat humilitatē in opere: vt nihil faciat cauſa terrene laudis: nihil attemptet nouū nihil humilitatis erubeſcat in opere. Fugiat ſingularitatem oībus deferat: in omnibus reputet ſe indignam. Itē maria eligat magis ſedere cum pauperibus ꝙ ſedere cum diuitibꝰ. Magis obedire: ꝙ preeſſe magis ſilere ꝙ loqui magis eſſe ſolitaria ꝙ cum potentibus et parētibus conuerſari. Maria quoqꝫ odiat ꝓpriā voluntatem: mortēqꝫ ſemper ſuā meditetur. Non ſit curioſa: non murmuratrix non obliuioſa iuſtitiarū dei affectionū ſuarū. Maria quoqꝫ ſit frequens ad cōfeſſiones: ſolicita in tēptationibus ſuis. Deſiderans ad nihil aliud viuere. niſi vt honor dei ⁊ ſalꝰ animarū augeatur. Itē maria que taliter. ſicut iam ſupradictum eſt affectata eſt. ſi eligatur in martham et obediens ex caritate dei ſuſcipit regere animas multorum: dabitur ei duplex corona ſicut ꝑ ſimilitudinem oſtēdi tibi. Dominus quidam erat potēs habēs nauē oneratam mercimonijs ꝓcioſis: qui dixit famulis ſuis. Ite ad portum talē: et ibi erit michi lucrum magnum et fructus gratioſus. Si inſurgunt venti laborate viriliter et non attediamini: quia merces veſtra erit magna. Igitur famulis nauigantibus preualuit ventus intumuerūt procelle et nauis quaſſata eſt grauiter. Tunc autē gubernator nauis timuit et omnes deſperabant de vita: et conduxerunt venire ad vnum portum quo flauit eos ventus et non ad illum portum quem eis dominus deſignauerat. Quod audiens vnus famulus fidelior et ingemiſcens. ex zelo amoris domini feruens arripuit violenter gubernaculum nauis. et viribus perduxit nauem ad portum quem dominus volebat. Igitur homo iſte qui ſic violenter nauem perduxit ad portum maiori mercede pre aliis eſt remunerandus. Simile eſt ergo de ꝑlato bono qui ꝓpter amorem dei et pro ſalute animarū. ſuſcepit onꝰ regiminis. non curans de honore: quia dupliciter mercedem habebit. Primo. ꝙ particeps erit omnium bonorum eorum quotquot perduxit ad portum. Secundo. ꝙ gloria eius augebitur ſine fine. Sic erit ecōtra de illis qui ambiunt honores et prelationes Erunt quippe participes omnium penarū et peccatorũ eorum quos ſuſceperũt regere. Secundo ꝙ confuſio eorum erit ſine fine. Nã prelati qui ambiunt honores ſimiliores ſũt meretricibus ꝙ̃ prelatis: q2 decipiunt aĩas malis exemplis ſuis et verbis et indigni ſũt vocari maria vel martha niſi ſe penitẽtia emendent. Quinto maria debet medicinã dare hoſpitibus ſuis id eſt eos letificare verbis bonis quia ad omnia que euenire poſſent, ſiue ſunt leta ſiue triſtia ſic dicere debet. Ego inquiens volo quicquid me deus velit velle: et eius voluntati parata ſum obedire etiã ſi irem in infernũ. Nam talis voluntas eſt medicina contra aduerſitatẽ cordis: q2 hec voluntas eſt delectatio in tribulatione et tẽperamẽtum boni in proſperitate. Sed quia maria multos habet inimicos: ideo continue faciat confeſſionẽ. Nã ꝙ̃diu ſcienter moratur ĩ peccato habens copiã confitendi et negligit vel nõ attendit: tunc magis apoſtata dicenda eſt coram deo ꝙ̃ maria.

¶De quinq; notabilibus a marthe precipue obſeruandis. Cap. ii.

A SCito ait dñs ieſus ad beatã Brigittã ꝙ licet pars marie optima ſit tamẽ nõ ideo pars marthe mala eſt: immo laudabilis et beneplacens deo. Ideo dicam tibi nũc quomodo martha inſtitui debet. Ipſa quippe debet habere ſicut maria etiam quinq; bona. Primo fidem rectam eccleſie dei. Secundo: ſcire precepta deitatis: et conſilia euãgelice veritatis: et illa debet pficere corde et operatione. Tertio: cohibere linguã ab omi verbo malo quod eſt contra deũ et proximum: manũ ab omni illicita et inhoneſta operatione et animũ debet continere a nimia cupiditate et delectatione ſcire quoq; cõtẽtari de cõceſſis et ſuperflua non deſiderare. Quarto: perficere opera miſericordie rationabiliter et humiliter: vt propter confidentiã illorũ operum in nullo offendat deum. Quinto diligere deum ſuper omnia: etiam plus ꝙ̃ ſeipſum ſicut fecit maria. Nam ipſa gaudenter dedit ſeipſam inſequendo verba et opera mea: et poſtea dedit oĩa bona ſua ꝑ amore meo Et ideo faſtidiuit temporalia et querebat celeſtia. Ideo patienter ſuſtinuit omnia et de aliis ſicut de ſe ipſa curabat. Ideo ſemꝑ cogitabat caritatem meam et paſſionem meã et letabatur in tribulationibus et ſicut mater diligebat vniuerſos. Ipſa etiam martha ſequebatur me quotidie nichil deſiderans niſi audire verba vite. Ipſa quoq; compatiebatur dolentibus conſolabatur infirmos neminem maledicens: ſed diſſimulans improbitates proximi et pro omnibus orans. Omnis ergo qui caritatem deſiderat in vita actiua ſequi debet martham diligendo proximũ vt obtineat celum: ſed non fauendo vitiis eiꝰ fugiat autem laudẽ propriam et omnẽ ſuperbiam et duplicitatẽ iram quoq; et inuidiam non debet ſeruare. Sed nota ꝙ martha rogans pro fratre ſuo lazaro mortuo prior venit ad me ſed non reſuſcitabatur frater eius ſtatim: ſed venit poſtea maria vocata: et tũc propter ambas ſorores frater reſuſcitatꝰ ſic etiam eſt in ſpirituali vita. Nam qui perfecte deſiderat eſſe maria debet prius eſſe martha laborando in honore meo corporaliter et ſcire debet prius reſiſtere deſideriis carnis et tẽptationibus diaboli obuiare et poſtea poteſt cum deliberatione aſcendere ad gradum marie. Qui enim non eſt probatus et temptatus et qui non vicerit motus carnis ſue: quomodo poteſt iugiter celeſtibus inherere. Quis vero eſt frater mortuus marthe et marie niſi operatio imperfecta. Nam multotiens operatio bona ſit indiſcreta intẽtione et indeliberato animo: et ideo remiſſe et tepide procedit. Sed vt operatio bona ſit michi acceptabilis reſuſcitatur et reuiuiſcit per martham et mariam id eſt quando proximꝰ ſincere diligit propter deum et ad deum: et ſolꝰ deus deſideratur ſuper omnia: et tunc omnis bona operatio hominis beneplacita eſt deo. Ideo ego dixi in euangelio: ꝙ maria optimam partem elegit. Nam pars marthe tũc bona eſt: quando dolet de peccatis proximorũ. Eſt quoq; pars marthe tunc melior quãdo laborat quomodo homines ſapiẽter honeſte viuant et ſubſiſtant et hoc facit propt ſolius dei dilectionem. Sed pars marie optima eſt: quando ipſa ſola celeſtia et animarũ lucra contemplatur. Tunc quoq; deus domum marthe et marie ingreditur: quando mens repleta bonis affectionibus et peccata eſt a ſecularium tumultibus deũ quaſi preſentem ſemper cogitat: et in eius dilectione non ſolum meditatur ſed laborat die ac nocte. huiuſq; in reuelationibus ſuperius memoratis.

¶Quod actiue vite due ſũt partes: et quod inter illas vita contemplatiua ſit media: et quod neceſſe ſit actiuam vitam precedere contemplatiuam. Capitulum. iii.

ACtiue vite ſicut ex beati Bernardi dictis colligi poteſt due ſunt partes. B

Prima pars: quia quis ſe exercet ad ſuā principaliter vtilitatem corrigendo ſe et emēdando a vicijs et informādo virtutibus. Et iſtud idem fit ſecundario ad vtilitatē etiam proximi per opera iuſticie et obſequia pietatis et caritatis. Secunda vero pars actiue vite eſt quando quis principaliter ſuū exercitiū confert in vtilitatē proximi: Quis etiam ad ſuum maius meritum vt alios regendo docendo et adiuuando in animarū ſalutem: vt faciunt prelati predicatores et huiuſmodi. Et inter has duas partes actiue vite: eſt vita cōtemplatiua. vt iſte ſit ordo ſcȝ ꝙ primo quis ſe exerceat et laboret in orationeȝ ſacrarum ſtudio litterarū et alijs operibus bonis et obſequijs in conuerſatione cōmuni corrigendo ſe a vicijs ⁊ acquirēdo virtutes. Secūdo quieſcat in contemplatiōe: ſolitudinē mētis querens et ſoli deo vacans toto poſſe. Tertio ꝑ dicta duo exercitia virtutibus et vera ſapientia imbutus et illuminatus ⁊ feruidus effectus ad aliorum ſalutē intendat. Primo igitur oportet ꝙ i actiua ſcȝ in ꝑma ꝑteci⁹ mēs expurgetur depuretur et roboretur per exercitia virtutum. Deinde in cōtemplatiua iformetur illumineturet inſtruatur. Poſtea cōfidenter poteſt ad aliorum profectus exire et ipſos adiuuare. Quod autē iſte ſit ordo beati Bernardi dictis declaratē dicēns. Hec due ſorores martha et maria id eſt operatio ⁊ intellectus exceperunt ieſum. Sed quid eſt ꝙ intrante eo domū martha excipit diſcurrit miniſtrat maria vero ſecus pedes ſedens ingreſſū in eius verbum cor ſuſpendit: niſi qr pri⁹ eſt actio poſtea vero contemplatio. Quiſꝗs enim ad intelligentiā peruenire deſiderat: ꝓfecto neceſſe eſt vt prius per opera bona ſe diligenter exerceat ſicut ſcriptum eſt. Fili concupiſcens ſapientiam conſerua iuſticiā et deus prebebit eam tibi. Et alibi a mandatis tuis intellexi: vt ſcias niſi obedientia mandatorum cōtemplationis guſtū penitus nō deberi. Non ergo putes de proprio amore quietis ſancte obediētie actibus ſeniorū ve traditionibus preiudiciū vllatenus faciēdū. Alioquin nō dormiet tecū ſpōſus in lectulo vno illo preſertim quē tibi pro obediētie florib⁹ cicutis atqꝫ vrticis īobediētie aſperſiſti. Propter quod non exaudiet orationes tuas: vocatus qr non veniet. Nec enim dabit inobediēti copiā ſui tantus obediētie amator vt pati⁹ mori ꝗ̄ non obedire maluerit. Miror quo⁹ ꝗ valde impudentiā aliquorum qui inter nos ſunt: qui cum omnes nos ſua ſingularitate turbauerit: ſua ipatiētia irritauerint: et ſua inobedientia cōinquinauerint: audent nihilominus ad tam fedū cōſcientie ſue lectulum oīm orationū inſtantia totius puritatis deū inuocare. At cum extenderitis ait manus veſtras auertam oculos meos et cū multiplicaueritis orationē non exaudiā. Quid enim lectulus non eſt floridus magis autē ⁊ putridus eſt: et tu illuc regē glorie trahis. Ad pauſandum hoc facis: an ad cauſādū. Parce ergo tu tota die expandere manus tuas ad deū qui fratres tota die moleſtas: vnanimitateȝ ipugnas: ab vnitate te ſeparas. Et quid vis me facere inquis. Profecto vt primo quideȝ emundes conſcientiā ab omi inquinamento ire et diſceptationis et murmuris et liuoris ⁊ quicquid omnino aduerſari cognoſcitur aut paci fratrū. aut obediētie ſeniorū, de cordis habitaculo eliminare feſtines. Deinde etiā circūdare tibi flores bonorū quoqꝫ actuū ⁊ laudabilium ſtudiorū atqꝫ odoramenta virtutum id eſt quecunqꝫ ſunt vera / quecūqꝫ ſctā / quecunqꝫ iuſta / quecunqꝫ amabilia / quecūqꝫ bone fame / ſi qua virtus / ſi qua laus diſcipline. Hec cogitare his in te exercere curato. Hinc etiam idem Bernardus alibi ait. Seminate vobis ad iuſticiā metite vobis ſpem vite et tunc demū illuminate vobis ait lumē ſcientie. Vltimā poſuit ſcientiam tanꝗ̄ picturam que ſtatum habere nequeat ſuper inane. Et illa duo premiſit: et ſubiecit illi tanꝗ̄ ſi ſolidum aliquid picture ſubſterneret. Securus iam intendam ſciētie ſi vite prius ꝑ beneficium ſpei ſecuritateȝ accepero. Tu ergo ſeminaſti tibi ad iuſticiam: ſi ex vera noticia tui euigilaſti timere deum tenerrime humiliaſti fudiſti lachrimas: elemoſinas perfudiſti: ceteriſqꝫ te pietatis actionibus mancipaſti. Si vigilijs et ieiunijs afflixiſti corp⁹ ſi pectus tunſionibus celos clamoribus fatigaſti hoc ſiquidem ſeminare eſt ad iuſticiā. Semina ſunt bona opera bona ſtudia ſemīa lachrime ſunt. hec Bernardus.

¶ De via purgatiua in qua neceſſe eſt vt quilibet diligentiſſime ꝑ vnum vel duas mēſes vel amplius prius ſe exerceat ꝗ̄ contemplationi intendat. Cap. iii.

Cum ſcriptū ſit iuſticia ⁊ iudiciū preparatio ſedis tue: oportet ꝙ aīa que per mentis affectū ad perfectam ſponſi celeſtis vnionē peruenire deſiderat: primo purgetur: hoc eſt vt primo de ſeipſa iudiciū ⁊ iu ſticia fiat vt ſicut ſe a creatoꝛe ſuo auertendo ſicut fit in omi peccato moꝛtali ipſum cōtempſit creatoꝛē pꝛo creatura lamētabiliter relinquēdo ſic ipſa totaliter humilietur quātinus humiliatio eius in tantū eius clemētiā pꝛouocet: inq̄tū ipſius cōtemptus diuinam ſententiā cōtra ſe in peccatis anterioꝛib⁹ pꝛouocauit. Opoꝛtetq̧ ꝙ ibi ſit iuſticia vt illa anima que aliquādo dilectionē creatoꝛis pꝛo dilectione creature peccatis ſuis exigētibus cōmutauit ꝙ in tantum doleat vel ſaltem ſe non dolere doleat: vt diuine iniurie ſecundū eius iudiciū videatur aliquaten⁹ ſatiſfactū: ſecundū illud ꝗ̄tum gloꝛificauit ſe ī delitijs ſuis: tantū et vos date illi toꝛmentū et luctū vt ſcđm regulā artis medicine per duo cōtraria curetur ſcȝ vt per humilitatē cōtra pꝛiſtinum cōtemptū et per doloꝛē de peccatis cōtra pꝛiſtinā delectationem quaſi naſcens denuo illi qui eſt ſūma maieſtas ⁊ indeficiens bonitas per vnitiuū glutinum ardentiſſimi amoꝛis vniatur. Dicēdum eſt ergo quomodo humiliatio et doloꝛ de peccatis quadā neceſſitate congruēte acquiratur: ⁊ licet hec via purgationis puerilis aliquibus videatur tamen niſi per ipſam mens circa diuina negociari accedens ſollicita ⁊ attenta pertranſeat nunq̄ȝ in pꝛeſenti vita ad cognitionem de diuinis nec ad ardoꝛem vnitiui amoꝛis pꝛactice poterit accedere. Hic ergo anima ſe debet hūiliare vt ſcȝ pꝛimo recolat peccata ſua in aliquo loco occultiſſimo ⁊ maxime in ſecreto noctis ſilentio et maioꝛa ſuccincte: ne diabolus ſibi inſidias inferat ad delectationem: vnde obtinere debuit medicinam. Dirigatq̧ faciē ſuam ad celum: ⁊ ſic pꝛout pōt maioꝛa peccata ſua vſq̧ ad decem vel .xij. coram deo recolat quaſi ipſi deo loquendo cuomet ⁊ enumerando ſuſpiret ipſum deum in omnibus exaltando: ⁊ ſe in omnibus depꝛimendo ꝓut poterit. Dn̄e ieſu xp̄e vel quocūq̧ modo melius ſibi placuerit: ego ſum ille pctōꝛ nequiſſimus miſeris īfelicioꝛ nequiſſimis abhominabilioꝛ qui tuā maieſtatē ī tot et in tātis offendi: vt illa enumerare nec ſciā nec ſufficiā ſicut ⁊ arena maris q̄ pꝛe multitudine numerari nō poteſt. Et tunc ſuſpiret et gemat ꝓut efficaci⁹ poterit. qꝛ ſicut lima operatur in ferro vt in qualibet ipſi⁹ ſingulari ꝯfricatione aliquid de ipſius ferri rubigine expellat. Hic q̄libet ſuſpiriū vel gemitus aliquid de rubigīe pctī etiā poſt īfuſionē gratie relicta eliminat: ⁊ ſic magis ac magis aīa ſe purgans ad ꝑcipiēda que ratio non inueſtigat vel īt̄ellectus ſpeculat diuino ſubſidio eleuatur. Et vbi intētius delectatione cōſtringat animus ad ſui ꝯfuſionē ⁊ hūiliationē: diuina bñficia: Pꝛio ī gñali. Scđo ī ſpeciali attētiſſime coꝛā deo ꝓut meli⁹ poterit ſibi ingrato collata diuinit⁹ recoꝛdetur iuxta hūc vel cōſimilē modū. Dn̄e ieſu xp̄e tu me ad ymaginē tuā creādo cū nihil antea eſſem in tā nobile eē pduxiſti: vt te venerer ⁊ gloꝛ in pñti ⁊ te poſtea facie ad faciē ꝯtēplarer in gloꝛia: ⁊ tamen ego ingrat⁹ in tm̄ ꝓuocaui diſtrictū iudiciū tuū: vt niſi mihi miſericoꝛditer ſubuenias magis nō naſci q̄ȝ ad lucē pñtis vite pduci mihi miſerrimo ꝓfuiſſet. Quid igit̄ dn̄e ieſu ego miſer faciā vbi fugiaȝ vbi apparebo qd dicet. Aīa mea oī bono aridiſſima: qd dicā ī die iudicij: qd rn̄debo cū nil boni an̄ te pferā. Scđo recoꝛdet bñficiū īcarnacōis ſic dicēdo. Dn̄e ieſu xp̄e rex angeloꝝ tu teipſū ꝑ me ī tm̄ adnihilaſti ꝙ hō ⁊ fraternē nō ſolū fieri voluiſti: ſed etiā ultas miſerias ⁊ pegrinatiōes noſtri itineris ad ſolitudinē cuiuſdam pauperis humiliter ſuſtinuiſti q̄ etiam veniſti non miniſtrari: ſed miniſtrare. ⁊ ego domine iheſu non me humiliando: ſed tantum impudenter extollendo. tuam maieſtatem contempſi in miſerias huius vite momentaneas te fontem totius beatitudinis commutando. Quo ergo fugiam vel quid dicam. aut quid faciam. Deinde recolat beneficium dominice paſſionis ſic dicendo. Domine iheſu dulciſſime non tibi ſufficit ꝙ in tantum teipſum inclinares vt manens de⁹ carnis moꝛtalis humanitatem aſſumeres: ſed inſuper pꝛopter vniuerſoꝛum moꝛtalium miſerias ſubleuandas tam dira verbera tam innumerabilia vulnera toleraſti. vt a planta pedis vſq̧ ad verticem non eſſet membꝛuꝫ in toto coꝛpoꝛe tuo quod nō ſanguine tuo ſacratiſſimo ſpargeretur. Nā vulnera ſenſibilia ſacratiſſimi coꝛpoꝛis tui ſicut ex reuelatione cuidam deuote facta patet fuerunt quinq̧ milia quadꝛingēta ⁊ ſexaginta quinq̧. Hec iccirco ad lectoꝛis memorationē reuoco. vt tanto magis domino noſtro cōpaciamur. quanto maioꝛem afflictionē ⁊ plura vulnera ſcimus eum ꝓ redemptione noſtra perpeſſum. Dicat ergo lectoꝛ domino ſuo iheſu. Quid ergo faciam ego miſerrimus. qui non ſolum tue moꝛtis ſum cauſa. ſed ⁊ tue paſſioni ingratus exiſtens, nec tibi compacioꝛ. ſed cotidie peccata peccatis adijciendo te ꝓuoco vt digno iudicio deberet cōtra me pugnare totus oꝛbis terrarū altiſſimo celi cardine vſq ad vltimū centrū inferni. Tunc q cogitet de paſſione dñi aliquantulū: vt per vulnus lateris vſq ad cõtractū diuinitatis occulte latentis interius per experimentum amoris attingere mereatur. Hec ei tria beneficia ſcz prime creationis & dñice incarnationis atq ipſius paſſionis: que nõ tantū ſibi ſed et omnibus alijs altiſſim⁹ contulit in quantū ſunt generaliora in tantū maiorem indicant diuinã clementiã. Poſtea cogitet: ſpeciali que ſibi non oībus alijs pater totius miſerationis cõtulerit. Primo iuxta hunc modum. O dñe ieſu q multos digniores potentiores & meliores reliquiſti in miſerijs vanis et voraginibus inuolutos: et me de tenebris miſerie cõuocaſti ad tuã incõmutabilẽ claritatem. O dñe ieſu quid boni feceram ego vt dimitteres eos et me in oībus bonis aridum eligeres. O dñe ieſu quanto te pro hiis & alijs beneficijs perfecte diligam. Poſtea recolat aliud beneficium ſic dicendo. Nunquid non peccatū eſt cauſa dulciſſime ieſu quare peccatores ardorib⁹ ſempiternis puniũtur i inferno. Multi igitur ſunt vel eſſe poſſunt: q nũq de cetero te videbunt vel miſericordiã obtinebunt: qui nunq peccauerũt tãtũ qtũ ego et tamẽ me nõ meis meritis: ſed dono tue miſericordie gratuito ad gratie gradũ in preſenti vocas et ad premia eterne beatitudinis in futuro. Si aũt is qui hec legit vocat⁹ eſt ad religionẽ de tanto beneficio tanto magis deo regratietur quanto magis in religione ex dei dono ſenſit ſe profeciſſe. Si aũt q abſit i ea nõ ſolũ irreligioſe ſeu imperfecte verũ etiam & deſidioſe vixiſſe ſe meminit: ſumme inde doleat: quia ſicut ſuperius in quarta pte. cap. xix. dictũ eſt venire ad religionẽ ſumma pfectio eſt: ſed non perfecte in ea viuere: ſumma dãpnatio eſt. Iam igit per recordationẽ pctõr & beneficiorũ diuinor vtiliter confuſus: viã humiliationis incipiat ſic dicendo O dñe ieſu: vel O dulciſſime pater & dñator vite mee: nõ poſſum tibi ſatiſfacere de malis que coram te miſerabiliter pperpetraui nec poſſum retribuere beneficia que mihi miſerrimo contuliſti. Quid ergo dicam? Latronẽ ſuum interfice: ſed ſi hoc propter tuã miam nõ vis quod merui adimplere: qz meipſum interficere non debeo: me quaſi latronẽ reddo tibi perpetuum ſeruientem a te amplius non receſſurum. Et tunc proſternat ſe in faciem & quantũcunq poterit ſe humiliet ſeipſum deprimendo: & altiſſimũ offenſum exaltet: veniã ab ipſo humiliter petens ſicq dicat. O dñe ieſu xpe bone & piiſſime miſericors & dulciſſime miſerere mei pctõris quẽ tuo precioſo ſanguine redemiſti. Et dicat quinquies ita quod quodlibet verbũ vnũ ſaporem generet in corde ſuo. Et tunc de neceſſitate oportet q piiſſimus pater videns ipſum ſic coram ſe humiliatum: dolorẽ ei de pctis conferat: vel ſaltẽ dolorẽ quod non dolet. Poſtea inuocet beatam virginẽ mariã ſic dicendo. O dulciſſima virgo maria ſubueni mihi peccatori: tu que es miſericordiſſima que etiam pre alijs pauperes exaudis libentius: exaudi me dña pauperẽ ad te clamantẽ vt per te dña valeam promereri veniã de pctis meis: gratiã deuotionis cõpunctionis & recognoſcendi vt debeo beneficia creatoris mei: tu q es amantiſſima poſt deũ: necnon & potentiſſima atq benigniſſima per quã angeli reparantur: aie ſalue ſiunt quã clamante pro aliquo tota celeſtis curia pariter cõclamabit. Tu igitur que es regi amantiſſima: que etiã ipſum ſacris portaſti viſceribus: queſo vt ſacratiſſimis vberibus tuis quibus ipſum lactaſti ſibi oſtenſis illũ glorioſiſſimũ filiũ tuũ dñm noſtrũ ieſum xpm roges materne: vt ego miſerrimus peccator ad ei⁹ accendes deſideriũ et amorẽ vt ſolũ in ipſo et non in alio anima mea requieſcat Amen. Deinde iterũ conuerſus ad dñm ſic concludat ſeu faciat finem O vnigeniti patris vnigenite ieſu chriſte qui cum eſſes de⁹ equalis patri ac ſpiritui ſancto homo fieri dignatus es: ac etiã pro ſalute noſtra occidi. Reminiſcere igitur dulciſſime iheſu precioſi ſanguinis tui: et dele reatũ totius vite noſtre & qui perferre dignat⁹ es ſputa: probra: flagella: colaphas: alapã: ſpineã coronã: crucẽ: fel: acetũ: lanceã: mortẽ: & ad vltimũ ſepulturã miſerere nobis miſeris famulis tuis pro quib⁹ hec paſſus es: celeſtiſq regni nobis tribue beatitudinẽ: vt qui venerando tuã paſſionẽ inclinamur reſurrectionis tue gaudijs ad celeſtia ſubleuemur. Qui vi. & reg. Si quis autẽ per ea que in hoc capitulo dicta ſunt dolorẽ de peccatis non poſſit quo ad effectum cõſequi nihilominu⁹ qualibet die vel nocte vnã horã capiet in qua ſuccincte ſe exerceat ſicut iã dictũ eſt: qz creatori ſufficit qñ homo facit hoc q in ſe eſt. Et notandũ q ipſe dñs pſeuerantiã hois probare volens qñq ita ſe ſubtrahit: vt licet quis promiſſa opere adimpleuerit: nullũ tñ de peccatis dolorẽ: nihilq cõſolationis inueniat: quatinus & eius pacientia ad tempus per ſuſtinentiã diuinam comprobetur & vt ſibi poſtea amplior conſolatio et de peccatis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] A Quilibet [illegible] [illegible] ad perfectionem [illegible] aſcendere cupiens. Prio ſe [illegible] exercent non ſolū per bonum menſem vel annos: ſed etiā [illegible] temporum conſcientie de venia ſuo ſentit. Hinc Macha⁹ [illegible] [illegible]. [illegible] longo tempore quis penituerit: ſi tñ adhuc [illegible] conſcientiā de venia ſuo ſentit ſciat ſine dubio q̄ perfectam penitentiā nōdū egit. Habere ergo ſunt ei lacrime panes die ac nocte: quia niſi prius fletibus ac ſuſpiriis ſe afficiat ad dulcedinem contemplationis ſe peruenire nō poſſe cognoſcat y velle.

¶Quod tria ſunt que inducunt hoīem ad contemplationis quietē ⁊ q̄ ſeru⁹ dei debeat non aliter cogitare loqui et operari q̄ ſi deuz videret ſemperq̄ de ſua virtute deſperans ⁊ dei pietate confidens et quod in ſpiritualibus aſcenſu non ſit deſcendendum. Cap. v.

Si ad contemplationis quietem aſcendere volueris: in te tria ſtudeas radicare. B De primo horū triū in precedenti capitulo tractatum eſt: ſcʒ vt q̄tum tuā conditionem oſtenderis et a te ⁊ ab aliis quotidie oſtendatur recognoſcas ⁊ de tuis peccatis intime doleas: niſi ſcʒ tantū tibi compunctionis abundanter ſi potes quotidie lacrimeris ⁊ hec cogitās magis triſtari deſideres q̄ gaudere cernens q̄ non ſumus in ſtatu letitie: ſed meroris. Magnū eſt eni ſi deū noſtrū ſibi grauiter offenſum noſtris [illegible] poſſumus toto tēpore vite noſtre plorando placare. De hac cōſolatione debem⁹ diligere in preſenti ſemꝑ ⁊ noſtras ⁊ primo ꝓ iniquitates deplorare et ipſe dñs benigniſſimus aie ſic fideliter in amaritudine exiſtenti poſt lacrimationē ⁊ fletū exultationē infundet. Nec eni deus dñm tam nobilē in aliqua domo hītare: niſi quā mundiſſimā inuenerit: ⁊ cū omni diligentia lacrimis expiatā. Secūdū eſt vt [illegible] ꝑtū poſſis chriſti compati paſſioni et vbiq̄ eam tecum circumferre in corde. Niſi enim cōpatiendo nouerimus pati ſecū non poterim⁹ in [illegible]. Si eni paſſionē ſuā bene fueris meditatus et multū intraueris latus ei⁹ cito venies ad cor eius. Nuſq̄ eni ad cōtemplationis dulcedinem niſi per iſtud oſtium voluerit intrare fures ſe reputet ⁊ latronē. De qua videlicet chriſti paſſione meditanda plenius ſuperius in quīta pte cap. xx. dictum eſt. Tertiū eſt vt nihil poſſidere cupias niſi deū ⁊ quicq̄ niſi deū habueris: aut oblatū tibi fuerit [illegible] videris [illegible] [illegible] audieris debes [illegible] [illegible] ſolus ad currere. C In deo ſtabilias mentem tuam et ſolus ſoli iungaris. Tunc in auribus tuis melos [illegible] ſue reſonabit theſauros ſapientie ſue reuelabit mellifluā [illegible] exhibebit. Ac ꝑ delicias nō poteris ſuſtinere ⁊ tuis te [illegible] amplexibus: nimia dulcedine abſorberis. Et ſciendum q̄ ſeruus dei [illegible] deberet nec aliud nec aliter cogitari loqui et operari quam ſi deū facie ad faciē videret. D Nec ei dubiū eſt q̄ ſic eſt nobis preſens deus et ſic nos videt deus: ſicut ſi eſſemus in celo. Et iō quamuis eum non videamus ex quo ſcim⁹ eum eſſe iuxta nos et etiā intimis cordis nr̄i: ꝓpterhoc nō debemus plus vel min⁹ vel aliter loqui vel facere quā ſi ſemꝑ videremus eū. Tātū ei timeret ſeruus impatoris ſi ſciret q̄ impator eſſet iuxta eū et videret eum quāuis ipſe non poſſet impatorē videre, quantum timeret ſi ipſe imperatorē videret imo forſitā magis. Si igitur quis ſciret ſe videri a dño ſuo et tñ dominum videre non poſſet tunc multum timeret. Quanto ꝗ magis dñm deū noſtrum timendo quia nobiſcum et in nobis q̄ omnia intuetur: debemus moueri ſemꝑ timore et [illegible] et deuotiōe et amore eius [illegible] [illegible]. Mirum eſt certe quo modo ſic modica ſcintilla ſicut eſt cor meū non abſorbetur totaliter ab immēſa bonitate diuina: et quomō non ſeruus dei amore ſui dñi ſemꝑ inebriatus incedat. Hoc credo fieret ſi ille bonitati immēſe vellet applicare cor ſuum. Vnde de hoc non dubitet aliquis q̄ quanto magis illi bonitati immēſe vellet applicare cor ſuum, tanto melior et ꝑfectior eſſet. Et qui in ſummo applicare poſſet, vt penitus oblitus omnium preter ipſū toto animi conamine in ipſum tēderet: ibiq̄ quieſceret, non ſtatim a tanto [illegible]: tunc credo q̄ abſorptus dulcedine conſummaretur in ſtatu. Nunc inter conſolationes et tribulationes, vituperia, et honores blandimenta ⁊ opprobria: inſenſibilis ptrāſiret nichil ſentiens preter deum: ſolum ſuum affectans honorem. Tunc cōprehenſor dici poſſet: potius q̄ viator beat⁹ nō miſer: angelus non homo non peccator: ſed ſanctus. Et ſi ad hoc pertingere cupis o homo: hanc breuē teneas regulam. Quicūq̄ vult eſſe cōſūmat⁹ in ſtatu: debet de ſua virtute totaliter deſperare: ⁊ plenarie ſe cōmittere in manibus pietatis immenſe toto corde cōfidat de ipſa nihil q̄ quantum in ſe eſt: omittens de conſu gentibus [illegible] [illegible] poteſt [illegible] nere ad ſui [illegible]. [illegible] per contemplationem ad ſummitatem [illegible] dei vult venire: hoc attendat ut nunquam quieſcat dum vigilat: ſed ſemper per [illegible] elevationem aſcendat. Nam in iſto aſcenſu [illegible] quieſcere eſt. Et qui quieſcere vult fatigatus nec poſtea ſic bene aſcendere poteſt: immo contingit aliquando quod cum quieſcere vult in tantum fatigatur: ut amplius nullo modo aſcendere poſſit. In aſcenſu enim montis materialis: quia caro infirma eſt quietem interpoſitam requirit. Sed in aſcenſu montis ſpiritualis: quia ſpiritus promptus eſt contrarium requiritur: ut ſcilicet non quieſcat ſpiritus: ſed dum fatigatur: tunc aſcendere debet velocius currere fortius et recencior fiet et avidior et audacior ad maiora et ſibi levius apparebit et delectabilius et ſuavius et dulcius gradietur non quieſcere eligens pro quiete. Et ideo ſtulti ſunt et quid ſit contemplatio inexperti qui cauſa reſumendi vires quieſcunt. Nunc habeant pro certo: quod in illa quiete vires non reſumunt: ſed potius vires diſpergunt. Unde ſi fortiter currit animus contemplantis tunc ſuave eſt ei. Si plane vadit incipit fatigari [illegible] deficit vires diſpergit. [illegible] non eſt aliud niſi ſine quiete cum [illegible] aſcendere in montana cum feſtinatione. Si quis capere hoc non poteſt: ſed vult quieſcere: et tamen aſcenſum in deſiderio habet: hoc [illegible] [illegible]. Quis non valeat hijs que dicta ſunt adequari: ſaltem ut ſaltem modum aſcendentium materialiter non deſerat. Nam qui materialiter in montem aſcendunt et in medio fatigati volunt quieſcere non deſcendunt ad quieſcendum in valle: quia ſic ad ſummitatem nunquam venire poſſent et ſtultiſſimi reputarentur ab omnibus. Hic ſunt ab omnibus ſtulti reputandi: quia nunquam ad cacumen contemplationis pervenient qui hodie per contemplationem modicum vel multum aſcendunt: [illegible] ad locum unde venerant ſive ad ſtatum unde receſſerant: redeunt ad quieſcendum et in peccatorum ſive vanitatum vallibus ſive imperfectionis planicie credunt ad aſcendendum effici fortiores ignorantes quod vix poterunt ad locum ſive ſtatum ad quem venerant pervenire. Et iſta eſt ratio ſicut credo quare homines ſic pauci contemplativi attingunt ſupercilium montis. Unde ſi homo aſcenderet quantum poſſet et ibi quieſceret non recedens aliquo modo: et cras elevaretur altius et ibi etiam [illegible] [illegible] ad [illegible] poſt modum inde aſcenderet ſic faciendo ſemper ita quod ſi iſte proficeret in uno menſe quam alius in .xl. annis qui deſcenderet ad quieſcendum et ſemper ad idem rediret. Et credo quod ſi iſte in brevi conſummaretur [illegible] et eſſet glorioſus coram deo [illegible] [illegible] [illegible]. Si in monte timueris aliquid currens ad cavernas lateris chriſti. Si vero non potes abſtinere a valle: quia ibi nutritus es: nec vis implere: quodlibet hoc ſaltem fac ut ad vallem tue miſerie etiam totius generis humani condeſcendas per humilitatem tuam: et compaſſionem proximi: tam de tuis quam de alienis dolendo peccatis et pro eis poſtulando veniam a deo. quam ipſe concedat qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

¶ Qualiter homo ad amorem dei ſe excitet et igniat cor ſuum: et quod hominum ipſe ieſus paratus ſit ſeipſum patri offerre milies in die pro nobis. Cap. vi

Quia cor contemplantis non ceſſat ſive ceſſare non debet inveſtigare quomodo ſui creatoris amore amplius inardeſcat propoſitum [illegible] ad hoc aliquod inductivum ſcribere. Primo igitur noſce o homo quod nihil eſt quod te ad eius amorem ita inflammet ſicut beneficiorum eius immenſa donatio: hoc enim ipſo quod ipſum ad largiendum tibi ineffabilia liberum ſeu liberalem recogitas ipſum te diligere nimium convinceris. Et quid eſt quod magis excitet ad amandum: quam diligi et amari. Hec enim faciunt quantumcunque crudeles homines: quia diligentes ſe diligunt. Quis hoc ergo ſuum creatorem inſtigante antiquo ſerpente negligant adimplere. Cogita quicquid velis: et inde creatorem tuum habebis non modicam materiam diligendi. Accede ergo ad ipſum per hunc modum. Debes non fictive: ſed veraciter cogitare te aſſiſtere domino tuo. Ita enim eſt ubi es: ſicut eſt in celo empireo et te eſſe ſuum non tuum cogita et non dubites quod ab eo quicquid ad ſalutem non tuum dampnum petieris impetrabis: hec omnia certe ſunt incentiva amoris. Quomodo igitur non diligis eum cuius es: et qui paratus eſt tibi omnia dare. Nonne multum diligis eum qui aliquid tibi tribuit: nonne ergo magis diligis eum qui omnia, immo etiam tibi tribuit teipſum.

Si ergo te diligis quomodo ipſum qui te fecit non diligis. Tu te deſtruxiſti: et adhuc te deſtruis et amas, ⁊ ipſum qui te conſtruxit ⁊ reſtruxit ⁊ conſeruat non amas. Dic ergo dño dñe creatura tua ſum ⁊ michi teipſum negare non potes. Sed anteꝙ procedas: hec que dixiſti meditare ⁊ inflammare amore. Quis enim amplius ſecū [illegible] poſſit: quin ſtatim oībus oblitis in deū ſe conſpiciat non ꝑ partes dū cogitat dñm ſuū ſummū bonū delicias angelorū ⁊ minū beatorū hoī infirmo ⁊ corruptibili cuius miſeriā nemo poſſit exprimere. Semetipſm negare nō velle: imo nō poſſe: ⁊ quantūcūq ſit infimus et peccator ſi ad ipſm ſe conuerterit ⁊ ipſum petierit: obtinebit. Hoc nos deſiderat petere ⁊ largiri vult: cū dicit. Petite ⁊ accipietis. Neſcio quid amplius laboramꝰ: cū cotidie nosmetipſos affligimꝰ circa nihil: cū poſſidere creatorē oīm valeamus. Quid ergo amplius querimus. Si enī oīa bona ſic [illegible] habere valeo nec [illegible] poſſidere que plena ſunt miſerijs. O dñe deus meus quid tibi niſi iniuriā facimus ꝙ te nobis tribuis ſic libenter. Nichil enī tibi confert. ſi te habeamꝰ: [illegible] diligis ꝙ te eſſe nobiſcū delicias tuas dicis. Neq enī quod libentius [illegible] conſeruas mee [illegible]. Et ego tecū: ut tua perfruar bonitate. Unde hoc. Neſci: non niſi quia me odi: et tu me diligis. Nequis ego tecū luceret nimis: tu tū mecū nichil. Si autē dñe velle diligere te et petere ſigna tue dilectionis deſiderem quia nec bona nature nec bona fortune nec bona gratie nec bona glorie. ſi [illegible] et [illegible] loqueretur exprimere poſſem. Nunc igitur o bone iheſu quis michi det. ut ſentiā te: qui nūc ſentiri et nō videri pōt. O amor eterne inflāma aīm meū ad amādū deū: ut non ardeat niſi ad amplexū tuū. O dulce lumē et delectabile. quod es conditor meus [illegible] illuſtra faciē meā et aciē oculorum meorum interiorē claritate increata et mētē meā ſplendore ſuccende: ut medullitus [illegible] mundata. ac mirificata muneribus agiliter euolet in altitudinē amenitatis amoris tui quatinus [illegible] et [illegible] in te iubilans. [illegible] quoque ſuauitate qualis eris [illegible] viſibilibus quoque ſpeculatione [illegible] diuinitatis delectet. O iheſu infunde te viſceribus anime mee. veni in cor meum et reple illud dulcedine tua [illegible]

meā [illegible] ſpiritu dilectionis dulciſſime. ut oīa mala [illegible] viſiōes et illuſiones ymagines obliuiſcens ac te ſolum cōplectens: exultē et iubilem in deo ieſu meo. O amator dulciſſime iheſu non recedas a me [illegible] mecū maneas in tua dulcedine: qꝛ tua ſola preſentia michi ſolacium eſt. et ſola tua abſencia me triſtē relinquit. O melliflue [illegible] oībus delicijs dulcior. cūctis opibus delectabilior. O deus meꝰ o amor meus illabere michi tua caritate pforato. tua pulchritudine vulnerato illabere inquā: et languentem conſolare. medicina tua miſero te oſtende amanti. Ecce in te eſt oē deſiderium meum oē quod querit cor meū ad te ſuſpirat anima mea. tibi ſitit caro mea et nō apis michi imo auertis faciē claudis hoſtiū trāſis atque declinas. Heu veni obſecro dilecte mi qui es tota conſolatio mea et anime languēti ꝑ te et ad te dulciſſimo amore illabere. O ſancte ſpiritus qui ſpiras ubi vis: veni in me. et rape me tibi: naturam quam creaſti: donis tuis muta melliflius ut in tuo delicato abſorpta gaudio: deſpiciat et abijciat omne quod eſt in mundo ſpiritualia cariſmata te largiente accipiat et per canorum iubilum tendens in incircūſcriptum lumē amore ſancto tota liqueſcat. Ure igne tuo renes meos et cor meum et calore tuo penetralia cordis mei incende. O eterna et amabilis dilectio que nos ab imis eleuas et diuine maieſtatis conſpectui tam crebro [illegible] repreſentas. veni in me dilecta mea quicquid habui ꝓ te dedi. Sed et habitura te ſperaui ut manſionē habeas in anima mea. et conſolans eam nec me aliquando deſeras quem tanto tui deſiderio cernis flagrare. ut dum tuis amplexibus iugiter adherere. intereſſeq ardentiſſimo deſiderio cupio: ita michi imbuas te amare et in te quodamodo quieſcere: ut i tuo regno ſine fine merear te videre. Tu vero qui dei amator eſt aut eſſe tota mente concupiſcis: ſemper ſtude [illegible] potes per gratiam chriſti. tedio non affici. et ocio non capi. Et ſi quādo ſuauis facilitas. in orando vel meditando tibi non adeſt: aut ſi eleuare mentem non poſſis per iubilum ſancte contemplationis. et cantare ut ſolebas, non poteris: tamē non ceſſes legere vel orare vel aliquid aliud utile interius vel exterius agere. ne ad ocioſitatem vel accidiam dilabaris. Multos enim tedium trahit ad ocium, et ocium ad negligentiā ⁊ iniquitatem. [illegible] feruens semp in [illegible] in te est: ⁊ affectū tuū nō habeas inclinatū ad aliquid. ꝙ de hoc mūdo vel ꝯcupiscere vel haberi pōt. [illegible] deo ꝑfecte viuit: dū alicui creature nullo modo affectu alligatur. [illegible] quam delectat hoc [illegible] diffusius meditando ⁊ [illegible] vel [illegible] su in validius [illegible] perlegat capitula extracta de soliloquio augustini q̄ scripta reperiet in quinta parte post tractatū de passione dn̄i. Legitur in reuelationibus beate matildis virginis: ꝙ quādam ꝑsona in magna cecidit tristiciā reputans se per oīa inutilē: eo ꝙ deū ꝓ tantis sibi collatis bn̄ficijs nequaquam vt dignū foret diligeret. Pro qua cū dicta matildis orasset: deus ei dixit. Eya dilecta mea noli merere. oīa enī mea tua sunt. Ad quod illa. Si vero oīa tua mea sunt. ergo ⁊ amor tuus meꝰ est. [illegible] amorē offero: vt ꝑ ipsum tibi de q̄ michi deest suppleat. Quod deus gratanter acceptans: ait. Optime sic facies ⁊ id cū me laudare siue amare cupis: nec ꝓ tuo desiderio illud implere vales ita dicas. Jhesu bone laudo te ⁊ quicquid minꝰ est in me rogo vt tu suppleas ꝓ me. Dum vero amore delectari te dicas: Jhesu bone amo te ⁊ quicquid minus est in me. rogo vt cordis tui amorē patri offeras p̄ro me. Et vere ꝑsone ꝓ qua oras: vt ipsa similit̄ facit. [illegible] milies i die replicando: me taliter cogitauerit. ego totiēs ꝑ ea me patri offeram. quia non possum lassari nec tediari.

¶ Qualiter hō [illegible] cor suū habet vel [illegible] et qualiter ordinet cogitationes suas in deum ⁊ qualit̄ ad opus feruescat. Cap. vij.

O Domine tu te michi dedisti: ⁊ a me cor meum petis. [illegible] est hoc [illegible]: q2 ita excellens es. [illegible] dicis. Fili p̄rebe cor tuū michi. hoc ergo per [illegible] est michi. ꝙ cor meū habere [illegible]. Nonne ergo stultus essem: si illud applicarē de cetero alicui creature. cū deus meus velit illud habere. Etiam in meipso nolo ꝙ remaneat a modo sed volo ꝙ totaliter requiescat in te. qui creasti illud ad laudandū te. Melius est ꝙ cor meum maneat in eterna iocunditate in diuina maiestate. ⁊ immensa bonitate ꝗ̄ in mea fragilitate. In tua. s. diuinitate: ꝗ̄ in mea iniquitate. Si hoc ergo habere o contemplatiue cupis: multum corde desideres. et multum ore postules: ⁊ desiderium anime tue tribuet tibi deus. ⁊ voluntate tua non fraudabit. Ad qd̄ vis agnoscere quomodo tuum dirigas cogitatum. semper debes cogitare te esse in p̄sentia dei tui: ⁊ ipsum semper habeas in tuo cogitatu. Ad xp̄m autem ꝓ te grauissime vulneratum: quasi semper dirigas cogitatū tuum ⁊ ꝙ ipse sit deus tuꝰ qui pro te talia passus est: cogitabis. Sepe autē pro eorum [illegible] reuerenter que [illegible] sanctorum solatium: festinabis. Et quotienscūq ad ipsum tuum dirigis cogitatum: ipsam cogita matrem dei. vt sic quocūq dirigas cogitatum. deum tuum habeas semper in corde ⁊ semp corā ipso existeris. Nam ꝙ admirans magnitudinem: ⁊ suam misericordiam recognosces: quantū poteris vilius te ipsum admirans non modicū. qd̄ dignatur creaturam tam fetidam corā suis oculis p̄sentare. ⁊ te ad momentū patitur i sua p̄sentia cōmorari. hoc sic faciens. de hoc dono maximo ⁊ de omnibus alijs referas deo gratias ⁊ ꝙ etiam [illegible] deo possis: recogita magnum bonum. Et hoc bonum. s. ꝙ in p̄sentia sua valeas cōmorari semper ⁊ alia que tibi concesserit debes cum omni vigilantia custodire. semp cum magna [illegible] [illegible] ad [illegible]. Et si propter tuā miseriam [illegible] [illegible] cogitationem tuam a sua p̄sentia [illegible] [illegible] magna [illegible] [illegible] ad suam p̄sentiam. Et hoc faciens. qualem p̄sentiam habere debeas vnde te docebit. Hec sit [illegible] habeas. ꝙ quicquid sit de [illegible] tua consideratione [illegible] quantum potes. et omnia peccata tua [illegible] reputare ⁊ tam ꝓ te ꝙ pro aliquo deo [illegible] tibi p̄sente: cū omni humilitate veniam postulare. ⁊ tuam considerationem super hoc dirigere poteris in hunc modum. [illegible] cogitare debes ꝙ aliq̄ peccatores a deo [illegible] quin sepe ⁊ [illegible] semper ad deum se conuertant i corde. et [illegible] deum suum tunc intimius recogitent ꝙ tu ⁊ clarius recognoscant. et qm̄ maiori corā ipso assistant reuerentia. et maiorem suorū confusionē habeant peccatorum et humilius se p̄sentent quin etiam maiori [illegible] [illegible] p̄sentia sunt dom. Et si hoc plene corde non potes cogitare. hoc ipso [illegible] te [illegible] reputare. nec poteris de ꝯgruo huic tue singularis [illegible] [illegible] alios. Et [illegible] [illegible] sumere ꝙ [illegible] sit [illegible] vicium i quo singularit̄ tu excedis: ex quo nō potes tuā prauitatē respicere. Et certe si hoc verū eſt ſatis potes te infimū oīm reputare. Sed forſan tua ſupba cogitatio dicet tibi. Quo modo hoc de infidelibus cogitare poſſum. ſ. ꝙ ſim eorū infim⁹ ſeu magis peccator ꝙ̄ ipſi qui nec deū cognoſcūt. Sed audi ceca ſuperbia. an ignoras ꝙ ſi deū cognoſcis. ipſumqȝ te redemiſſe credis ſuo ſanguine ꝑcioſo ⁊ cōtra eū eleuaris in ſupbiā. quod grauius ſit ꝙ̄ ſi hec oīa ignoraſſes. Nonne vbi in peccato maior eſt cognitio maior ⁊ contēptus. Et nonne vbi maior eſt contēptus: maius eſt peccatū. Nullū ergo excipias o inſania: ſed pleno corde te hūilians tuā miſeriam recognoſce. Et ſi tibi tunc ſurrepat cogitatio: ergo tu es a deo reprobatus: hanc ꝙ̄tociēs excludere debes nec ꝑmittere aliquo modo cōmorari timere tū debes non modicū: ⁊ altiſſimi dei ſuperexcellere pietatē ꝙ cōſiderare i xp̄i vulnerib⁹ ⁊ clementia matris ei⁹. Immēſa eſt ei mīa dei noſtri. Si eni eſſent in te ſolo oīa pctā ꝙ̄vnꝙ̄ facta ſunt vel poſſunt de cetero ꝑpetrari: adhuc in infinitū ſuperexcelleret mīa eius ⁊ tibi hec oīa ſi ad ſe recurreres: ꝓpter pietatē ſuā largiſſimā condonaret. Si etiā tunc veniat cogitatio vtrū ſis in caritate an nō: timere ꝓculdubio debes. ſed caue ne determinate in partē aliꝙ̄ inclineris. fideliter ages de dn̄i mīa ſemꝑ ſpera. Si ei hoc egeris ⁊ tui cōſideratiōe reputaueris te peccatorē vndiqȝ nocte obrutū: ac de tanta tenebroſitate intenſe dolens. ad fontē pietatis hūiliter cōuerteris mentē tuā: orietur in tenebris illis lux tua ⁊ eleuaberis dei nr̄i dulciſſima pietate ad celeſtia cōtēplanda et ibi delicijs abūdabis. vt dicas cū ꝓpheta. Et nox illuminatio mea in delicijs meis. Si attenderis o hō ꝙ te deus ad ymaginē ſuam creauit. ꝓ te tot et tam nobiles cōdidit creaturas. ⁊ tuā aſſumens naturā tam care te redemit. ⁊ nō ſolū vt ipſum habeas in cibū in preſenti: ſed ⁊ ſeipſum in futurū tibi in premiū repromiſit: nūc etiā naturā conſeruat gratiāqȝ infundit ⁊ hec oīa ad ſuū facit honorē ſi etiā in ipſum tenderes. vt deberes ⁊ eius honorē appeteres vt quaſi tui oblitus: ꝓ nichilo te ſupponeres. quicquid honoris conſolatiōis aut tribulationis ſiue iniurie tibi cōtingeret: ac ſi nihil accideret reputares totum in laudē ⁊ gloriā referens creatoris. Et quicūqȝ aliquid faceres ad dei honorem. aieqȝ tue ſalutē vtrū difficile vel iniurioſum eſſet iudicare non deberes. ſed cum quodam feruentis impetu mentis immo amore feruenti ſtuderes effectui mancipare. Si eni bene creatoris tui eſſes amore ſuccenſus: nihil ꝓ xp̄o iniurioſū. nihil difficile reputares. oīa tibi leuia. oīa amabilia. oīa dulcia ⁊ ſuauia apparerēt ⁊ tā libenter. Hec oīa adimpleres: vt cum oīa ꝑfeciſſes. quaſi nihil pro ipſo feciſſe te crederes. immo potius defeciſſe. teqȝ ex hoc tantū exoſum haberes: vt te ipſū vix poſſes aliquatenus tolerare ⁊ cogitares ſolicite. quomodo poſſes maiora facere. aut ſaltem eadē ꝑfectius adimplere erubeſceresqȝ non modicū et doleres tam altiſſimo domino tuo miſerrime miſtrare. Quid plura dicam. Quanto plus ꝓficeres tanto plus te deficere cogitares et amplius erubeſceres et doleres atqȝ maiori ardore ſuccenſus. ſemper maiora incipere conareris. Nunꝙ̄ eni de hijs que ad honorē dei cerneres: tuus poſſet tedio appetitus ſemper eni famelicus appareres. O mirabilis calor amoris qui ſic cito labores duros digeri facis. ac tandē conuertis in premiū ſine fine. Non dubito ꝙ tunc nimio feruore ebulliret cor tuū ſompnum qȝ haberes exoſum et quicquid ad momentū te ſubtraheret a ſeruitio dei tui ſemꝑ tū videreris tibi ad ſeruiendum deo tuo piger alijqȝ ſerui dei reſpectu tui viderentur ꝓmptiſſimi et feruentiſſimi apparerent. et eorꝝ prōptitas tibi eſſet in magnū gaudiū: ſed tua pigricia in terrorem.

¶ Qualiter hō ordinet vt deū ꝑfecte diligat. et ꝙ niſi compati ſtudeam⁹ xp̄o et membris eius non poterim⁹ conregnare. Cap. viij.

QUoniam ad dilectionē dei habendam impedit dilectio ſui: et quanto pl⁹ intendit vni: remittitur alteri. idō vt ꝑfecte poſſumus deū diligere debem⁹ nos ꝑfecte odire. Tūc autē te ꝑfecte odis: cū appetis ab oīb⁹ pleno corde conculcari et viliſſimū reputari flagellari deici et quaſi ad nichilum redigi. Et hec oīa pauca reputas eſſe: in tuis iniurijs delectari. et in tuis tribulationibus conſolari et non ſolum tibi vis hec ab omnibus inferri. ſed etiā cupis eos credere te iſtis iniurijs et tribulationibus eſſe dignū. Hec idō dico: quia multi appetunt ſuſtinere aduerſa: vt in eorū tollerantia ab oībus cōmendentur. Tales autē non ſe odiunt: ſed diligunt et mercedē ſuā recipiūt in hoc mundo. Tunc ꝑfecte te odis: quando non ſolum vis ab alijs conculcari: ſed etiā te ipſū tm̄ abhorres: vt vix temetipſum valeas tollerare. et es tibi abhominabilis nimis et velles etiā a creaturis irrationabilibus et inſenſibilib⁹ impugnari. Et cum aliquid delectabile aut non afflictionum ꝓpter tuam necessitatē corporis: contra temetipsum turbaris solū deum queris. & hec oīa tenuis extra ipsum ad hoc autē donum per maximum puenire valebis: si considerare & ex corde scire poteris hoc a deo. Ex parte tamen tua possunt esse aliqua inductiua & dispositiua ad donū istud. Primum considerare debes q nat⁹ es i peccatis et ex quo ab illo lauacro regeneratus es purgatus totus. postq̄ vsum liberi arbitrij habuisti. vsq ad hanc horā quasi continue immemor fuisti abiectionisq̄ deriuauit a latere iesu christi: & diuinā non reuerens maiestatē in cuius presentia existebas: temetipsum offendens plusq̄ aliquis crudelissimus inimicus. Quomodo si hec cogitaueris. te nō odibis. Et quid odimus: nisi mala contraria et nociua. Et quid peius est: q̄ se opponere: summo bono. B Quid contrarius: quam sanguinis xpi contemnere medicinam. Quid nociui⁹ q̄ sue anime occisio. Et tu talis tibi fuisti: etiam plusq̄ valeas cogitare. Debes ergo cogitare q quāto ab extrinsecus amplius molestaris. tanto magis ꝑcluditur tibi via vndiq ne vageris p deuia & affectum applices creature: sed vt in solo deo altissimo requiescas. Quis ergo non odibit illius clausure apertionem: vbi pōt exire a deo. Certe tunc aperitur: cum propria tribulatio non amatur sed ab animo effugatur potius volens requiescere in stercore q̄ in deo. Cogita igit̄ q soli deo debetur reuerentia & honor: & ipse in se & in suis creaturis solus diligendus est. Et idō si vere deum diligis. te honorari & diligi ab hominibus: debes abhorrere. Quomodo non abhorrebo: michi attribui quod dei est. In oppositum potius affectabo ne si medium tenere volim incurrer in extremum. O q̄ vtiles sunt iste afflictiōes extrinsece. Certe per ipsas ad cognitionem nostre miserie deuenimus. & per hanc cognitionē dei nostri deuenimus ad cognitionē dei. Nam quāto quis magis sue vilitatis est cognitor: tanto magis diuine maiestatis est inspector. Quid ergo melius: q̄ per hec humiliari & ad celestia exaltari. Quis ergo renuet se odiri: & ab omnibus conculcari. Certe nescio nisi stultus. Si ergo times o hō: que a corporibus inferunt quanto magis timere debes que a deo infliguntur. Et si illa times: certe ista diliges et amabis. Nam ille sunt [illegible] & materia magni boni. Consolationes vero sunt vie ad penam & materia magni casus. Ille scilicet consolationes aīam interficiunt et deturpant. Hec autē tribulationes: animā lauant a maculis & purgant a scoria peccatorum vt sic de albata & mundata: videat deum suum. O deus quis non appetit hec habere: nisi qui non appetit te videre: aut qui non appetit euolare. Et quomodo probabitur aliquis esse tuus verus amicus: nisi qui pro te aduersa voluerit sustinere. Numquid vera amicitia probatur in consolationibus & honoribus huius mundi. Certe sic pauci inuenirentur mali. quia pauci sunt. et vix aliqui qui non appetunt consolari. sed certe illi filij tui carent nimium. quos corrigere non desinis. Nam semper cum talibus cōmoraris. Non ergo hec renuat quis: nisi qui non vult tanq̄ carissimus filius cum deo habitare quia semp nos stimulant et faciunt currere ad maiora faciuntq conscendere ad montana. et ad celestia contemplanda. Hec sunt certe que ceteris pacientibus mēbris: compati nos instruxit. Quomodo enim primo iniurias passiones et dampna pacienti compatiar: qui hec nunq̄ pbaui. Propterea dicit apostolus ad hebreos. Non eni habem⁹ pontificē: qui non possit compati infirmitatibus nostris. Et hoc est: quia in suo corpore fuit ipsas expertus. Si ergo nūc aliis nō compatimur. quomodo cum illo cōregnabimus. Aut si membra mortua et insensibilia sumus: quid restat nisi vt de corpore excidamur. Aut dicito michi. quomodo ipsi capiti xpo pro te mortuo scies compati: qui nō pateris. Aut si non pateris: quomodo ergo poteris ei conformari. Et certe si te non moueret aliud: hoc solū deberet te facere audum passionū. Quid peius aut magis mortiferum: q̄ passionibus xpi non compati: aut tanti beneficij ingratus et immemor existere. aut quid fructuosius aut suauius: q̄ illi⁹ passionis ex corde compassionem plenam gerere. Quod bū nullus pōt facere: nisi qui iniurias expertus est. Aut dic michi quid nobili⁹ q̄ assimulari filio dei. Quomodo si ei fuerimus dissimiles per consolationes et honores: erimus sibi cōfratres in regno? minime. Quid enim abhominabilius q̄ videre p me stercore: filiū dei in assumpta humanitate iniurias et obprobria sustinere mortē q turpissimā et grauissimā tolerare: et ego velim ab hoīb⁹ honorari et delicijs affluere. O hō sterc⁹ et etiā plusq̄ sterc⁹ p iniuria quā sibi fecerās ipse [illegible] ad talia iudicauit. Ipse auctor et iudex [illegible] iudiciū amarissimū: et tu adhuc [illegible] qui sibi iniuriatis vis ꝑtransire immunis. Saltē corā oculis dñi sic ꝑ te afflicti: pꝛetende merorē ⁊ corde te offer ad cōsimilia paciendi. Et credens dubitares ꝙ ex quo es sufficiēter punitus: si hec iterū sustinere volueris ⁊ toto appetieris corde non sustinebit: qꝛ nō vult vt ꝑ eadē iniuriabis passio inferatur: sed ꝙ credis iniurias cedit honorē conuertet: ꝙ tribulationē credere dis in cōsolationē videbis cōuerti: et vbi credis esse dampnū: reperies fructū multū: qꝛ ꝗto iniuria maioꝛ: tanto honoꝛabilioꝛ eris ⁊ ꝗto tribulatio et afflictio intensioꝛ tanto magis consolaberis. Et si omnia ꝓpter ipsum amiseris: ecce ipsum qui est omnia possidebis. Si autē honorem appetieris: depꝛimeris: si consolationes tribulaberis: si temporalia pauper eris. Qui eniȝ appetierit ꝓpter deum aliquid se affliget imo etiam sise indebite dilexerit: se occidet si autem se odiēs deū dilexerit ipsum plenarie possidebit vnde qui deum diligit ipsum habet et ꝗto perfecti⁹ ipsum diligit tanto perfectius ipsum habet. Si esses o homo ꝙ in solo deo velles effici et suum sentires honoꝛē: ⁊ te vt dictū est non diligeres sȝ odires: ⁊ ab aliis appeteres conculcari viam diabolo obstruxisses: vt penitus ad te intrare non posset. Quomodo ei ex timoꝛe peccare potero: qui desiderabis affligi et contemni: ⁊ ab hominibus conculcari. Et quō amoꝛe tui peccare poteris: qui te perfecte odis ⁊ creatoꝛē solū diligis. Hec certe si habueris ad ꝑfectā notitiam ⁊ charitatis consummationē pertinges ⁊ qui aliquando fuisti diaboli eris ꝑmaxim⁹ in regno. Quid ergo assequi ista tardam⁹: quare negligim⁹ hanc mentis perfectionem habere. Nunquid hoc donum excellentissimum negabit nobis deus si postulare eum voluerim⁹. Certe nō De hoc te certifico sicut possum quam libentissime tibi dabit. Nō dico ꝙ tibi pati dabit quia hoc non omnibus concedit: sed tribuet velle pati. Et foꝛte si dignus fueris: etiam illud dabit tibi.

¶ Qualiter homo debet in actione frui contemplatione. Cap. ix.

Si homo bene inebꝛiat⁹ amoꝛe sui creatoꝛis nihil in omnibus quereret: nisi quomodo suo creatoꝛi posset diligentius et perfectius deseruire et ꝓpꝛiam suam posset voluntatem abscindens solum id quod magis deo placere crederet cum impetu animi assequeretur vt sic in omnibus et per omnia non que sua sunt quereret: sed que iesu chꝛisti obliuisceretur quodāmodo sui solius dei memoꝛ: illius solius actendens que serui re et amoꝛis immensitate: non minimum: vt credo distingueret inter gradum et gradum: vitam et vitam: statum et statum: personā et personam: tempus et tempus: locū ⁊ locum: sed quacunqȝ modo et quandocunqȝ hora discernere posset quid amplius suo creatoꝛi placeret statim perficere conaretur: tanto animi affectu tendēs in deum: nec consideraret quid sibi suauius et quid dulcius esset: sȝ quid deo amabilius nihil requirens in omnibus: nisi honoꝛificentiam dei: ad quam facta sunt omnia. Felix talis qui cum actiuam contemplatiuam habens sic hominibus ministrans vt martha vt tamē a pedibus domini non discedens cum maria: sic se angelicis spiritibus niteretur conformare: qui nobis ministrando a diuina contēplatione non vacant. Quid est hoc aliud nisi cum ministrat sano cum seruit infirmo: semper in eis dominum intueretur et seruitur deo assistendo ꝓximo. Manum porrigit ad pꝛoximum: coꝛ ad deum pꝛoximo seruit non vt homini: sed vt in homine deo. Totum semper refert ad illum qui dixit. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Et ideo cum in lecto videt infirmū: videtur sibi ꝙ videat chꝛistum suum: ac per hoc nihil sibi difficile nihil abhominabile: nihil ignominiosum facere pꝛo infirmo: aut ꝓ aliis desolatis: sed omīa dulcia: omnia suauia: omnia amabilia iudicabit cum sic in pꝛoximo ministrat chꝛisto. Credo sine pꝛeiudicio: ꝙ qui sic vt dictum est feruenter et diligenter chꝛisto in pꝛoximo ministrat pure ꝓpter chꝛistum tendens in ipsum ꝙ plus mereretur ⁊ virtuosius moueretur ⁊ a deo amplius appꝛobaretur: ꝙ̄ si pꝛopꝛio chꝛisti coꝛpoꝛi ministraret. Et hoc sic patere potest: vnus enī pessimus homo si videret chꝛistum esse in vno lecto et bene cognosceret ipsum: non est dubium: quin sibi frequenter et diligēter ministraret. Sed sibi. id ē chꝛisto in pꝛoximo cum tanto feruoꝛe ⁊ diligentia ministrare non posset: nisi esset perfect⁹: vt credo: imo vt ita loquar et plus ꝙ̄ perfect⁹ et ideo toto animi conamine hanc gratiā conemur habere. Quis de cetero abhoꝛrebit lepꝛosum: declinabit infirmū: negliget desolatum: cū in eis xp̄m recipim⁹ ⁊ eis ministrādo plus possumus mereri et deo placere vt pꝛobatū est: quā si etiā ministrem⁹ ipsi xp̄o: indicabo tibi sponsa: quē diligit aīa mea. Certe in in infirmaria iacet: ibi angustiatur: ibi dolore torquetur. Curre ergo ibi infirmites: ibique cōpatere infirmanti. Tu sponsa illius cotidie ut sponsi oculis alloqueris: accede ad leprosum et osculare eum: q2 ibi iacet. Tu sponsa misera: que p̄ sponsi amore languere te dicis ipm̄ quotidie nudū discalciatum afflictum ante te vides transire ⁊ negligis ⁊ nec etiam cōpateris illi. Et si non possumꝰ om̄ibꝰ p̄stare obsequia q2 multi sunt indigētes saltem omnibus compassionem debemꝰ et in oībus xp̄m consideremus. Credo sane fratres ꝙ si ipsum neglexerimus in terra ꝙ ipm̄ non habebimus in celo. Audi quid dicit. Infirmus fui et non visitastis me etc. Ite maledicti in ignem eternū. Timeamꝰ ergo fratres hanc sententiam qui totiens neglexímꝰ eum. Non interrogemꝰ eum de cetero ubi es: ubi iaces: ubi cubas in meridie: q2 iā novimus locū. Scimus enī ꝙ in infirmaria iacet non enī p̄stat nisi exhibere obsequium. Audite obsecro cōsiliū meū ⁊ non aspiciatis ad factū meū. Quicunqꝫ enī vult de vita cum activa cōtēplatiuā habere ut deum suū in oībus cōtempletur. Videtur ꝙ hec via sit brevis et bona videlicet ut se totū recolligēs intret ad cor suū: ⁊ intima cordis ingrediens se resolvat in deum: ut nihil nec videat nec sentiat nisi deū et tunc quodammodo sic deificatꝰ et transformatus in deū: ad quodcūqꝫ se cōuerterit nihil nisi deū ꝯsiderabit. Et quicquid operis faciet nō homini sed soli deo facere existimabit. Qui hanc formā tenebit in oībꝰ deū videbit et in labore activo: cōtēplatiuus fruetur. Et si contingat: immo q2 continget ab hac nobili discedere forma ad ipsam statim redire nitatur ⁊ hoc totiens faciat: ut quasi in habitū ducat ⁊ hoc magis honoret divina largitate ꝙ̄ aliqua industria impetrare se credat. Et si hec oīa nimis tibi difficilia videantur: saltem ad hoc conare ut semper ⁊ in oībus queras facere qd̄ sit magis honorificū deo conformis xp̄o utile sit ⁊ p̄ximo: afflictiuum et ignominiosum corpori p̄prio: quod ipse nobis concedat: qui est benedictus in secula. Amen.

¶ Quod quisqꝫ ad cōtemplationē anhelās debet primo animū ad dei ymaginem reformare: et quō sensum illius clausule videlicet nihil sum nihil habeo nihil preter unū cōcupisco oporteat eum frequenter in mente revolvere atqꝫ ex cōsideratione hūilitatis christi seipsum i p̄funda hūilitate veraciter collocare seu fundare. Et ꝙ quidā in breviori tēpore: et ꝙ minori corporis afflictione divinū merentur degustare amorem ꝙ̄ qui longius et durius se affligunt. Cap. x.

Sicut dudū hieremias corporalem populi sui captiuitatem deplorabat ita et nūc ꝙ valde dolendū est quisqꝫ speculator spiritualem animarum captiuitatem in universo mundo lugere ⁊ deflere potest ⁊ debet ex compassionis affectu dicens cum eodem hieremia. Vie syon lugent eo ꝙ non sint qui veniant ad solēpnitatē. Vie autē dicunt amātiū desideria aiarū quibus ad deū ⁊ ad ciuitatē supernā hierusalē supra oēm rationē et intellectū aīe earū habitātes in terreno corpore subleuant. Que quasi lugere dicunt eo ꝙ non sint qui ad solēpnitatē aspiciāt eo ꝙ abiecta vera sapientia: tam clerus ꝙ̄ populus mundanis delicijs vel inutilibus curiositatibus se immergant et ꝙ multo magis dolendū est ⁊ lacrimis cordis incessabiliter lamentandū: multi religiosi multi etiā viri famosi velut quondā populus israeliticus reputari relicto cultu creatoris manufactis ydolis seruierunt: sic illi relicta vera sapiētia: qua deꝰ solus perfecte internus colitur ⁊ a solis amantibus adoratur: diversis scientijs ⁊ fabricationibus multiplicium argumētorū: quasi quibusdam ydolis se miserabiliter impleuerūt In quibꝰ sic absorbentur diabolo instigante: ⁊ sic mens ipsorū in ipsis totaliter possidetur ut vera sapiētia locum in eis nonqꝫ inveniat. Nam in hac pessima cogitatione quaz diabolus dedit filijs hoim infeliciter captiuantur: ut non sit respiraculum quo suum creatorē aīa per flāmigeras amoris affectiones contingat. Nō enī aiaz ad hoc deꝰ creauerat ut contra suam generositatē multiplicitate curarū et curiositatū impleretur: sz ad hoc ꝙ esset sedes sapiētie ⁊ in ipsa rex pacificus ciuitatis hierusalem superne. s. deus altissimus resideret. Hierusalē vero interp̄tatur visio pacis: et designat ꝯtemplationem in perfecta dei dilectione. Quicunqꝫ igitur ad hierusalē ire vel appropinquare anhelas: necesse ē B ut anima tua prius sit ad ymaginem dei reformata. Si autē scire velis an anima tua ad ymaginē dei sit reformata an nō: perscrutare cōscientiam tuā et cōsidera qualis sit voluntas tua: q2 in voluntate sua unusquisqꝫ stat vel cadit. Si igitur voluntas aversa sit ab omni peccō mortali: ita ꝙ nullo modo p̄ aliqua re mundi transgredi velles mandatū dei voluntarie ⁊ scienter: ⁊ de peccato quod contra dei mandatum prius cōmisisti: humiliter es cō feſſus cum cõtritione cordis et pleno ꝓpoſito relinquẽdi peccatũ: tunc dico tibi ſecure ꝙ anima tua eſt ad ſimilitudinẽ dei reformata in fide et es in recta via veniẽdi ad hieruſalẽ. Nunc igitur cognita via que ducit ad ciuitatem hieruſalẽ ſi velis bonas dietas facere ꝟſus dictam hieruſalẽ et te velocius expedire oportet te frequẽter hec duo in meõria et deſiderio habere videlꝫ humilitatẽ ⁊ dilectionẽ cogitãdo iſto modo. Nichil ſum / nichil habeo. nichil preter vnũ cõcupiſco habebis ſenſum iſtorũ verborũ in intẽtione tua et in habitu anime tue: licet nõ ſemꝑ habeas hec verba ſpecialiter in mẽte formata. hoc enim nõ eſt neceſſariũ. humilitas enĩ dicit nichil ſum nihil habeo. amor dei dicit: nihil deſidero niſi ſolum deũ. Intellectus horꝫ verborũ ẽ iſte Impotẽs ſum et inſipiẽs plenus peccato et miſeria: ⁊ ideo totaliter deſpero et diffido de meipſo. Sed amor dicit cõfide ĩ ieſu chriſto Statue igitur ⁊ fige totã cogitationẽ tuam et deſiderium in cõſideratiõe ipſius. Quãto enĩ reputas te minorẽ vel minus habentem a teipſo ꝑ humilitatẽ. tanto magis cupis habere in deſiderio amoris a ieſu chriſto. Non intelligo ſolũ de illa humilitate quam ſentit aĩa ex ꝯſideratione ſuorꝫ peccatorꝫ vel fragilitatis et miſerie huiꝰ vite vel ex cõſideratione dignitatis ꝓximorꝫ. Licet enĩ hec humilitas medicinalis ſit et vera. eſt tamẽ reſpectu iſtiꝰ quam modo intẽdo et de qua tractare ꝓpono quodãmodo rudis et carnalis nõ munda et amabilis. Sed intelligo de illa humilitate quã ſentit aĩa per gratiã cõſiderãdo bñdictã humanitatẽ dñi noſtri ieſu chriſti et mirabilem humilitatẽ bonitatẽq3 eius. Unde notãdum ꝙ duplex eſt hũilitas vna habet̃ ꝑ operatonẽ ratiõis: alia ſentit̃ ex ſpirituali dono dilectionis vtraq3 humilitas ꝓuenit ex dilectione: ſed primã humilitatẽ dilectio operat̃ per anime rationẽ. Aliã vero humilitatẽ dilectio operatur per ſeipſam. Prima eſt imꝑfecta. Secunda ꝑfecta. Prima homo ſentit ꝑ cõſiderationẽ peccatorꝫ ſuorũ et ꝓprie miſerie ꝑ quã cõſiderationẽ reputat ſe indignũ habere aliquod donũ gratie vel aliquod premiũ a deo. Sed ſufficere ſibi videt̃ ꝙ deus ex ſua magna mĩa velit ſibi cõcedere remiſſionem peccatorũ. Similit̃ apparet ſibi ꝙ ꝓpt̃ peccata oĩ peccatore vilior ⁊ imundior eſſe ⁊ peior et ꝙ quilibet alius homo meliꝰ agit ꝙ̄ ipſe Et ſic ꝑ talẽ cõſiderationẽ ſubmittit ſeipſum in iudicio ꝓprio oĩbus aliis et ſollicitꝰ eſt reſiſtere motibus ſupbie tam corporalis ꝙ̄ ſpũalis in ꝙ̄tũ põtꝫ ſeipſm dicere ita ꝙ ſcilicet non aſſẽtit motibꝰ ſupbie. Et ſi quãq3 tactꝰ fuerit ſupbia ita ꝙ ꝯtingit eũ maculari ⁊ inani gloria honoris ſciẽtie vel laudis vel alicuiꝰ alterius rei: quã cito ꝑcipere poteſt diſplicet ſibi et dolet inde in corde ſuo petẽs indulgẽtiam a deo oſtẽdatq3 illud cõfeſſori ſuo humilit̃ ſe accuſans ⁊ recipiẽs pro eo penitẽtiã hec ẽ bona humilitas: ſed non eſt adhuc ꝑfecta. quia hec humilitas eſt animarũ incipiẽtiũ et ꝓficiẽtium in gratia cauſata ex conſideratione peccatorũ: ⁊ hanc humilitatẽ dilectio ꝑ rationem anime opatur. Perfectã vero humilitatem ſentit aĩa per viſionẽ et ſpiritualẽ cognitionẽ ieſu chriſti: qꝛ quãdo ſpũſſctũs illuminat rationẽ in viſionẽ ieſu chriſti ad cõſiderãdum intime hũilitatẽ humanitatis ſue ⁊ ad guſtandũ modicũ de bonitate deitatis ſue: tunc aĩa tantã dilectionẽ habet ⁊ tantũ gaudium in illa viſione ſpũali que tam vera eſt et delectabilis: ꝙ obliuiſcitur ſeipſam et totaliter innitit̃ ieſu chriſto ex tota dilectiõe quã habet ad cõſiderandũ ipſum. Non ꝯſiderat ꝓpriam indignitatẽ nec conſiderat peccata prius cõmiſſa. ſed pro nichilo cõputat ſeipſam cum oĩbus peccatis et bonis operibꝰ q̃ fecit ac ſi nulla alia res eſſet: niſi dñs ieſus chriſtꝰ. Tu quoq3 ſimilit̃ facito ſi ꝑ dei gratiam potueris. Nã ꝑ cõſiderationẽ humilitatis et caritatis ſue vel in plena fide vel ĩ ſenſatione: teipſm non ſolũ miſerrimũ: ſed etiã quaſi nichilũ iudicabis. Hec eſt ergo bona ⁊ amabilis humilitas ad nichilũq3 redactio qꝛ in reſpectu ieſu qui veraciter eſt oĩa tu pro nichilo computaris. Eſtimo ꝙ dauid de hac adnichilatiõe intellexit: cũ ſic diceret. Ad nichilum redactus ſum ⁊ neſciui: quaſi diceret. Gratia dñi noſtri ieſu chriſti cordi meo ĩmiſſa: deſtruxit et adnichilauit in me omnẽ mundi dilectionẽ: ⁊ neſciui qualiter qꝛ non ex opatione mea vel ſenſu meo hoc factũ eſt ſed ꝑ gratiam ieſu chriſti vnde conſtat ꝙ ille nondũ habet plenã humilitatẽ qui neſcit cõſiderare hũilitatẽ dñi noſtri ieſu chriſti ⁊ veraciter ſentire ſeipſm miſerrimum ſicuti eſt. Qui enĩ facit oĩa bona opera que ſcit facere ſcꝫ ieiunãdo / vigilando / orãdo / plorãdo / meditando / ſuſpirãdo / cilicio vtendo / omnemq3 aliã penitentiã corporalẽ ſuſtinendo ſeu ſi faciat oĩa opera tã exteriora ꝙ interiora ſi in eis quieſcat et innitit̃ et in tãtum illa approbet in cõſpectu ꝓprio quod preſumit de meritis ꝓpriis ⁊ ſeipſm iudicat ſeu reputat diuitẽ bonũ ſanctũ et virtuoſũ: Quo ſic ſentit non eſt humilis. Et licet cogitet vel dicat ꝙ quicqd agit ex dono dei eſt et non de ſeipſo: adhuc nõ eſt ſatis humilis: qꝛ nõ põt adhuc ſentire ſe eſſe miſerum et denudare ſe ab oibus operibus ſuis nec facere ſe pauperem ſpiritu vel ſentire ſe nichil eſſe ſicuti eſt. Et certe quouſqꝫ anima ſciat ſenſibiliter ꝑ gratiam ſe quaſi nichilũ reputare et ab oibꝰ operibus bonis que facit ſe denudare ꝑ ꝯſideratonẽ ieſu chriſti: ipſa nõ eſt veraciter ꝛ ꝑfecte humilis. Iſtud eſt multũ difficile. et quaſi impoſſibile et irrationabile hoi qui operatur ſolũ ſm̃ humanã rationẽ vt vlterius nõ conſideret: videlicet facere multa bona opera et ea totalit̃ aſcribere dño ieſu chriſto. ꝛ ſemetipm̃ pro nihilo cõputare. Qui tñ habere poſſet ſpiritualẽ viſionẽ virtutis iudicaret veraciter et rationabilit̃ eſſe taliter faciẽdũ. vnde et Paulꝰ ait. Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cũ nichil ſit: ipſe ſe ſeducit. Et certe q̃ habet hãc humilitatẽ de qua iam dixi et adhuc dicã: nõ minus operabit̃: ſed multo magis excitabit̃ ad laborandũ corporalit̃ et ſpũalit̃ et cũ maiori et meliori voluntate. Et hec poteſt eſſe vna cauſa quare aliqui hoies laborẽt et deſudãt et puniũt ſeu affligunt ſuũ miſerum corpꝰ ꝑ magnã et multiplicẽ penitentiã toto tp̃e vite ſue ſempqꝫ dicunt orationes Pſalteria ꝛ alias deuotiões: et tñ nõ poſſunt ad illam ſpiritualẽ ſenſationẽ diuie dilectionis ꝑuenire: ad quam alij perueniũt cũ minori pena et penitẽtia in breuiori tẽpore: qꝛ nõ habent hanc humilitatẽ. iſtã vero humilitatẽ dauid ꝓpheta habuit: cum ſic dicebat. Subſtãtia mea tanq̃ nichil añ te hoc eſt dicere. O dñe ieſu cõſideratio mirabilis hũilitatis tue. et vtẽ increateqꝫ ſubſtãtie tue et eterne deitatis exiſtẽtie tue vñ michi oſtẽdit ꝙ ſubſtantia mea ſeu exiſtẽtia aie mee q̃ mutabilis eſt: quaſi nichilũ eſt reſpectu tui habens hanc ꝑfectã humilitatẽ non iudicat ꝓximos ſuos an meliores ſint ipſo vel peiores: qꝛ reputat ſeipm̃ et oẽs alios hoies equaliter nichil eſſe ex ſeipſis in cõparatione ad deum. ꝛ hoc verũ eſt: qꝛ oñis bonitas que fit ab ipſo et ab alijs ſolũ eſt a deo quẽ conſiderat tanq̃ oñia ideo pro nichilo computat ſeipm̃ ꝛ oẽs alias creaturas. Tam humilis fuit ꝓpheta: cum ſic diceret. Omnes gẽtes quaſi nõ ſũt: ſic ſunt coram eo et quaſi nichilũ et inane reputate ſunt ei: quaſi diceret. Reſpectu eterne exiſtentie et imutabilis nature diuine humana natura: quaſi nichil eſt. Quia ex nihilo facta eſt et in nichilũ redigeretur: niſi ipſe eam cõſeruaret in eſſe. qui illam de nichilo ꝓduxit ad eſſe hec eſt veritas et iſtud deberet animam humilẽ efficere: ſi per gratiam videre poſſet iſtam veritatem. Et ideo quãdo amor aperit oculũ interiorẽ ad videndũ hanc veritatem cum alijs circũſtantijs illam comitantibus: tunc incipit homo veraciter eſſe humilis. Quia tunc ex viſione dei ſentit ꝛ videt ſe ipſum ſicuti eſt: et tunc nõ conſiderat ſe nec innititur ſibijpſi: ſed totaliter tẽdit in cognitionẽ dei. Et dum ſic facit: ꝓ nichilo computat oẽm gloriam ꝛ honorẽ huius mundi: q̃a gloria honoris mundani tã modica eſt et nichil in cõparatione illius glorie vel dilectionis quam ſentit in hac ſpirituali viſione ieſu et cognitiõe veritatis: ꝙ licet ſine peccato poſſet eam habere: nollet. Sed et licet hoies vellent eum honorare ꝛ laudare ſeu in magno dignitatis ſtatu ponere: in hoc nullatenus delectaretur. Et q̃uis licet oẽs ſeptem artes liberales ſeu oẽs artes ſub ſole vel etiã haberet poteſtatẽ operandi vel faciendi omnia genera miraculorũ: non plus delectaret̃ in oñibus iſtis. nec maiorem in his haberet ſaporẽ q̃ haberet in corrodendo de ligno arido: ſed libẽtius oñia iſta vellet obliuiſci ꝛ ſolus eſſe extra mundi ſollicitudinem: q̃ de eis cogitare et ab oibus hominibꝰ honorari. Qꝛ cor hominis ieſu veraciter diligẽtis: tam magnum atqꝫ largũ efficitur ex modica viſione ipſius et ſpiritualis ſenſatiõis: ꝙ tota dilectio ſeu gloria huiꝰ mundi non ſufficit vnuꝫ angulum illius ſcꝫ cordis adimplere. Apparet ergo ꝙ miſeri dilectores mũdi qui quaſi rapiuntur in amorẽ honoris ꝓprij ꝛ pro illo acquirendo ex oibus viribus ſuis ꝛ ſenſibus laborant: non habẽt ſaporẽ in huiuſmodi hũilitate ſed valde procul diſtant ab ea ille vero qui diligit ieſum chriſtũ perſeuerãter: habet hanc humilitatẽ et non cũ triſticia ꝛ cõtentione pro illa ſed cũ delectatione et gaudio ſpirituali quod gaudiũ habet nõ qꝛ relinquit omnem honorẽ huius mũdi: qꝛ hoc eſſet ſupba humilitas que pertinet ad ipocriſim: ſed qꝛ habet ſpiritualẽ viſionẽ et cognitionẽ veritatis ꝛ dignitatis dñi ieſu: id eſt quia cognoſcit mirabilẽ miam deitatis eius per donũ ſpũs ſancti. Iſta venerabilis viſio ꝛ hec amabilis cõſideratio ieſu chriſti cõfortat animã tam mirabiliter ꝛ eleuat eam tam potẽter ꝛ tã ſuauiter: ꝙ non põt habere dilectionẽ nec plene quieſcere in aliquo gaudio huius mundi. nec vult in eo quieſcere nec curat homo habens hanc viſionẽ vtrum cum homines lau dent vel vituperent honoꝛent vel contēpnāt qꝛ q̄tum ad ſeipſm nichil de hoc curat. nec etiam placet ſibi ꝙ homines eum deſpiciunt vt quaſi ex hoc videretur magis humilis nec diſplicet ſibi quod hoīes eū honoꝛāt vel cōmēdant ſed libētius vellet et vnum et aliud obliuiſci ⁊ ſolum cogitare ⁊ conſiderare de domino ieſu chꝛiſto. iſto modo fecit dauid: cū ſic diceret. Oculi mei ſemper ad dominū: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Et quando homo ſic facit tunc plene relinquit ſemetipſm. ⁊ ieſu chꝛiſto totaliter ſe ſubijcit et ſubmittit ⁊ eſt in ſecura cuſtodia. Qꝛ ſcutum veritatis id eſt hūanitas ieſu chꝛiſti quē conſiderat: tam ſecure cuſtodit eum vt ꝑ nullum motū ſupbie ledatur: ꝗ̄diu ſe retinet infra ſcutum. vnde et ꝓpheta ait. Scuto circūdabit te veritas eius: non timebis a timoꝛe nocturno nec etiam A ſagitta volante in die Quaſi diceret veritas dei que xp̄us eſt circūdabit te ſcuto et hoc erit: ſi oībꝰ alijs omiſſis ſolūmodo eum cōſideres quia non timebis eum a timoꝛe nocturno id eſt nō timebis ſpiritū ſupbie ſiue de die veniat ſiue de nocte Superbia nanqꝫ de nocte venit ad inuadendum animā qñ ab alijs cōtēpnit̄ ⁊ repꝛobat̄ vt ꝑ hoc decidat̄ in triſticiā ⁊ doloꝛē venit etiam ſagitta volās in die qñ honoꝛat̄ ab oībꝰ et laudat̄ ſiue pꝛo operibus coꝛpalibus ſiue ſpiritualibus vt in ipſo inaniter gloꝛiet̄ ⁊ falſam delectationē perſeuerāter habeat in re tranſitoꝛia. Hec eſt ſagitta acuta ⁊ periculoſa nam volat velociter ꝑcutit ſuauiter ⁊ vulnerat letaliter. Sed tamē qui diligit ieſum ⁊ ſtabiliter eū conſiderat ꝑ deuotas oꝛatiōes ⁊ aſſiduā ipſiꝰ meditationē: ita circūdatꝰ eſt ſecuro ſcuto veritatis: ꝙ nō timet: quia iſta ſagitta nō pōt aīam intrare ⁊ licet veniat: non ledit ſed ſolū ſupficialiter tāgit vlteriuſqꝫ ꝓcedit. Et iſto mō aīa humilis efficit̄ vt eſtio ꝑ opationē ſpūſſcti.i.ꝑ donū dilectionis: qꝛ ipſe aperit oculū aīe ad vidēdū ⁊ diligēdū ieſum vt pꝛiꝰ dictū eſt ⁊ ipſe cuſtodit aīam pacifice in illa viſione ſecure: ⁊ deſtruit oēs motus ſupbie valde occulte ⁊ trāquille. Et itroducit ꝑ hāc viā veraciter et amabiliter virtutē hūilitatis. Totū iſtud operatur dilectio: ſed nō equaliter in omnibus dilectoꝛibꝰ dei quia aliqui iſtam gratiā non habent niſi bꝛeuiter atqꝫ modicū: qui adhuc ſūt quaſi in p̄ncipio et modicā deguſtationē illius habent: qꝛ conſcientia eoꝝ nō eſt adhuc ꝑ gratiā plenarie emundata. Et aliqui habent illā plenius: quia clarā viſionē ieſu habēt ⁊ plꝰ ſentiunt de eius pn̄tia et amoꝛe. Et aliqui eam habent pleniſſime: qꝛ habēt plenū donū contēplatiōis. Ille tñ ꝗ minimā ꝑtē habet huiꝰ grē mō quo p̄dixi veracit̄ hꝫ donū ꝑfecte hūilitatis: qꝛ habet donum perfecte dilectionis. De qua videlicet dilectione hic imediate tractabo eo ꝙ hec duo videlicet humilitatē et dilectionē homo frequenter in memoꝛia debet habere eaqꝫ feruēter deſiderare atqꝫ de eis ſic cogitare. Nihil ſum: nihil habeo: nihil p̄ter vnū cōcupiſco ieſū: cuiꝰ itellectū vide ſupiꝰ in hoc eodē ca. Sed qꝛ nullius aīa eſt abilis ſeu ydonea dei dilectionē recipere: niſi pꝛius mundo et vanitatibus atqꝫ cupiditatibꝰ penitus renunciet: ideo videamus in ꝓxio ca. qualiter quiſqꝫ dei dilectionem deſiderās debeat mundo renunciare.

❡ De mundi renunciatione per quam homo habet mūdū ſibi crucifixū ⁊ ipſe mundo crucifigitur et de caligine luminoſa in qua aīa per gratiam a ſolicitudine et ſtrepitu mundi occultatur. Cap. xi.

Sinum ipſe vult recipere ſui creatoris vnde ſi tabula cerea non ſuſcipit nouam impreſſionem niſi prior deleatur: ita nihil debet mēs p̄teritorum vel p̄ſentium vel etiam futurorū extra deum in ſe cape per ymaginationē vt ille locum inueniat qui dicit ſponſe ī canticis. Pone me vt ſignaculū ſuper cor tuū. Huius rei nō ignarꝰ moyſes cū ad mōtē aſcēderet ī quo erat deꝰ vt tanꝗ purꝫ ſpeculuꝫ ⁊ politū in ſe ſuſciperet poſſet diuinas illuminationes: prius quodammō mundauit cor ſuum ab omni aliena impreſſione remouens ſe a turbis oibꝰ ac etiā poſtea a ꝓprio fratre aaron. Et reuera cū ad deū oculū mētis intēdimus etiam exterior oculus claudēdus eſt qui hauſtas foris ſenſibiliū rerū formas menti ingerit non ſolum in meditatione: ſed etiam in oratiōe que nimirū oratio pura ⁊ cordialis eſſe nō pōt cū cuiuſqꝫ rei fātaſia mentē ꝑturbat vn̄ beatus anthonius qui quaſi continuatis totis noctibus ꝑuigil orare conſuetus erat. cū huius mundi ſolꝫ oriri cerneret: quaſi magnū paſſus dampnū exclamauit. Cur nunc ſol oriris: vt me vero priues lumine. Dn̄s noſter iheſus chriſtus magnum etiam exēplū ꝑfectionis oſtēdit cuius puritatem nihil ꝑturbare potuit. Oraturus nāqꝫ ante paſſionē ſuaꝫ omnibꝰ dimiſſis turbis ac etiā apoſtolis aliquibus ⁊ ab ipſis poſtea quos ſolos ob ſpecialē gratiam familiaritatis ſecū duxit a petro. ⁊ Jacobo ⁊ iohanne auulſus eſt quantum iactus eſt lapidis. oſtendens horam memoriam ⁊ ymaginationem tempe deuotionis ⁊ contēplationis magis nos impedire poſſe qui nobis cōſanguinitate familiaritate aut amicitia iuncti ſunt. eo ꝙ cor affectio magis penetrat cor noſtrū ⁊ artius mentē carnalē tenet occupatā. Magno ergo ſtudio deuote menti laborandū eſt: vt ſe exoneret ⁊ euacuet carnali ſollicitudine ꝓpinquorū: ne nunc eorū aduerſitatibus contriſtata. nunc vero ꝓſpitatibus ſepe etiam cum detrimento conſciētie exhilarata: ipſo motu creature extra deſiderabilē ferat̄ amplexū creatoris.

¶ De tertio ⁊ quarto gradu mortificatiōis et quod ad tertium gradū quies ſolitudo et ſilentium multum nos habilitant ad quartum vero gradum quatuor ſpecialia requiruntur ſicut inferius declarabit̄. Cap. xvij.

B TErtius autē mortificationis gradus eſt ſui ipſius in ſui intimo oīmoda recollectio. Diuiſio nāqꝫ cordis iuxta prophete teſtimonium interitus anime eſt: quia dū mens ab vno diuiſa quaſi ſcintillatim in plura decerpitur. ipſa ſui diminutione quaſi in nichilum redigitur. Quia ergo deſeruimus vnicum bonum noſtrum. ⁊ varijs amoribus ⁊ affectionibus euanuimꝰ: ipſa auerſio nos increpat: quia malum eſt nobis dn̄m reliquiſſe. quia cum citra ipſum nihil nobis ſufficiat: in nullo huius mundi bono mens noſtra requieſcit donec e cūctis locis anima noſtra ſe colligat totam in quibus captiua tenetur: vt ad ſuperna ſe collectam leuare poſſit. Mens enī q̄ ſuperiora penetrare etiā collecta non ſufficit: quid agere poteſt diuiſa. Scimus etiam quia fluuius qui in multis riuis diuidit̄ a ſuo alueo exſiccatur. Vn̄ etiam ipſe moyſes ab omnibus iam ſollicitudinibus ⁊ exterioribus ymaginationibꝰ extenuatus: ſolus in monte antequam deum videre mereretur: ſex diebus ſedit. vt videlicet mentē a ſolitis plenius reuocaret ⁊ ſic collectā in deum videndum intenderet. Nꝛ reuera non niſi valde vnitis ſenſibus videtur vnum quod maria pro optima parte elegit. hoc ſiquidem ſummum ſāctorū ſtudium eſt: vt ad iſtum ſtatum īmutabilitatis quodāmodo ⁊ in hac vita ſe conferant. Et ratio eſt: qꝛ in cōtēplatiōe ſui creatoris hoc accepturi ſunt: vt vna ſempꝛ mentis ſtabilitate perfruātur. Nulla eos mutabilitas diſſipat: quia eorum cogitatio ſibimetipſi ſemper īdiſſimilis ꝑſeuerat. Hoc ergo nūc cū labore conantes accipere appetunt quod poſtmodū in munere gaudentes accipiūt. Et ſi quid in eorū corde humanitus defluit mox hec correctio ſeuera reſtringit. et cum puerīliter quaſi cogitatio labitur: virili mox cohertione refrenatur. Bonum eſt enim: vt q̄ nititur indiuiſum cor ⁊ vnitam gerere mentem labiles ⁊ inſtabiles motus ipſum cor inquietantes aliqua meditatione in mēte pertractata cohibere. vt pote cogitando. vbicūqꝫ fuerit vel quicquid egerit. aliquam longā materiam. qua diu teneatur videlicet aliqd ruminādo de ſacra ſcriptura vel deſuper celeſtibus meditando ſi ſcit. ⁊ poteſt. Qui aūt ordinē paſſionis xp̄i cōpatiēdo ꝑtractet. aut de morte. aut de penis īferni ſeu de gaudijs paradiſi. vel etiam aliquem audeat ſermonem: vnde qui hac occupatiōe aſſuetus fuerit: breui tempore dolebit ab ocioſis menteꝫ diſtrahi: ⁊ a ſuauitate ſcindi. Sunt tamen tria quem ſingulariter valent ad mētis indiuiſibilitatē cōſeruandā quies. videlicet ſolitudo ⁊ ſilentiū. Hec tria ꝑfecto viro qui ab adoleſcētia iugū dn̄i poꝛtauerit neceſſaria eē ad mentalē in deo eleuationē. Hieremias ꝓpheta deſcribit. Sedebit inquit ſolitari⁹: tacebit: qꝛ leuabit ſe ſupꝛa ſe. Sedebit ꝓpter pꝛimum: ſolitarius ꝓpter ſcd̄m: tacebit ꝓpter tertiū. Hoc autē arſenio maximo ſenatoꝛi romanoꝝ ac ī palacio imꝑatoꝛis p̄cipuo: cū in eodē palacio adhuc moꝛaretur ꝙ depꝛecaretꝰ deum vt ſe dirigeret ad viā ſalutis eterne voce dn̄ica ſibi reſpōſum eſt. Arſeni fuge: tace: quieſce. Fuge. ſ. ſeculum relinquendo: tace deū contēplando: quieſce in ſuſcepta religione perſiſtendo. Hec eni radices ſunt non peccandi. Poꝛro quies multū valet ad pꝛedicta: qꝛ loci imutationē ſequitꝰ diſturbatio ſpiritus: hac ſiquidē quiete maria ſedebat ſecus pedes ieſu: vt audiret verbum eius. Solitudo vero amplius valet: qꝛ teſte ſcriptura reuelatio ſeruis dei magis in ſecreto ſeparatis ꝙ̄ in publico facta legitur ſicut pſalmiſta teſtatur. Ecce inquit elongaui fugiens et manſi in ſolitudine, expectabā eum qui ſaluū me fecit a puſillanimitate ſpirit⁹ et tempeſtate. In quibus verbis hoc oſtenditur: quia tunc mens vere ſolitaria eſt cum nullo impetu paſſionū vexata ſeipſam inhabitat. Cū vero mens aliqua ꝓcella motuū inquietatur: ꝑfecto ſola non eſt: vnde ſummopere remouenda eſt paſſionū inquietudo a deuota aīa. Cum eni aut ira: aut odio: aut inuidia: aut aliqua alia ꝑturbatione concutitur: nec oꝛare: nec meditari: nec ꝯtēplari pōt que oīa mētē ſuā impoꝛtunitate diuidunt. Nihil eī coꝛpoꝛis ꝓdeſt ſolitudo: ſi ſolitudo defuerit coꝛdis. Itaqꝫ a bene cōuerſantibus pꝛimū ſolitudo mētis querēda eſt: vt exurgētē intrinſecus ſtrepitū terrenoꝛū deſiderioꝝ ꝓmant vt ebullientes ad infima coꝛdis curas ꝑ ſupni amoꝛis gratiam reſtrigāt oēſqꝫ motus impoꝛtune ſe offerētiū cogitationū quaſi quaſdam circumuolātes muſcas ab oculis mentis abigāt manu grauitatis: et quoddā ſibi cū dn̄o intra ſe ſecretū querant vbi cum illo exterioꝛi ceſſante ſtrepitu per interna deſideria ſilenter loquātur. Vn̄ beatus Ber. ſolitudinē mentis bꝛeuiter deſcribēs ita dicit Solus es ſi non cōia cogites: ſi non affectes preſentia ſi deſpicias ꝙ multi ſuſcipiūt ſi faſtidias: quod omnes deſiderant ſi iurgia deuites: ſi dampna non ſentias: ſi non recoꝛderis iniuriarū: ſi non fueris aliene conuerſationis: aut curioſus exploꝛatoꝛ: aut temerarius iudex. Sunt namqꝫ quidā hoīes deuoti quoꝛum quoſdam cognoſco: qui ita ſoli ſūt inter multos: vt intus tracti modicum ſentiant quid foꝛis agatur ab omnibus etiā in theatro vel in foꝛo hac etiam gratia adiutus beatus Bernardus ita introꝛſus ad ſuperna ſpectacula tractus erat vt tota die legatur eq̄taſſe circa maximū lacū loſanū et tn̄ de veſperē in hoſpicio coꝛam ſocijs cōfeſſus eſt non ſe recoꝛdatum fuiſſe ꝙ eum viderit. Multiloquium etiam diſſipat mentē adunatā: quo etiam ipſe doloꝛ compūctionis et feruoꝛ deuotionis paulatim diſpergitur: quia dum incauta mens per verba nimiū foꝛas defluit omne robur intime ſoliditatis amittit. Quo contra ꝑ pſalmiſtā dicitur. Obmutui ꝛ humiliatus ſum ꝛ ſilui a bonis et doloꝛ meus renouatus eſt. Concaluit coꝛ meū intra me et in meditatiōe mea exardeſcit ignis. Vbi cōſiderandū eſt vir ſanctus ꝙtum ſibi moderamine ſilētij ꝓfuiſſe cō memoꝛet: qui ad doloꝛem cōtritionis ꝛ igniculū intimi amoꝛis accendēdū ꝛ cōſeruandū de bonis etiā tacuiſſe ſe gaudet. Verum vero vana ꝛ ocioſa verba ſine vtilitate mentē diuidūt, ſi bona extra modū ꝓlata ſic obſunt? Nōnunꝙ̄ tn̄ ꝓlatio verboꝝ ꝛ ſi alia neceſſitate vel vtilitate careat: ad tēperādū tn̄ nimiū coꝛdis rigoꝛē ſepius ipſa verba ꝓſunt ꝛ tunc ocioſa non ſūt ſi tn̄ de nō nociuis ꝛ ihoneſtis ſint: ꝛ modū non excedant. Sicut eni nimis effrenata locutio: ſic etiā indiſcreta taciturnitas nōnūꝙ̄ deſolatio mētis eſt. Dicto iam de tertio moꝛtificatiōis gradu ſubiungitꝰ quartus gradus q̄ eſt voluntatis in deū totalis tranſfoꝛmatio. Poſtꝙ̄ eni mēs tn̄ ꝓfecerit vt in ſe ipſa indiuiſa ſtare poſſit neceſſariū eſt vt moꝛtificatis ꝓpꝛijs voluntatibus in omni euētu in beneplacito diuine volūtatis ſolidata fixa dei anchoꝛa: tanꝙ̄ in tranquilliſſimo poꝛtu teneatꝰ. Nam qui ꝓpꝛijs voluntatibus innititur: tā ſi totiens a firmitate ſue vnitatis deiicitur: quotiens aliquid vult nouū. Qui autem deſinita voluntate hoc appꝛobat: quod deus vult quaſi ſopita mente intra ſinum diuini amoꝛis imobilis conquieſcit: vt autē facilꝰ volūtas noſtra tranſfoꝛmetꝰ in diuinā volūtatē: qḋ tunc vtiqꝫ fit: qn̄ volūtas noſtra ſit dei: aut dei noſtra aliqua nobis tāꝙ̄ pꝛincipia et fundamenta firma ſiue tenēda ſunt ꝛ ſuppondēa. Pꝛimū eſt ꝙ ſtatus et curſus nature nō foꝛtuitis caſibus ſubiacet: ſed diuina ꝓuidētia cūcta moderante gubernatꝰ ſine qua etiā teſte euāgelio ſeu ipſa veritate nō foliū arboꝛis cadit in terrā. Vbi notandū ꝙ ſi res tam parue vel ꝓpe nullius eſtimationis ſūt celeſti patre non cadunt ſuper terram: quid de vita noſtra de qua deo tanta cura eſt diſponi abſqꝫ ꝓuīa cauſa oīm poterit. Scdm ē ꝙ oīs voluntas cuiuſcūqꝫ etiā creature rationalis ac etiam oīs motus cuiuſlibet creature ſenſualis: vt ſunt beſtie ac ceterarū naturarum dependent a primo oīm motore ꝑ quē tū precipue diſponitur de voluntate rationalis nature cuiuſmodi eſt homo angelus et demon ſiue quo mouetur vt velit: nec quū vel q̄tum velit: ſed quouſqꝫ ipſius creature voluntas extendenda ſit: ab ipſo conceditur ꝛ licenciatur. Quod apparet maxime in illa ꝑuerſiſſima voluntate et deo inobediente diabolum dico: cui cū tante vires ſint ad inſultandum tantaqꝫ eſt ꝑuerſitas ad nocendum non tamē tantū vel poterat ſua poteſtate vt gregē porcoꝝ inuaderet niſi dño iubente nec oībus viribus collectis tēptare potuit beatū Iob niſi dño concedente: ac limitante modū temptationis nec etiā ipſe diabolus ſibimet vires attribuere audet abſqꝫ licentia diuina: vnde per ſingula petit licentiā vt cū dicit tange. i. ꝑmitte mihi: vt tangā cuncta q̄ poſſidet: vel tange carnē eius ꝛ dñs ad ſingula modū preſcribit: vt cū dicit. Ecce ī manu tua eſt ſupple ex cōceſſione mea: verūtū in eum ne extendas manū tuā. Itē poteſtate in corpus eius conceſſa dicit: verūtamē aiam eius ſerua. Tertiū eſt ꝙ diuina voluntas quedā rectitudinis regula eſt ad quā oīs fortitudo noſtra rectificanda et regulāda eſt Nēmqꝫ voluntatē mortificandā ꝛ adnullādam eſſe nouerimus que huic equitati nō cōgruit. Cum aūt ex naturali ꝛ carnali ſēſualitate aliquid volumus: qḋ nō expedit vel de⁹ nō vult ad ipſius dei voluntatē talis naturalis ſeu carnalis volūtas corrigēda ac mortificanda eſt: et q̄citius poſſumus ꝑ [illegible] exemplo dñi ieſu qui corporalē vel naturalē acerbitatē paſſionis perhorreſcens humanā voluntatē oſtendit dicens ad patrē. Pater ſi vis tranſeat a me calix iſte. verūtū illam voluntatē tanq̄ naturalē non expedientē et ad dei voluntatē corrigendā eſſe ſtatim ſubiungendo docuit: verūtamē non mea voluntas: ſed tua fiat. Quartū ē ꝙ ſemꝑ bona ſūt et vtilia que de nobis deus ordinat: hoc eſt de predeſtinatis ad vitā eternā: quibus omnia cooperantur in bonū. Ipſe etiā oēs volūtates ordinat in finē iuſtum: nec vnq̄ permitteret niſi malis bene vteretur: vnde meliora ſunt et vtiliora que de nobis deus ordinat: q̄ ea q̄ voluntas noſtra exoptat. Ideoqꝫ ſepius non erudimur ad volūtatē ſemꝑ tamen ad vtilitatem. Unde paulo vtilior fuit ſtimulus carnis quo ꝓbatus inter tot virtutes nō eleuaret: q̄ ſua volūtas q̄ ter petijt ſibi a dño ſtimulū carnis auferri. His itaqꝫ tanq̄ certiſſime fidei fundamentis iactatis non deficiamus nō in tribulationibus: ſed per oīa diuino beneplacito cōcordantes imobiliter in ipſo tanq̄ in tutiſſimo tranquillitatis portu quieſcamus. Acquieſce ait ſcriptura deo: et habeto pacē cum illo. Conſideremus igitur ꝛ firmiſſime teneamus ꝙ oīa que nobis aduerſa adueniunt a quacunqꝫ etiā creatura tanq̄ dei miniſtra in hoc nobis exhibita fuerint niſi tamē principaliter ab illa vniuerſali aula diuine ꝓuidentie nobis ꝓuiſa ſunt: cui⁹ voluntati non cōtradicit: niſi peruerſa ꝛ iniuſta voluntas. Videndus eſt etiā nobis ipſe effectus tribulationis ꝛ multū inde gloriandū cum apoſtolo qui ait. Gloriamur nō ſolum in ſpe filioꝝ dei: ſed etiā gloriamur ī tribulationibus q2 tribulatio patientiā operatur Patientia vero ſpem. Spes aūt nō confundit. Dicamus igitur celeſti patri. Pater ſummū gaudiū mihi eſt vt impleatur voluntas tua. Dicamuſqꝫ oīb⁹ aduerſarijs. Nihil mihi nocuiſti: ſed voluntatē patris mei ſemper placitā in me feciſti: coronāqꝫ patiētie adduxiſti. Ideo in oībus aduerſis nobis cōtingētibus debemus voluntatē noſtrā penit⁹ abnegare. Ad voluntatē quoqꝫ cuiuſqꝫ creature non attendere: ſed ſolā dei voluntatē que noſtram vult ſanctificationē ſolicite cōſiderare. Ipſe enī deus nihil vult aut ꝑmittit nobis accidere aduerſitatis: niſi fuerit ꝓ bono noſtro. Quod ſi diligenter attenderemus de nullo contriſtaremur nulli iraſceremur etiā ad horā: ſed potius reputarem⁹ nos obligatos cuilibet nobis iniurianti. Cum enī ſcdm Grego. Lucrū facere de inimicis poſſumus ipſos videlicet inimicos diligendo. etiā ipſi ſunt amici qui nos perſequūtur hac mentis ſtabilitate firmatis. Beatus iob q̄ cum diabolo cūcta auferente multa bona amiſiſſet: oēs quoqꝫ filios ꝛ filias diabolica tempeſtas oppreſſiſſet: cūctamqꝫ familiam hoſtilis gladius peremiſſet a planta pedis vſqꝫ ad verticem capitis diabolica in[illegible]de vulneribus repletus. imobilis in di[illegible] beneplacito ꝑmāſit: nihilqꝫ ſuo aduerſario hoꝝ que ſibi irrogauerat tribuit per quem tamē hec cuncta ſe fuiſſe perpeſſum minime dubitauit: ſed motrici oīm voluntati diuine videlicet voluntati concordans. oīa hec aſcripſit a qua eadē ſibi ꝓuiſa fuerũt. vnde magnã gratiarũ actionum ꝓrupit in voce dicens. Dñs dedit dñs abſtulit: ſicut dño placuit ita factũ eſt: ſit nomẽ dñi benedictũ. Non dixit dominus dedit et diabol⁹ abſtulit: ſed dñs vtrobiq;. Nec dixit ſicut diabolus voluit: ſed ſicut dño placuit ita factũ eſt. Quod michi ſane diſplicere non debet: ꝗuis tu o ſathana iniqua voluntate miniſtraſti. Ita etiã cenſendũ eſt de quolibet hoĩe nos moleſtante. Nã beatus dauid cum ob demerita peccatoꝝ ſuoꝝ ſit a ꝓprio filio expulſus a regno a facie ei⁹ fugeret circũcinctus fortiſſimoꝝ militumq; armatorũ multitudine: et eum quidam viliſſimus ſubditorũ iactatis contra regem lapidibus amariſſime maledixiſſet: ſtatim vn⁹ ex militibus dauid illum vindicare voluit: ſed ſanctus dauid non ꝑmiſit. ſed cognoſcẽs ꝙ ſibi deus per huius hoĩs maliciã prouideret magis iratus defenſori ꝙ̃ offẽſori indignanter reſpõdit. Quid michi ⁊ vobis cũ filio ſaruie? Dñs inquit miſit illũ ad maledicẽdum dauid. Et quis eſt ꝗ audeat ei dicere: quare hoc fecerit? Dimitte illum vt maledicat michi iuxta preceptũ dñi: ſi forte reſpiciat dñs afflictionẽ meam et reddat michi bonũ pro maledictione hac hodierna. Ecce ꝗ̃ta fides quã profert vir ſcḋm cor dei qui ſibi fatet̃ incerta et occulta manifeſtata a deo. Domin⁹ inquit precepit vt maledicat dauid. Nõ quidem hoc caſu factũ eſt, nec ſolũ a maledicentis malicia: ſed a dñi volũtate imo precepto dei michi hoc ꝯmiſſum eſt. Cũ igitur voluntas celeſtis patris noſtri malorũ aduerſitatibus ac iniquoꝝ maledictiõib⁹ nobis ita ꝓcurare voluerit nõ ſolũ patientie meritũ. verũ etiam eternã benedictionẽ: cur nõ ipſius bñplacito imo magis noſtro ꝓfectui hilarit̃ ag gaudeamus dicẽtes. Libẽter hec ſuſcipio et ſic volo et hoc eſt michi optimũ vt voluntas eius in me impleat̃. Quis me ſeparabit a caritate dei que eſt in chriſto ieſu. Tribulatio/ an anguſtia/ an nuditas/ an fames/ an ꝑſecutio/ an periculũ/ an gladius. His enĩ oĩb⁹ ſupamus ꝓpter eum qui dilexit nos. Debemus tamen ea que nobis ſalubria credimus ſecundũ voluntatẽ eius magna cũ inſtantia poſtulare ab ipſo et quãdo lõgo deſiderio ad obtinẽda laborauerimus/ nec obtinuerim⁹ illud tamẽ cũ magna gratitudine acceptare debemus quod poſt petitionẽ nobis donatur. ꝗuis multũ contrariũ nobis eſſe videatur/ nec debemus aliquid finaliter eligere ⁊ abſolute: ſed ſi ſcḋm ipſm eſt: fiat. Sic enĩ volũtate noſtra oĩno abnegata: quaſi ſpiritualiter morientes dicere poſſum⁹. Pater in man⁹ tuas cõmẽdo ſpiritũ meũ: vt ſit tuus: et nõ meus. Et ſic in oĩbus aduerſitatibus in ipſo ſecuri quieſcem⁹ nullaq; tribulatio nos mouere poterit: q2 ſcimus ꝙ diligẽtibus deum oĩa cooperant̃ in bonũ. Nec ipſis ꝑſecutoribus erimus moleſti cũ videamus eos miniſtros eſſe inter deũ et nos atq; eorũ miniſterio perfici in nobis volũtatẽ dei ⁊ ita eos magis adiutores: ꝙ̃ ꝑſecutores reputabimus.

¶ De quinto mortificatiõis gradu ꝗ eſt ſui ipſius plenaria derelictio et ꝙ neceſſe eſt hominem totaliter ſeipſm derelinquere ſi deſiderat totaliter in deo quieſcere: et ꝙ trib⁹ modis põt quis ſeipſm derelinquere. Item de ſexto mortificatiõis gradu qui eſt ſuiipſius plenaria tranſcẽſio et ꝙ tribus modis in alienationẽ ⁊ trãſcenſionẽ abducimur. Cap. xviij.

A Quintus mortificatiõis gradus ad aſcendum in deo: eſt ſuiipſius plenaria derelictio qui quidẽ gradus non merito ſupponit̃ precedẽti: q2 volũtas noſtra diuino beneplacito perfecte ſubordinata in oĩ euentu hoc ſolũ vult quod ꝑ deum de ipſa diſponit̃: hoc tamẽ implere nõ poterit: ꝙdiu aliqd ſibi de ſeipſo reſuat. Quia dũ ex illa parte qua adhuc ſeipſm poſſidet pulſat̃ mox ad ſeipſm homo rediẽs et vt ita dicã ſuauitatis ſue curam habẽs a deo ſe ſubtrahit i quo ſolo quieſcere diſponebat. vnde neceſſe eſt vt totuꝫ ſe derelinquat qui totaliter in ipſo requieſcere petit. Propter talẽ igit̃ oĩmodã ſui derelictionem notãdũ ꝙ quidã deo ſe dãt ſed tamẽ totos ſe nõ dãt. q2 partẽ de ſe tribuẽdo partẽ ſibi de ſe reſeruãt. vnde in hui⁹ figura quidaꝫ in veteri lege offerebãt ſacrificiũ deo: cui⁹ aliqua pars deo incendebat̃: et aliqua relinquebatur. Quidã vero holocauſtũ offerebãt. qꝺ totaliter deo cremabat̃. Sic etiam aliqui ſe nũc offerũt ſacrificiũ: ſed nõ holocauſtum. Nã ſunt nõnulli ꝗ adhuc mẽte in hoc mũdo retinent̃. ſed tñ ex poſſeſſis reb⁹ ſubſidia egẽtibus miniſtrant: oppreſſos defẽdere feſtinãt. Iſti ſiquidẽ i bonis ꝗ̃ operant̃ dñi ſũt: ſed meliorẽ partẽ retinẽdo totalit̃ eius non ſunt: q2 aliqd de actiõe ſua deo offerũt ⁊ aliqd ſibi reſeruãt. Et ſũt nõnulli ꝗ ſenſuum linguã ⁊ vitam atq; mũdi ſubſtãtiã quã ꝑceperũt dño offerũt: quid iſti niſi totalit̃ dñi ſũt? Sic aliquis eſt qui pro chriſto eſſe patiens deuouit nullũ cõuiciũ pro ꝯuicio reddere oĩa equanimiter tollerare et tñ cũ hũc ꝯtumelia ab ore proximi illata ſubito ꝑcuſſerit turbat⁹ forte loquitur aliquid qđ loqui nō debuit aut decuit. Certe iſte iam dñi eſt: ſed totus non eſt. Fortaſſe etiā cōtra illatas cōtumelias quas portat dolore tangit eius animꝰ: et in caritate vulneratur. Patiētia enī vera eſt: que ꝓ ipſum amat quē portat. Hic itaqꝫ ſepe in cogitatione ſua ſe iudicat: repꝛehenditqꝫ ſeipſm qr minime totaliter mortificatꝰ eſt pro eo ꝙ ex dolore quem in cōtumelijs patitur ſe viuere adhuc ſibi dolet: nec tamē pōt ſe in tm̄ mortificare vt oīno non doleat. Iam vero ꝑ bonam deuotionē dñi eſt: ſed tamē ꝑ dolorem quo tāgitur eſt ſuipſius. Alius ea que poſſidet apud ſemetipſm decreuit indigētibus cūcta tribuere nichil ſibimet reſeruare vitā ſuā ſoli ſuperne gubernationi cōmittere: ſed dū prebet pauperibus que habet: fortaſſis cunctatio menti ſubrepit: que dicit vnde viues ſi cuncta dederis. Nec tamē deſiſtit tribuere: ſed quod letus dare ceperat poſtmodū triſtis prebet. Quid huius mens niſi per mīam domini eſt: ſed per triſticiā cogitationis ſuus. Aut enī deliberare ſūma nō debuit aut poſt deliberationē nullo modo dubitare. Aliꝰ contempta mūdi ſupbia. honores atqꝫ dignitates huius ſeculi decreuit vitare vltimū appetit inter hoīes locum tenere vt tanto celſior inueniatur in permanēti gloria: quanto humilior aſpicit in tranſeunti vita. Is fortaſſe cum ſubito ſeſe a ꝓximo deſpici agnoſcit: dedignatur cū deſpicit vult quidē dici hūilis: ſed non eſſe hunc deuotio iam eleuat: ſed infirmitas grauat. B atqꝫ ſic per deuotionē domini eſt: ſed adhuc ex infirmitate ſuus. Notandū autē vt michi videtur ꝙ tribus modis poteſt quiſqꝫ ſe relinquere vt totꝰ ſibiipſi abnegatus: nulla ex parte iam ſeipſm poſſideat: ſed amore dei aliene efficiatur iuriſdictionis. Primo: videlicet ſi nō viuat ſecundū ſe proprijs motibus ductus: ſed cōuerſatiōi et vite chriſti fuerit totaliter cōformatus. Secūdo ſi ſeipſm et ꝓpria cōmoda alienis vtilitatibꝰ poſtpoſuerit ſe ſibi furatꝰ. Tertio ſi deo abſqꝫ alicuius retributiōis intuitu gratꝰ ſeruierit libere dño mācipatꝰ. Primo igitē ſciendū ꝙ ꝑfectus xp̄i diſcipulꝰ cōuerſatiōi xp̄i debet totaliter cōformari: qr teſte ſcriptura q̄ dicit ſe in chriſto manere debet ſicut ille ambulauit et ipſe ambulare. Quicqđ videt illū feciſſe: et ipſe viuendo pro poſſe ſuo facere ⁊ quicquid ſcđm ipſius vitā non contēpnere: ſicut paulus etiā cruci xp̄i conformis effectus. ſecura mente dicebat. Chriſto cōfixus ſū cruci viuo autē iam nō ego. viuit vero ī me xp̄s.

Et hoc agēdo non ſufficit ſoliſ precepta chriſti ſeruorū more attendere: ſed etiā filiorū in affectu oīa velle agere que ſcit patri celeſti ſimpliciter beneplacere ſicuti ſunt ꝯſilia euāgelica ad que nemo tenet de neceſſitate ſalutis: ſed de exigētia ꝑfectiōis. qr ſine his ſaluꝰ fieri pōt ſi precepta dñi ſeruauerit: ſed abſqꝫ his ſcꝫ cōſilijs ꝑfectus fieri non pōt. vnde dicit dñs ieſus. Si vis ꝑfectus eſſe vade et vende oīa que habes et da paupibus: et veni ſequere me hoc eſt: fac quod ego feci. Non enī conſiderat ſancta cōſciētia. quid precipiat deus: ſed quid velit parata ſemꝑ ad oīa beneplacita. Obedientia enī que finibus exhibet: impfecta eſt. Nam perfecta obedientia legē neſcit. termino nō artatur. Conſimilia igit faciēdo homo perfecte relinqt ſeipſm. Quid enim aliud eſt diligere inimicos bn̄facere his qui nos oderunt ⁊ orare pro ꝑſequentibus ⁊ calumpniātibus nos diuicias paupertate cōmutare et cetera huiuſmodi niſi rem quādā ſupra nature ꝯſuetudinem aggredi ⁊ quaſi veterē quēdā hoīem cū actibꝰ ſuis poſtponere et in noui cuiuſdā hominis vſum trāſire cuius quidē noui hoīs ꝓprios actus beatus Gregorius ita deſcribit. Ad nouū inqt hoīem pertinet preſentē mundū deſpicere trāſitoria nō amare mentē medullitus in humilitate deo et proximo ſternere cōtra illatas cōtumelias patientiā ſeruare cuſtodita patientia dolorē malicie a corde repellere egenis ꝓpria tribuere aliena minime ambire amicū in deo diligere ꝓpt deū etiā eos qui inimici ſūt amare de afflictiōe proximi lugere de morte eiꝰ non exultare. Hec eſt noua in xp̄o creatura hoc ſpeculū noui hoīs quotidie ante oculos vr̄os ponite et videbitis ſi vtrum vos derelinquendo mortificaueritis. Secūdo modo relinqt hō ſeipſm: cū ſe et ſua alienis vtilitatibꝰ poſtponit. Hec eſt enī illa magna abnegatio quā apoſtolꝰ aſſerendo dicebat. Cū enī liber eſſem ex oībus oīm me ſeruū feci. vnde ipſe alios hortatur dicēs. Non q̄ ſua ſunt ſinguli querentes: ſed que aliorꝫ. Et iohannes aplūs in hoc inqt cognouimꝰ caritatē dei. qm̄ ille pro nobis aīam ſuā poſuit: et nos debemꝰ ꝓ fratribus aīam ponere. C Tertio: relinqt hō ſeipſm: cū gratis colit deū nulla ſpe mercedis ſeu retributiōis in pn̄ti vita fouēs hoc aūt efficit: cū nō ſolū temꝑalia bona ſibi ꝓ cultu dei reddi nō exigit ſicut filij iſrael ꝓ tpali regno tātos ſuſtinere ī lege ſua labores: ſed nec etiā virtutes ſpūales et dona gratiarꝫ aliquo ꝓprio cōmodo vel ſolacio requirit: ſed pro ſolo deo vt ipſe datoꝛ ſit et finis ꝓpter quem donentᷣ. Sicut multi grauiter laboꝛant ꝑ adipiſcenda aliqua ſuauitate deuotiõis vel lachꝛimarũ affluentia vt delectentᷣ in eis quibus obtentis vtũtur eis q̃diu durant et vltra laboꝛare ceſſant imo ſi non poſſunt eas cõſequi: nolunt oꝛare aut meditari vel alias ſe ſpiritualiť exercere quod vtiq; nõ oportet fieri imo ſolũ pꝛo honoꝛe et laude dei debemus oẽs extẽdere vires in oꝛatiõibus et alijs exercitijs. Et ſi quidem aduenerit dulcedo deuotiõis affectiõis vel cõpunctionis: ideo gaudere debemus qꝛ ſemper deberemꝰ nos taliter habere et ſi nõ affuerit: nõ minus debemus ſeruire: qꝛ foꝛte qui in duricia ſunt coꝛdis magis laboꝛãdo merentur et cũ quaſi repellunť: magis appꝛopinquãt. Nec etiã munera eterne vite beatitudinis que tanq̃ pꝛo mercede ſue ſeruitutis exquirere debet quis a deo ita dũtaxat vt ideo beatus eſſe velit ſuo cõmodo vt oẽ qđ bene velit habeat ⁊ careat oĩbus que nolit in quibus beatitudinis bonũ conſiſtit: ſed ideo ad illã vitã ambulare debet q̃s: vt aſpiciẽdo clare ipſum fontẽ ſapiẽtie in ipſo cognoſcat quomodo vicinius ipſius poſſit cõplere voluntatẽ a quo ſcꝫ fonte adhuc elongati inter dubia fluctuamus frequẽter quid ſalubꝛius iuxta ipſius beneplacitũ eligamꝰ. Et ideo ob hoc ſolũ eternã debemꝰ optare btitudinẽ vt oĩ depoſita coꝛruptiõis grauedie facilioꝛes pꝛõptioꝛes ⁊ illũinatioꝛes reddamur ad deũ in oĩbꝰ ſruẽdũ abſq; ignoꝛãtia ⁊ pigricia. De pꝛimo legimꝰ in Pſal. Vnã inq̃t dauid petij a dño: hanc requirã vt inhabitem in domo domini oĩbus diebus vite mee. Qui vt diceret quare hanc deſideraret: adiungit vt videam voluntatem domini: videlicet ad certius cognoſcendum quid acceptũ ſit coꝛam eo. De ſcđo ezechias loquitur. Dñe ſaluũ me fac: ⁊ pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebꝰ vite noſtre i domo dñi. Idcirco ſane vult ſaluari ab oĩ coꝛruptione vt pꝛõptius deo cantet. Nec ẽt remiſſionẽ pctõꝝ ad euadẽda toꝛmenta poſtulare quis debet a deo: ſed vt recõciliatus ſibi magis placeat. Declarato iam vtrũq; quĩto moꝛtificationis gradu ſubiungitur ſextus gradus. Vnde notandum q̃ ſextus moꝛtificationis gradus ad quieſcẽdum in deo eſt ſuiipſius plenaria tranſceſſio. In ſuperioꝛibus viſa eſt mẽs deuota quaſi paulatim appꝛopinquare ad moꝛtẽ ſpũalem: in hoc autẽ gradu quaſi ſeparata a coꝛpoꝛe ſurſum ad xp̃m aſcẽdere. Tranſcẽdere aũt aĩa ſeipſam dr̃: qñ ꝑ aliquã gratiã viſitata in tm̃ trahentem gratiam ſequitur: vt oblita pꝛeſẽtium imo ſuiipſius in alium quẽdam ſtatũ tranſfiguratione diuine operationis trãſeat. Hec autẽ tranſcẽſio aliquo vocabulo dici poteſt mentis alienatio. Quotiens nãq; mens diuinũ aliquid tracta ſentit quod humanas vires excedit: non vtiq; in ſe: ſed in deo trahente ſentit. Tribus autẽ modis in alienationẽ vel tranſcenſionem mẽtis abducimur modo. ſ. magnitudine deuotionis: mõ magnitudine admirationis: mõ magnitudie exultationis. Magnitudine aũt deuotiõis mens ſupꝛa ſeipſam rapitur: qñ tanto celeſtis deſiderij igne ſuccenditur, vt amoꝛis intimi flãma vltra humanũ modum excreſcit: q̄ aĩam ad ſimilitudinẽ cere liquefactã a pꝛimo ſtatu penitus reſoluat: et ad inſtar fumi attenuãtã in ſuperna eleuet et q̃to altius aſcẽdat tãto fumi ſolitudine ſubtilioꝛ et minꝰ craſſa reddatur. Donec in ſupernis emiſſa a ſe tota deficiat. Flãma ei ſancti amoꝛis que animam ſurſũ leuat ⁊ a ſe paulatim deficere facit. ex illo igne naſcitur quo ex frequẽti deſiderio videndi deũ aĩa ſuccẽditur. Cũ enĩ ſe cõſiderat in huius exilij erũpna poſitã ⁊ abſentem a deo. deſiderabili eius aſpectu tam diu pꝛiuari: multis ſuſpirijs exiccata. ad eum quem diligit medullitus feruet: donec quaſi continuo feruoꝛe i ipſm tranſeat quem ſitit. Nõne hoc igne quaſi totꝰ excoctꝰ et exhauſtus exclamat ſãctꝰ dauid. Quẽadmodũ deſiderat ceruus ad fõtes aquaꝝ ita deſiderat aĩa mea ad te deꝰ. Sitiuit aĩa mea ad deum fontem viuũ: qñ veniã et apparebo ante faciẽ dei. Fuerunt michi lachꝛime mee panes die ac nocte dũ dicitur michi quotidie vbi eſt deus tuus. Hec recoꝛdatus ſum et effudi in me aĩam meã. Ecce quõ deſiderãdo et memoꝛando deũ ſuũ aĩam extra fudit i ſupna quod nimirũ aĩa deuotiõe aſſuefacta: ſepiꝰ ſentire põt cũ magnitudĩe deuotiõis rapiť a ſe ipſa. Magnitudine autem admirationis ſupꝛa ſeipſam ducit᷑ qñ cõſideratis diuinis opatiõibꝰ mẽs i ſũmis cõnibꝰ et cauſis ſuſpẽſa tãto ſtupoꝛe cõcutiť: vt a ſuo ſtatu funditus excutiať de qbꝰ pſalmiſta ait. Delectaſti me dñe i factura tua: et i opibꝰ manuum tuarũ exultabo. Quam magnificata ſunt opa tua dñe nimis ꝓfunde facte ſũt cogitatiões tue vir iĩſipiẽs nõ cognoſcet et ſtultus non intelliget hec. Conſiderãdo magnifica opa dei: vt exẽpli grã aliqđ dicam inuenimus i eis mirabilẽ potẽtiã ſapiam et benignitatẽ. Mirabilis reuera atq; in compꝛevenſibilis creatoris noſtri potentia que tam multa de nichilo creauit tam magna. Que virtus tanta de nichilo et minutiſſimū quid ineſſe producere poteſt. Excedit enī hoc omnem creatā virtutē: nec omnino ꝑtinet niſi ad potentiā infinitā: mirabilis etiam et ineffabilis ſapientia dei. Omnia enim ſuo ordine currunt et ſuum locū tenendo: terminos ſtatutos non excedūt: nec ſolū ſimiliū verū etiā diſſimiliū ac repugnantiū tanta eſt concordia vt in vnā quandā amicitiā et cōfederationem vniuerſa cōueniant. Quid enī repugnātius poteſt eſſe igne ꝗ aqua? Que tamē in rerum natura ita cōtemperauit dei ſapientia: vt nō ſolū q̄ ꝑtinēt ad cōe ſocietatis vinculū non diſſipēt: verū etiā naſcētibus cunctis vt ſubſiſtere poſſint vitale alimentū ſubminiſtrent. Benignitas etiam dei mirabilis valde atq; amabilis eſt qua deus cūcta creata cōſeruat: vt ꝗuis vnūquodq; corruptibiliū in ſuo indiuiduo perire videatur: tamen nouis veteribus ſuccedētibus quaſi in ſua ſp̄e permanere videtur. Hoc quoq; mirabiliter cōmendat dei benignitatē ꝙ etiā illa cōſeruat: que ꝗ̄tum in ipſis eſt: deo cōtraria ac rebellia ſunt vtpote hoīes ipſum quotidie peccatis ſuis cōtempnētes: ꝗ nō min⁹ ipſis pluit: ꝗ̄ bonis et iuſtis et ſolem ſuū oriri facit ſup bonos et malos. In quo facto oſtendit deus quātū ſibi in hoībus qui ad ymaginē ei⁹ facti ſūt placeat benignitas miſericordie. Magnitudine vero exultatiōis et iocūditatis mēs humana ſupra ſeipſam rapitur; quādo intima eterne ſuauitatis abundātia potata imo inebriata quid ſit quid fuerit penitus obliuiſcitur et in abalienationis tripudij ſui nimietate traducitur ſicut enī vinū inebrianti mentē euertit: ita amoris abundātia amaroſam mentē euertit vt ſe et oīm obliuiſcatur et a ſe rapiatur et in ſolo quē diligit ſe ſētiat. Sed illa abundātia amoris que ita mentem inebriat: ſpecialiter naſcitur ex recordatione beneficiorum dei vel future glorie que reuelabitur in nobis in qua deus preparauit diligētibus ſe que nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcēderūt. Unde dauid. Letatus ſum inquit in his q̄ dicta ſunt michi in domum dn̄i ibimus. Sed quia illud gaudium nondū apparet: ſed reuelabitur in futuro: minus mouet quorūdam mentem ad illam ineffabilē exultationē que mentē a ſeipſa rapiat. Magnitudo ergo iocūditatis familiarius naſcitur ex beneficiorum recordatione q̄ mētem totam ſibi vēdicat et ſpecialiter conſiderata illa magnitudo et abundantia dilectiōis qua deus ſic nos dilexit vt vnigenitum ſuū daret ꝓ nobis: vt omnis q̄ credit in ipſū nō ꝑeat: ſed hēat vitam eternā cui etiā vt nobis parceret ſibi non pepcit: ſed in mortē turpiſſimā tradidit dn̄m glorie et maieſtatis. Sancti etenim et deuoti hoīes pertractantes et admirantes ac etiam dulciter amplexantes in xp̄o illum amoris exceſſū: quo cum eſſet eiuſdem glorie cum patre ſū ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione humana contempta: vicē ſibi reddere nō cōfidunt: ſed paſſionis eius ſtimulis quaſi quibuſdā aculeis incitati ferūt effrenes in amoris abyſſum in profundū caritatis illud omnino ꝗ ſolum conquerentes. Quid retribuam dn̄o ꝓ omnibus que retribuit michi ꝗ quadā ſctā et ſana inſania mentis tranſlati parum amare ſe reputāt ſic amati. Quid nāq; aliud faciat cōſiderata tanta et tā indebita miſeratio. tam gratuita et ſic ꝓbata dilectio. tā inopinata dignatio. tam inuicta manſuetudo. tam ſtupenda dulcedo. quid inq̄ hec oīa conſiderata faciant niſi vt conſiderātis animū ab oī penitus inordinato et illicito amore vendicent. et ad ſe mirabiliter rapiant et vehementer afficiant faciantq; pro ſe contemnere quicquid niſi in contēptū horū non pōt appeti. Quod ſine dubio marie eſt huic mūdo mori. imo q̄ſi ex mūdo migrare ad deū.

De ſeptimo mortificationis gradu qui ē deuote mentis in diuinam caliginē ſpiritalis introductio. Cap. xix.

Septimus mortificationis gradus ad quieſcendū in deo: eſt mentis deuote ī diuinam caliginē ſpiritalis introductio. A Nempe poſt terrene ſolicitudinis depoſitionē poſt mentis ab oī ſpecie creata denudationē poſt ſui in intimo recollectionē cum mēs ſeipſam a ſeipſa alienare ſtuduerit per voluntatis ſue indiuiduā transformationē. per ſui ipſius derelictionē: et per ſui ipſius tranſceſſionem introducitur in diuinam caliginē vt deum videat. Introduci autē quis dicit in diuinam caliginē vt michi apparet qꝛ quantumcūq; hō per ꝓpriam induſtriam oīa impedimenta poſt poſuerit B et mentē ad ꝑcipiendum ſpiritualia ꝑparauerit: nichil tn̄ cōtēplari ſupercelestia et diuina per ſe poterit niſi per vocantem gratiam fuerit ſuper naturalem modum cognitionis manuducta qꝛ [illegible] abſcondita. & hec cognitio ab oculis mortaliū nec niſi ī dei lumine videri poteſt. Caligo autem ī qua obſcure qd et minus perfecte videri poteſt: deſignat tẽperamẽtũ quoddam diuine claritatis quo ſe inuiſibilis et incõprehenſibilis humane mẽti cõdeſcendẽdo cõtẽperat ſuã quodãmodo claritatẽ obnubilãdo et intellectũ humanũ clarificãdo vt fiat dñi luminis capax. Ut aũt de hac materia aliqd ordinatius ꝑtractari poſſit: q2 in ſupiorib⁹ gradibus de moyſe exẽpla aſcenſionũ poſuimus: cõſideranda ſunt verba ſacre ſcripture in quib⁹ poſt aſcẽſionẽ predictoꝝ graduũ legitur in diuinã caliginẽ introduct⁹. Nam ita ſcriptũ eſt ſeptima autẽ die videlicet poſt montis aſcẽſionẽ vocauit dñs moyſẽ de medio caliginis. Erat autẽ ſpecies glorie domini quaſi ignis ardẽs ſuꝑ verticẽ montis. Ingreſſuſqȝ moyſes mediũ nebule aſcendit in montẽ et fuit ibi xl. diebus et xl. noctib⁹. In ſex ſiquidem dieb⁹ quib⁹ moyſẽs ſeipſm preparauit ad diuinã viſionẽ ⁊ allocutionẽ ſignificari poſſunt ſex mortificatiõis grad⁹ quos ſupra diximus: in qbus homo quaſi ad ꝑfectionẽ aſcẽdendo laborat vt die ſeptimo feriatus in abſcõdito faciei dñi exhilarat⁹ dulciter requieſcat. Notandũ etiã ꝙ i hac viſione moyſes non ſimplicitẽ dicit ſe gloriã dei vidiſſe ſed ſpeciẽ hoc eſt ſimilitudinẽ: q2 nimirum ꝗ̃ talibus ſe intẽtiõe mens hũana extenderit adhuc tamẽ in carne mortali poſtea videre gloriã dñi ſicuti eſt non poteſt: ſed quicquid eſt ꝙ de illa in mẽte reſplẽdet ſimilitudo eius eſt nõ ipſa. Cõgrue igitur ꝑ caliginẽ vidiſſe ſe fatetur in qua quaſi dubie res videntur ita tamẽ vt poſſint cognoſci: ſed minus plene videri: et hoc eſt illud tẽperamentũ diuine cognitiõis de quo ſupra dixi. Nam illa natura imutabilis ſi ita vt eſt nobis i hac mortalitate viuentibus apparere voluiſſet: fulgore ſuo nos obcecaret potius ꝗ̃ illuſtraret. vnde etiã ꝓpheta ezechielis nõ ſolã ipſam gloriã diuine claritatis ſed nec ſimilitudinẽ eius quidẽ ſufferre potuit. Sed poſtꝗ̃ iquit vidi: cecidi in faciem meã videlicet reuerberatus a tanta claritate. Quid igit̃ de hoc viro fieret ſi ita vt eſt eius gloriã vidiſſet qui ſimilitudinẽ glorie illi⁹ vidẽs ferre non valẽs cecidit. Qua in re cũ magno merore pẽſare debemus et cũ lachrimis cõſiderare: in ꝗ̃tam miſeriã cecidimus: qui etiã ipſm bonũ ferre nõ poſſumus ad qđ videndũ creati ſumus. Species autẽ vel ſimilitudo quã vidit moyſes erat quaſi ignis. Sed cũ in igne ſint duo ſplendor videlicet et ardor: cur ſpeciem illã moyſes ſplendentẽ non deſcribit ſed ardentem. Unde notãdum ꝙ ſplẽdor diuinus intellectu percipit̃ ardor autẽ affectu. Sed q2 intellectus noſter in preſenti ſtatu nichil certe aut unde de deo cognoſcit: ſed eius cognitio ſe habet ad deũ ſicut oculus noctue ad lucem ſolis: affectus vero ꝓpinquius ſentit deũ ideo diuinus ignis nobis ardere dict⁹ eſt nõ ſplendere. Ignis eni ille qui cordis interiora ꝑ ſui amoris calorem accendit quid aliud ꝗ̃ deus eſt: vnde affectu in deo in hac vita qeſcere poſſumus: intellectu vero nequaꝗ̃ ꝓpter ipſius videlicet intellect⁹ imperfectionẽ. verũtamẽ ſimilitudines ille in quibus deus in aliqua ſubiecta creatura hoibus apparere dignat⁹ eſt ad tẽperantiã ſue incõprehẽſibilis claritatis ꝗ̃uis per ſignificationẽ ſuã intellectũ noſtrum ab inferioribus ad ſuꝑiorũ cognitionem perducãt: nõ tamẽ ſufficiũt amãti anime nec quietant affectũ ſitientẽ deum. vnde et ſi per aliquã reuelationẽ oſtẽdũt̃ vel in libris legũtur. et aliquid forte remote tamẽ ⁊ proprie de deo cognoſcere faciũt ipſis mox quaſi conceptis inpatiẽtiori modo ⁊ frequẽtiori deſiderio ferimur ad illius plenã et nudam cognitionẽ quam in eis quaſi per velamen tactũ intelligimus. vndeqȝ ipſe moyſes cum in ſupradicta ſimilitudine glorie per reuelantẽ gloriam itellexiſſet quid de deo ſentire in ipſa viſione deberet: importune valde et quaſi impatiẽter mouebat̃ ad claram illius viſionẽ qui foris ſignificatus intus latebat. vnde dicit ad deum. Si inueni gratiam inqt in oculis tuis: oſtẽde mihi temetipſum manifeſte: vt ſciã te. Et iterũ. Oſtẽde michi gloriã tuã: quaſi diceret nõ in ſpeculo et enigmate et obſcura manifeſtatione: ſed nuda cognitiõe. Ut autẽ aliqd ꝓpter exemplũ oſtẽdatur quomodo ſimilitudines viſe ducãt in dei cognitionẽ poſſumus cõſiderare in ꝑſenti ignis ſimilitudine. Ignis eni vt ait dionyſius inter multas eius virtutes eſt ſuꝑatiu⁹ oim et quib⁹ ineſt ad ꝓpriã operationẽ: alteratiuus traditiuus ſui oibus approximãtib⁹. Quid eſt enim qđ ignis nõ conſumit. Et in hoc eſt veſtigiũ dei omnia exuperantis. vnde inquit in hac virtute ignis ſentit. alio loco ſcriptura aperit dicẽs. Deus noſter ignis conſumens eſt. Alterat etiã ignis materias ignibiles in ſui naturã et in operatiões igneas. Et in hoc gerit ſimilitudinẽ diuine bonitatis q̃ ꝑ ſui amoris feruorez quos tetigerit ardere facit. et per exẽpli flãmã alios quos tãgunt accendere. Ignis eſt etiã oibus ſibi approximantib⁹ ſui traditiuus: et in hoc habet ſimilitudinem diuine cõicabilitatis que ſe oibus deſiderantibus cōmunicat ⁊ ꝗto quis ſiccior fuerit ab humore cōcupiſcentie carnalis: tanto quaſi pinguior eſt nature ignis factꝰ citius et amplius participās ignitur a deo. In his forte et infinitis alijs ſignificatiōibꝰ ignis reuelāte deo delectari poterat aīa moyſi et ardore diuino accepto totus in deū mutari nō i traſeūtes figuras que tanꝗ corporales cōmunes ſunt noſtris aſpectibꝰ. Unde et ſponſa nō contēta ꝓpheticis viſiōibus nec figuratum in velatiōibus ipm ſpōſum vicinius et ꝓpe ſentire cupiēs dixit. Oſculetur me oſculo oris ſui. ac ſi diceret. Non ſum ꝯtenta his exterioribus ſignis que michi quandā caliginem licet viuem faciūt ad videndū dilectū ſed ſpeciali prerogatiua in intimis aſpectibus atqꝫ medullis cordis celitꝰ illapſum ſuſcipere cupio: ita vt preſentē habeā quem deſidero nō figuratum ſed infuſum non apparentē ſed afficientē eo ſine dubio iocundiorē quo intus nō foris. Quid eſt autem qđ moyſi a dño denegāte ſibi multū deſiderāte faciē audiuit ego oſtēdam tibi omne bonū faciē autem meā non videbis: niſi ꝙ differtur interi clara viſio que erit facie ad faciem in qua eū videbimus ſicuti eſt. Non tamē per occultā preſētiam dedignatur exhibere affectui noſtro non aliud ꝗ ꝙ eſt. Et ſi non poſſumus cōprehendere quid ſit deꝰ: ſufficiat tamen ſentire ꝗ bonus et ꝗ dulcis ſit. Sed ſciendū ꝙ etiā iſta ſpiritualis ⁊ affectualis manifeſtatio nō vniformiter et vno modo nec etiā ꝯtinue immo ſicut illa ſimilitudinaria ⁊ extriſeca multifaria eſt: ita et affectualis et intriſeca ⁊ pro varijs deſiderijs aīe ꝯtinget etiā diuine guſtum preſentie variari et īfuſum ſaporē ſupne dulcedinis aliter atqꝫ aliter appetētis oblectare paulatim. Quiſqꝫ igitur taliter affectꝰ ē vt poſſit dicere. mihi autē adherere deo bonū eſt: vel etiā tanti eſt vir deſiderij vt vehemēter cupiat ⁊ ardēter ſitiat diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto: profecto non aliter ꝗ in forma ſponſi ſuſcipiet ieſum in tēpore viſitationis aliquādo propter īfirmas ac teneras aīas in forma medici apparet ieſus in oleo videlicet et in vnguēto. Qui enī cōpunctus recordatione actuū ſuorum loquens in amaritudine anime ſue dicit deo. noli me cōdempnare aut forte adhuc grauiter tēptatur et periculoſe a ꝓpria cōcupiſcētia īpugnatur: hic talia non requiret ſpōſum ſed medicū ac ꝓ hoc non oſcula vel amplexus petit accipere: ſed tātū remedia vulneribus ſuis in oleo mīe et vnguento cōſolatiōis ne deſperet. Sic ſic ſentiunt qui quotidie vicijs preſentibus impugnantur ⁊ cōtritione preteritorū mordētur et aduenientē ieſu frequēter liberarentur ab amaritudīe atqꝫ poſt anxios fletus et poſt ienarrabiles gemitus et ſingultus eorū ſaucia cōſciētia perungitur: vnctiōe mīe et ꝑfunditur oleo leticie ita vt ſepe quē oratio pene deſperantē ſuſcepit: reddat exultantē et preſumentē de venia. Interdum etiam quaſi viator quidā itinerāti i hoc mūdo menti deuote ſe ſociare dignatur et iocundiſſimis ꝯfabulatiōibus a vie labore releuat ſicut illos qui dicebāt. Nōne cor noſtrum ardens erat in nobis de ieſu: dū loqueretur nobis in via. Nōnunꝗ etiā in pſona quaſi magni patriſfamilias occurrit his q de libertate ſpiritus et puritate hac quarūdam virtutum atteſtatione magna minores effecti: īcipiunt maiora appetere et ampliorē pfectionē deſiderare nō mō ſciarū: ſꝫ etiā virtutū. Sed notādū ꝙ diuina illa caligo ſicut itellectū nr̃o ignis ſplēdorē tēperat: ita affectum nr̃o ardorē mitigat. Nā ignis ille nō tm̄ operatur i nobis quantū poteſt ardere: ſed ꝗtum infirmitas noſtra poteſt ſuſtinere. Quis enī neſciat ꝙ ſi totam virtutē ſuam in nobis excerceret: nos cōſumeret potius ꝗ emēdaret. Nā enī paucas gratias ſine periculo ꝓprie eſtimationis ferre nō poſſumꝰ: quis iter multas virtutes nō penitus elatiōe periret: cū etiā paulo apoſtolo ſtimulꝰ carnis pro tātarū reuelationum et virtutū velamēto datus eſt. Eſt ergo nobis diuina caligo hoc eſt tēperamētū vel infirmitas imīnēs vel tēptatio accedēs. Pio nāqꝫ rectoris noſtri moderamie agitur vt pfectus noſtri elatio cōprimatur: qꝛ dum aīa alicuius boni ſibi cōſcia virtutes ſuas ſibi ad memoriam reuocat: quadā eſtimatiōe et gratulatione ꝓprie eſtimatiōis: quaſi quodā nimio feruore exultat. Sed dū ꝓpria infirmitas interrogāte temptatiōe cognoſcitur ſubito anxietatis merore ardor gratiarū quodā temperamēto ꝓprie cognitiōis moderatur. Ita etiā ſit vt ſe ꝑiſſime maxime virtutes et gratie quaſi nulle reputentur. dum videlicet animꝰ magis dolet in his ſe deficere que deſunt: ꝗ in illis gaudet proficere que aſſunt: et ita parue tēptatiōes tēperamēto diuine obūbratiōis abſcondūt magnas virtutes. Et idcirco dñs ſine paucitate munerū nō impētit nobis dona ſua ſcđm deſideria noſtra: ſed ſcđm menſuram noſtris profectibus imponit. vt ſepe habeamus quedā virtutū dona que nunꝗ quēſiuimus et queramus quedam nec tamē habere valeamus: quatenus mens noſtra dum hec non poteſt habere que appetit ⁊ illa ſe intelligat de ſemetipſa nō habere que habet: ⁊ pro ea que aſſunt cōſiderentur que deſunt: et per ea que vtiliter deſunt ſeruētur humiliter bona que aſſunt. Poſtremo notādum ꝙ ſicut noſtri intellectus oculus non poteſt irreuerberata acie intēdere in diuinū ſplēdorē vt videat deum in hac vita niſi prius ab omnibus viſibilibus ſimilitudinibus quibus indiget ad cognitionem moriatur ita intercedente quadam morte fantaſmatum que nobis occurrunt cū de deo cogitare volumꝰ puro et reuelāto aſpectu intueātur radium infallibilis veritatis ita palatum cordis applicare nō poſſumꝰ in occultū ſaporem diuine bonitatis niſi prius ab oībus ſenſibilibꝰ concupiſcētijs extinguatur ita vt nulla delectatione impediēte mūdo et purgato affectu toto corde/ tota anima/ tota virtute/ ſapiat et guſtet ꝙ̄ ſuauis eſt dominus. Vnde cū dictū eſſet moyſi faciem meā videre nō poteris: illico cauſa adiuncta eſt et ratio. Non eni inquit deus videbit me homo et viuet. Quam mortē nobis preſtet qui pro nobis mortuus eſt amē. Non autē hec ſcripſi: vt teneritudinem legētis tanto pondere perfectiōis velim nimis grauare vt oīa que hic ſcripta ſunt facere debeat. ſed iuxta vires ⁊ gratiā ſibi a deo ꝯceſſas i his ꝓficiat vel hēat vū ꝯſiderare valeat i ꝙ̄tis deficiat. In ꝗbus ſi aliq̄ minꝰ bn̄ dicta ſunt: ꝑ meliꝰ intelligentē peto corrigi: dū tn̄ nō odio ducat̄ ſed amore.

¶ Qualiter hō veniet ad cognitionē aīe ſue: ⁊ de tribꝰ gradibus aſcēdēdi ad dictā cognitionē. Cap. xx

A Neceſſe eſt aīam q̄ habere vult cognitionē ſpiritualium rerum primo habere cognitionē ſuipſius: qꝛ nequaꝙ̄ habere poteſt cognitionē de natura ſupra ſe: niſi primo habeat cognitionē de ſeipſa. Et quidē cognitionē ſuipſius nō pōt apꝑhēdere quouſqꝫ fuerit inſtructa refrenare quēlibet ymaginationē corporalē terrenā atqꝫ celeſtē. Et ideo qn̄ venit ad cor ſuum aliqua delectatio viſus: auditus: guſtus: odoratus: et tactus vel alicuiꝰ alterius ſenſus corporalis: dꝫ illā refutare ⁊ calcare: vt ſeipſam videat talē: q̄lis eſt totaliter ſine corpore. Tunc aīa ſuipſius aliqualiter hꝫ cognitionē; qn̄ ita colligit̄ intra ſemetipſā: et ita ſeparatur a cognitione oīm terrenorꝫ et ab vſu ſenſuū corporaliū: ꝙ ſentit ſeipſam ꝓut eſt i natura ꝓpria abſqꝫ corpe. Si igit̄ cupias cognoſcere ⁊ videre quid ſit aīa vel eſt tua: nō cōuertas cogitationē tuā in corpus tuū ad querēdū ⁊ ſentiendū aīam tuā quaſi abſcōditā eſſet in carnes corde tuo: ſicut cor tuū i corpore tuo abſcōditur ⁊ includit̄. Si ſic queſieris nūꝙ̄ illā inuenies in ſeipſa: ſed quo plus queris inuenire illā et ſentire illā ſicut ſentire velles rē corporeā: eo magis ab eius cognitione elongaris: qꝛ aīa tua nō eſt corpus: ſed vita inuiſibilis nō abſcōdita in corpore tuo et incluſa ſicut res minor abſcondit̄ in maiore: ſed tenet corpus et viuificat ⁊ multo maior eſt corpore in potentia et virtute. Si ergo illam inuenire deſideras abſtrahe cogitationē tuam ab oī corporeo extrinſeco et a memoria etiā corporis tui necnō et ab oībꝰ quinqꝫ ſenſibus tuis in ꝙ̄tū potes et cogita de natura aīe rōnalis ſpūaliter ſicut cogitare velles ad cognoſcēdū aliquā virtutē et veritatē humilitatē vel aliquā aliā ꝟtutē. Cogita etiā ꝙ aīa eſt vita immortalis et inuiſibilis. q̄ habet ptātē i ſeipſa vidēdi et cognoſcēdi ſūmā veritatē et diligēdi ſūmā bonitatē. i. deū. Nū vides iſtud tūc aliqd ſētis de teipſa: nō q̄ras teipſam in alio loco. Et ꝙ̄to plenꝰ et clariꝰ cogitare potes de natura et dignitate aīe rōnalis et qd ē eius opatio naturalis. tanto meliꝰ vides teipſam: quantū ad naturā aīe tue. Attendas igitur diligenter. quō aīa eſt mirabilis in ſeipſa. Eſt eni vna in ſua natura: et tn̄ plura opa facit et diuerſa. Nam ipſa videt ꝑ oculos audit ꝑ aures. guſtat ꝑ linguā. vel ꝑ os. odorat per naſum. et tangit ꝑ oīa mēbra. Sed valde difficile eſt aīam q̄ rudis eſt et multū carne oppreſſa: ſic habere viſionē et cognitionē ſuipſius: qꝛ qn̄ cogitare vellet de ſeipſa. vel de angelo aut de deo: ſtatim incidit ad ymaginem forme corporalis et eſtimat ꝑ talē ymaginationē habere cognitiōez aīe: et non ꝑ ymaginationē dei et ſuipſius vel aliarū rerū ſpūaliū et hoc nō pōt eſſe qꝛ oīa ſpūalia videntur et cognoſcunt̄ habere B cognitionē dei et ſuipſiꝰ vel aliarū rerum ſpūaliū. per intellectū ꝙ virtus iuſticie. eſt reddere vnicuiqꝫ quod ſuū eſt. ſic ſimili modo ꝑ intellectū pōt aīa videre ſeu cognoſcere ſeipſam. Et vt aīa poſſit tandē ad diuinā aſcendere contemplationē: ipſa interim reuertitur ad ſeipſam. et facit de ſeipſa quoſdam gradus per quos valeat aſcendere vt videlicet primo poſſit videre reſpicere ſui ipſius naturam interiorem; et poſtea naturam que eſt ſupra illam. Sed ſi ſua cogitatio ſit per corporales ymaginationes diuerſimode diſperſa: tunc ſeipſam ſcrutari non poteſt in ſua propria natura.

Nunc o anima mea fuge paululũ occupationes tuas: absconde te modicũ a tumultuosis cogitatiõib⁹ tuis: abijce nũc onerosas curas et postpone laboriosas distentiones tuas: vaca aliquãtulũ deo: et requiescere aliquãtulũ in eo: intra in cubiculũ mẽtis tue: exclude oĩa p̄ter deũ vel que te iuuẽt ad inueniendum eũ: et clauso ostio quere eũ. Dic nũc cor meum: dic nũc deo: Quero vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe requiro. Non tẽpto dñe altitudinẽ tuã penetrare: quia nullatinus cõparo illi intellectum meũ: sed desidero aliquaten⁹ intelligere veritatẽ tuã quam credit et amat cor meũ. Neq; enim quero intelligere vt credam: sed credo vt intelligam. Rogo domine qui das fidei intellectum: da mihi queso vt q̄tum scis mihi expedire intelligam: quia tu es sicut credimus et hoc es qđ credim⁹: et credim⁹ quod te esse aliqđ quo nihil mai⁹ cogitari possit. O deus trinus et vnus pater et filius et spiritus sanctus. Eya nũc ergo dñe deus meus doce cor meũ vbi et quõ te querat: vbi et quõ te inueniat. Dñe si hic non es: vbi te querã absentẽ. Si autẽ vbiq; es: cur nõ video p̄sentẽ. Sed certe inhabitas lucẽ inaccessibilẽ. Et vbi est lux inaccessibilis: aut quõ accedã ad lucẽ inaccessibilẽ: aut quis me ducet et inducet in illã vt videã te in illa. Deinde quib⁹ signis qua facie te queram. Nunq̄ te vidi dñe deus meus: nec vnq̄ vidi faciem tuam. Quid faciet altissime dñe: quid faciet iste longinquus exul. Quid faciet seruus anxius amore tui: et longe proiectus a facie tua. Anhelat videre te: et nimis abest illi facies tua: accedere ad te desiderat: et inaccessibilis est habitatio tua. Inuenire te cupit et nescit locum tuũ: querere te affectat et nescit vultũ tuum. Domine deus meus es et dñs meus es: et nunq̄ vidi te. Tu me fecisti et refecisti et omnia mea bona mihi cõtulisti: et nondum noui te. Deniq; ad videndum te factus sum: et nondum feci propter quod factus sum. Ecce dñe deus meus sctĩssime oĩpotentissime inueni locũ in quo habitas: q2 in aĩa quã creasti ad ymaginem et similitudinẽ tuã: que te solũ querit et desiderat est habitatio tua. Ego erraui sicut ouis q̄ perijt querens te exterius qui es interi⁹ et laboraui multũ querens te extra me et tu habitas in me si tamen desidero te. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua et noua. Sero te amaui et tu intus eras: et ego foris: et ibi q̄rebã te et in ista formosa que fecisti deformis irruebã: mecũ eras: et tecũ nõ erã. Quero q̄s fecit me. Tu dñe fecisti me: sine quo factuz est nihil. Tu factor meus: ego opus tuum. Gratias tibi ago dñe deus meus per quẽ viuo ego et per quem viuunt oĩa: qm̄ tu fecisti me. Deus adiutor meus qui illuminasti me: inueni te: vbi inueni te. Vbi inueni te: vbi cognoui te. Quid est q̄ dixi cognoui te. Nonne tu es incõprehensibilis et immensus rex regũ et dominus dominantiũ: qui solus habes immortalitatem: et lucem habitas inaccessibilem quam nullus hoĩm vidit: sed nec videre potest. Sed qualiter cognoui. Cognoui te in te. Cognoui enim te: non sicut es: sed cognoui te sicut mihi cognitus es et hoc nõ sine te sed in te: quia tu es lux que illuminasti me. Sicut tibi es soli cognitus es. Sicut mihi es secundum gratiã tuã et mihi cognit⁹ es. Sed quid mihi es. Dic mihi misericors de⁹ misero tuo: dic mihi per miserationes tuas: qđ mihi es: dic anime mee salus tua ego sum. Noli abscõdere a me faciem tuã: ne moriar ne eam videam. Sine me loqui apud misericordiam tuam q̄m misericordia tua magna est super me: loquar ad dñm meum: cũ sim cinis et puluis. Dic mihi supplici tuo dic mihi misericors misero tuo: dic p miserationes tuas: quid mihi es. Et intonasti de super voce grandi ĩ interiorẽ aurem cordis mei et erupisti surditatẽ meã et audiui vocẽ tuam. Illuminasti cecitatem meam: et vidi lucẽ tuaz et cognoui quia deus meus es. Cognoui te verum solum deum: et quem misisti iesum christum. Erat tempus quando non cognoscebã te. Ve tempori illi quando non audiebam te. Illũinasti me et vidi te et amaui te. Nemo quippe te amat nisi q̄ te videt: ⁊ nemo te videt nisi qui te amat. Sero te amaui pulcritudo tā antiq̄: sero te amaui: ve tēpori illi quo nō amaui te. Gratias tibi lux mea: quia illuminasti me ⁊ cognoui te. Sed quō cognoui te. Cognoui te deū solū vnū et verū creatorē meū. Cognoui te creatorē celi ⁊ tre visibiliū oīm et inuisibiliū deum verū vnū ⁊ vnū, oīpotentē immortalē, inuisibilē, incircūscriptibilē, interminabilē eternū inaccessibilē: incōprehensibilē inperscrutabilē: immutabilē immensū infinitū: per quē oīa facta sunt: per quē cuncta subsistunt elementa. Cuius maiestas sicut principium nō habuit. sic nec desinet in eternū. Cognoui te verū solū deum eternū patrē et filiū et spiritum sanctū: tres quidē personas: sed vnā essentiā oino simplicem indiuisamq̄ naturā. Patrē a nullo: filiū a patre solo spm̄ sanctū pariter ab vtroq̄: ab initio sine fine semp̄ deū trinū et vnū solum ⁊ verū deū oīpotentem: vnum vniuersoꝝ principium: creatorem oīm visibiliū et inuisibiliū: spiritualium ⁊ temporalium: qui tua oīpotēti virtute simul ab inicio tēporis vtrāq̄ de nichilo condidisti creaturā spūalē et corporalē videlicet angelicā: ⁊ mundanā ac deinde humanā quasi cōmunē ex spiritu et corpore constitutā. Cognoui et cōfiteor te deū patrē ingenitū: te filium vnigenitū: te spiritum sanctū paraclitum: sanctam et indiuiduā trinitatem tribus coequalibus gloriis consubstantialibus et coeternis trinitatē in vnitate ⁊ vnitatē in trinitate corde credēs ad iusticiā: et ore confitēs ad salutē. Cognoui te verū deum et dñm iesum xp̄m dei vnigenitum creatorē et saluatorē: ac redēptorē meū: ac totius humani generis: quē confiteor ex patre genitum ante secula: deum de deo lumē de lumine deū verum de deo vero non factū sed genitū consubstantialē patri ⁊ spūi sancto per quē oīa facta sunt a p̄ncipio firmiter credens ⁊ veraciter confitens te dei vnigenitum iesum xp̄m ꝓpter salutē hoīm a tota trinitate cōiter incarnatū: et ex maria semper virgine spiritu sancto cooperāte conceptū: verū hoīem factū ex aīa rationali et humana carne subsistentē. Qui cum secūdū deitatem vnigenitū dei impassibilis sis pariter et immortalis: ꝓpter nimiā dilectionē qua dilexisti nos: idem ipse dei filius s'm humanitatē factus es passibilis et mortalis. Qui ꝓpter salutē humani generis vnice fili dei in ligno crucis pati dignat⁹ es passionē et mortem vt nos a morte perpetua liberares: atq̄ ad inferos vbi sedebant patres nostri in tenebris auctor luminis descendisti: et die tercia gloriosus victor ab inferis ad superos reuersus resuscitatus sacrū corpus quod ꝓ petis nostris mortuū iacuerat in sepulchro et viuificās secūm scripturas die tertia hoīem vt ipsum i patris dextera collocares. Assumpta namq̄ tecū ex inferis captiuitate quā captiuauerat antiquus humani generis inimic⁹ verus dei filius verus nostre carnis substātie idem immortalis et carne hūana ex virgine assumpta super omnes celos ascendisti: ⁊ trāscendens ordines angeloꝝ vbi sedes ad dexterā dei patris vbi est fons vite et lumen inaccessibile et pax dei que exuperat oēm sensum. Ibi te verum deū et hominē credimus iesum xp̄m et adoramus cōsistentē te patrem habentem: indeq̄ venturum iudicem in fine seculi expectam⁹ vt iudices viuos et mortuos et reddas omnibus bonis ⁊ malis s'm opera sua: que operati sunt in hac vita premiū vel supplicium ꝓut vnusquisq̄ dign⁹ fuerit requie vel tēumpnus. Resurgent enim in illa die simul a voce virtutis tue oēs hoīes quotquot aīam humanā receperunt in carne illa quā habuerunt: vt totus homo pro meritis vel gloriam suscipiat vel gehennā. Tu es ipsa vita et redemptio nostra quē saluatorem expectamus dñm nostrum iesum christum qui reformabis corpus humilitatis nostre: configuratū corpori claritatis tue. Cognoui etiam te sancte spūs verū deum vnicum spiritum sctm̄ patris ⁊ filij pariter ab vtroq̄ ꝓcedētē consubstantialem ⁊ coeternū patri et filio paraclitum et aduocatum nostrū qui super eundē deum et dñm nostrū iesum xp̄m in columbe specie spiritus descēdisti ⁊ super apostolos in linguis igneis apparuisti: qui etiā oēs sanctos et electos dei a principio tue gratie muneris docuisti et ora ꝓphetarū vt enarrarent mirabilia regni tui aperuisti: quē cum patre et filio simul adorari oportet ab oibus sctis dei mitte ergo ⁊ ego filius ancille tue in corde glorifico nomē tuum qui illuminasti me. Tu es enim vera lux: lumē veridicū vere ignis dei et magister spirituū qui vnctione tua doces nos oēm veritatē. Spirit⁹ veritatis: sine quo impossibile est placere deo: quoniā tu ipse deus es ex deo: ⁊ lux de luce procedens a patre lumine ineffabilis a suo filio dño iesu xp̄o quibus consubstantialis et coequalis et coeternus existens in vnius trinitatis essentia superessentialiter glorificaris et regnas. Cognoui te verum deum et verū patrem et filiũ et vere ſpiritũ ſanctũ: trinũ quidem in ꝑſonis et vnũ in eſſentia quē confiteor adoro et glorifico toto corde meo. verum deũ ſolum ſpiritũ imortalē inuiſibilē/ incõmutabilē/ inacceſſibilē/ īꝑſcrutabilē/ veꝝ lumen/ vnũ ſolem/ vnũ panē/ vnam vitā/ vnũ bonum/ vnũ principiũ/ vnũ finē/ vnũ creatorem celi et terre: per quē oīa viuũt/ ꝑ per quem oīa ſubſiſtunt/ per quem oīa gubernātur/ regũtur/ et viuificātur: que in celo et que in terris ſunt et que ſubtꝰ terrā propter quem nõ eſt deus in celo et in terra. Sic cognoui te cognitor meꝰ. ſic cognoui te per fidē tuam. quā michi inſpiraſti lux mea lumen oculorũ meorũ dñe deꝰ meus ſpes oīm finiũ terre: gaudiũ letificans iuuentutē meā et bonum ſuſtentās ſenectutem meā. In te domine iubilant oīa oſſa mea dicētia Domine quis ſimilis tui? Quis ſimilis tui in dijs dñe? Num que fecit manus hoīm. ſimulachra gentiũ argentũ et aurum opera manuum hoīm. Nõ ſic oꝑator hoīm nõ ſic. Omnes dij gentiũ: demonia. Dñs autē celos fecit. dñs ipſe eſt deus. Dij qui nõ fecerunt celum et terrā pereant de celo et terra. Deꝰ qui creauit celum et terram: bñdicant cum celi ⁊ terra. Quis ſimilis tui in dijs dñe. quis ſimilis tui magnificus in ſãctitate terribilis atqꝫ laudabilis et faciēs mirabilia. O ſancte ſctõrum deus iterminabilis deus deorũ ⁊ dñs dominorũ mirabilis et inenarrabilis et inexcogitabilis quē tremunt in celo angelice poteſtates quē adorant dñatiões throni ⁊ oēs virtutes pauēt a cõſpectu tuo cuius potētie et ſapiētie nõ eſt numerus qui fũdaſti mũdũ ſuper nichilũ et mare collocaſti in aere. quaſi in vtre. O potentiſſime ſpirituũ vniuerſe carnis a cuius cõſpectu fugit celum et terra: et ad cuiꝰ nutũ omnia ſe ſubijciant elemēta: te adorēt/ te glorificēt/ oēs creature tue et ego filius ancille tue flecto ceruicē cordis mei ꝑ fidē ſub pedibꝰ maieſtatis tue. gratias agēs quoniā dignatꝰ es me ꝑ miam tuā illuminare lumē verũ/ lumē ſanctũ/ lumē delectabile/ lumē admirabile/ lumē īſuꝑabile/ lumē ſuꝑlaudabile: qui illumīas choros angeloꝝ ecce video. Gratias ago: ecce video lumē celi intus lucet oculis mentis mee radius a facie luminis tui: ⁊ letificat omnia oſſa mea. O ſi perficeretur in me. Auge queſo luminis auctor auge queſo quod interlucēat in me. Dilatetur obſecro dilatetur ex te. Quid hoc ꝙ ſentio? Si quis eſt ignis q̇ calefaciat cor meum. O ignis que ſemꝑ ardes et non extingueris: accende me. O lux qui ſemper luces ⁊ nõ extingueris me illumina. O vtinam arderē ex te ignis ſancte. O q̃ dulciter ardes q̃ ſecrete luces q̃ deſiderātur aduris: ve his qui non illuminātur ex te. ve his qui non ardent ex te. Nequeunt enim tenebris oculi aſſueti ſumme veritatis radios intueri: nec ſciũt de lumine aliquid eſtimare quorum eſt in tenebris habitatio. Tenebras vident tenebras diligunt tenebras approbant. O lux beatiſſima que niſi a purgatiſſimis oculis videri potes: quoniam beati mundo corde quia ipſi deum videbunt. Munda me munda virtutes. munda oculos meos: vt ſacris te contēpler oculis quem non niſi ſani intuentur oculi. Aufer ſquamas caliginis antique radijs illuminationis tue ſplendor inacceſſibilis: vt te videre valeam irreuerberatis obtuitibꝰ: vt in lumine tuo videam lumen. Gratias tibi lux mea ecce video dilatet̄ obſecro viſus meus ex te: reuela oculos meos vt conſiderem mirabilia de lege tua qui es deus mirabilis in ſanctis tuis. Gratias tibi lumen meum. ecce video. ſed per ſpeculum in enigmate. Sed quādo facie ad faciem. Quādo veniet dies leticie et exultationis in qua ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domum dei vt videam vidētem me facie ad faciem. et ſacietur deſiderium meum. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum ita deſiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fõtem viuum: quādo veniam et apparebo ante faciem dei. O fons vite. vena aquārum viuētium: quādo veniā ad aq̄s dulcedinis tue de terra deſerta inuia et inaquoſa vt videam veritatem tuam ⁊ gloriam tuam. vt ſaciem ex aquis miſericordie tue ſitim meā. Sitio domine. Fõs vite es: ſacia. Sitio domine. te deum viuum. quādo veniā et apparebo ante faciem tuam, Putas ne videbo domine illam diem. diem inq̃ iocũditatis et leticie. diem quam fecit dñs. vt exultemus et letemur in ea. O dies preclara neſciens occaſum in qua audiam vocez laudis exultationis et confeſſionis: intra in gaudiuz domini tui. ītra in gaudium ſempiternum in domum domini dei tui. vbi ſunt magna et inſcrutabilia et mirabilia quorum nõ eſt numerus. Intra in gaudium ſine triſticia. quod continet eternam leticiam. vbi eſt bonum et non erit aliquod malũ. vbi erit quicquid volueris. vbi erit vita vitalis dulcis et amabilis: ſemperqꝫ memorabilis. vbi non erit hoſtis impugnans nec vlla illecebra. ſed ſumma et certa ſecuritas et ſecura tranquillitas et tranquilla iocunditas et iocũda felicitas et felix eternitas et eťna beatitudo et beata trinitas et trinitatis vnitas et vnitatis deitas et deitatis beata viſio que eſt gaudiũ dñi mei. O gaudiũ ſuper gaudiũ vincens omne gaudiũ: extra quod nõ eſt gaudiũ. Quando intrabo in te vt videam deũ meũ: qui habitat in te: ibo et videbo viſionẽ hanc grãdem. Quid eſt quod detinet me heu me quia incolatus meus prolõgatus eſt heu michi ꝙdiu dicetur mihi vbi eſt deus tuus: ꝙdiu dicetur expecta: reexpecta. Et nunc que eſt expectatio mea? Nonne deus: ſaluatorem expectamus dominũ ieſum chriſtũ. qui reformabit corpus humilitatis noſtre configuratũ corpori claritatis ſue. Expectamus dñm quando reuertatur a nuptijs. Ueni domine ieſu viſitare nos in pace: veni et educ hunc victũ de carcere. vt letemur coram te corde perfecto. Ueni ſaluator noſter: veni deſiderat⁹ cũctis gẽtibus: oſtende faciem tuã ⁊ ſalui erimus: veni lux mea redemptor meus. educ de carcere aĩam meã ad confitendũ nomini ſãcto tuo. Ꝙdiu iactabor in fluctibus mortalitatis mee clamans ad te domine et nõ exaudis. Audi clamantẽ de hoc mari magno: et educ me ad portum felicitatis eterne. Felices qui de periculo maris hui⁹ educti ad te deum portum tutiſſimũ peruenire meruerunt. O vere felices qui de pelago ad littus de exilio ad patriam optata iam quiete beatiqꝫ brauiũ iſtud perpetue glorie quod hic ꝑ multas tribulationes queſierunt. iam felici iocũditate adepti letantur imperiũ. O vere beati ⁊ ter quaterqꝫ beati qui iam omniũ malorũ onere exuti: ſecuri de ſua immarceſſibili gloria ad regnum decoris peruenire meruerũt. O regnum eternũ regnum oim ſeculorum vbi lumen indeficiens: et pax dei que exuperat oẽm ſenſum: in qua anime ſanctorũ requieſcunt et leticia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudiũ et leticiam obtinebunt. et fugiet dolor et gemitus. O ꝙ glorioſum eſt regnum in quo tecũ domine regnãt oẽs ſancti iam lumine amicti ſicut veſtimẽto habentes in capite ſuo coronã de lapide precioſo. O regnum beatitudinis eterne vbi tu dñe ſpes ſãctorũ et diadema glorie facie ad faciẽ videris a ſanctis letificãs eos vndiqꝫ in pace tua que exuperat oẽm ſenſũ. Ibi gaudiũ infinitũ leticia ſine triſticia. ſal⁹ ſine dolore via ſine labore lux ſine tenebris. vita ſine morte oĩe bonum: ſine omni malo. Ibi iuuẽtus nunꝙ ſeneſcit. ibi vita terminũ neſcit. Ibi decor nũꝙ palleſcit ibi gaudium nunꝙ decreſcit. Ibi dolor nullus ſentitur ibi gemitus nunꝙ auditur. Ibi triſticia nunꝙ videtur ibi leticia ſẽper habetur ibi malum nullum tenet: qꝫ ibi ſummũ bonũ poſſidetur quod eſt ſemꝑ videre faciem domini virtutũ. Felices igitur qui de naufraga vita preſenti ad tanta iam gaudia peruenire meruerũt. Heu nos infelices ⁊ miſeri qui per huius maris magni fluct⁹ ꝓcelloſaſqꝫ voragines nauem trahimus ignorantes an ad portũ peruenire valeam⁹. Infelices inꝙ quorũ eſt vita in exilio. via in periculo. finis in dubio. neſcientes inꝙ finẽ noſtrum qꝫ oĩa in futurũ reſeruãtur incerta et adhuc in pelagi fluctibus verſamur ſuſpirantes ad portum. O pr̃ia noſtra patria ſecura a longe te videmus ab hoc mari te ſalutamus ab hac valle ad te ſuſpiram⁹. et nitimur cum lachrimis ſi quomodo ad te ꝑueniamus. Spes humani generis chriſtus de⁹ de deo refugium noſtrũ et virtus cuius lumen a longe inter caliginoſas nebulas ſuꝑ maris ꝓcellas quaſi ſtelle maris radius oculos noſtros irradiat: vt dirigamur ad portũ. Guberna nauem noſtrã manu tua dextera clauo crucis tue ne ꝑeamus ĩ fluctibus. ne nos demergat tempeſtas aque: ne nos abſorbeat profunduꝫ: ſed vnco crucis tue trahe nos ab hoc pelago ad te ſolamen vnicũ noſtrum quẽ a longe quaſi ſtellã matutinã et ſolẽ iuſticie. vix lachrimãtibus oculis in littore celeſtis patrie nos expectantẽ videmus. Exaudi nos deus ſalutaris noſter ſpes oim finiuꝫ terre et in mari lõge. In mari turbulẽto verſamur tu in littore ſtãs: aſpicis pericula noſtra: ſaluos fac nos populũ tuũ vt ſecuri ꝑueniamus ad portũ vt iam te nõ per ſpeculũ in enigmate: ſed facie ad faciem videamus. Quid enim eſt videre facie ad faciem: niſi ꝙ ait apoſtol⁹ cognoſcere ſicut et cognit⁹ ſum. Cognoſcere veritatẽ tuã: hoc eſt cognoſcere faciẽ tuã. cognoſcere patris potentiã filij ſapientiã ſpũſſcti clementiã. ſumme trinitatꝭ vnã et indiuiduã eſſentiã. Hoc eſt videre faciem dei viui. Hec eſt plena beatitudo et tota glorificatio hominis videre faciẽ dei ſui videre eum / qui fecit eũ / qui ſaluauit eũ / ꝗ glorificauit eum: videbimus eũ cognoſcẽdo amabimus diligendo. laudabimus poſſidendo / viſio ergo tua tota merces eſt: totũ premiũ. totum gaudiũ. quod expectamus. Tu autẽ domine ne amplius permittas me diuerberari in multa: ſed collige me de exterioribus ad me de me ad te vt dicat tibi ſemꝑ coꝛ meũ Exquiſiuit te facies mea. faciem tuã domine requirã faciem domini virtutũ in qua cõſiſtit gloꝛia tota beatoꝛum quam videre vita eterna eſt et gloꝛia ſempiterna ſanctoꝛũ: letetur ergo coꝛ querentiũ dñm. ſed multo magis inuenientiũ. Si leticia eſt in inquirẽdo ꝗ̃to magis in inueniendo. Queram ergo ſemper ardenter et indeficienter faciem tuã: ſi quomodo tandem aperias michi oſtium et poꝛtam iuſticie vt intrem in gaudiũ domini mei. Hec poꝛta dñi: iuſti intrabũt in eam. O tres coequales et coeterne perſone deus vnus et verus pater: et filius et ſpiritusſanctus qui ſolus ĩhabitas eternitatemꝫ lucem inacceſſibilem: qui fundaſti terram in potentia tua: et regis oꝛbem pꝛudentia. Sanctus. Sanctus Sanctus dñs deus ſabaoth terribilis ⁊ foꝛtis iuſtus et miſericoꝛs admirabilis laudabilis: vnus deus tres ꝑſone in eſſentia potẽtia et ſapiẽtia. O vna bonitas ⁊ ĩdiuiſa trinitas aperite michi clamãti poꝛtas iuſticie ⁊ ĩgreſſus in eas: cõfiteboꝛ dño. En ad oſtiũ tuum ſũme paterfamilias medicus pulſo iube obſecro aperiri pulſanti q̄ dixiſti Pulſateꝫ aperietur vobis. Pulſant nempe pater miſericoꝛdiſſime ad oſtiũ tuũ deſideria rugituum meoꝛũ et clamoꝛes lachꝛimarũ oculoꝝ meoꝛũ. Ante te eſt omne deſideriũ meũ ⁊ gemitus meus a te nõ eſt abſconditus. Et tu domine ne auertas amplius faciem tuam a me: nec declines in ira a ſeruo tuo. Pater miſericoꝛdiarum audi eiulatum pupilli tui et poꝛrige manũ tuã adiutricẽ. vt me trahat de ꝓfũdis aquarum: et de lacu miſerie. et de luto fecis: vt non peream vidente mĩa. oculoꝛũ tuoꝛũ ſed euadam ad te dñm deum meum. vt videã. diuitias regni tui. ⁊ intuear faciem tuã ſemper ⁊ laudem dicam nõi tuo ſancto dñe qui facis mirabilia qui letari facis coꝛ meũ in mĩa tua. qui letificas iuuentutem meam nec deſpicis ſenectutem meam ſed iubilare facis omnia oſſa mea. ⁊ reminiſcere facis vt aquila canos meos. Credo nãqꝫ ſalus mea quod audiui: qm̃ benignitas tua ad penitẽtiam me adducit. ⁊ ꝙ nemo poteſt venire ad te niſi pater tuus qui miſit te traxerit illum Quapꝛopter toto niſu mentis te op̄s pater teqꝫ dulciſſima pꝛoles cum ſereniſſimo ſpũ inuoco paraclitum. trahe me poſt te quatinus poſt te currere delecter in odoꝛem vnguentoꝛũ tuoꝛũ. Quã magna dñe deꝰ meꝰ multitudo dulcedinis tue: quã abſcondiſti timentibus te. Abſcõdiſti: qꝛ obſeruaſti nõ quia abſcondiſti abſtuliſti: cum eo magis multiplicaſti. Solet aliquando qđ abſconditur diligentiꝰ inueſtigari: ⁊ inuentũ ariꝰ amari. Dilata in te non minuunt̃: ſed magis creſcũt deſideria. Nõ eſt amoꝛ tuꝰ trãſitoꝛiꝰ: ſed eternꝰ. Qui te diligũt nõ tepeſcũt ſed ferueſcũt. Nõ eſt amoꝛ tuꝰ ocioſus: memoꝛia tui ſuꝑ mel dulcis. Meditatio de te pluſꝙ̃ cibus ſuauis. De te loq̄: plena eſt refectio. te noſcere: plena cõſolatio. tibi adherere vita eterna: a te ſeꝑari moꝛs perpetua. Fõs viuus hijs q̄ te noſcũt. eſca ĩdeficiens hiis q̄ te eſuriũt. gloꝛia te querẽtibꝰ. gaudiũ inuenientibꝰ. lux tua fugat caliginẽ viſitatio tua cunctam expellit triſticiam. Hec eſt enĩ magna multitudo dulcedinis tue domine quam abſcondiſti timentibus te. ſed ꝑfeciſti ſperantibus in te. O ꝙ̃ bona abſconſio qua perficitur perfectio. Non enim hec abſconſio eſtimatur perditio: ſed magis conſeruatio qua fit perfectio. O gloꝛioſe rex ꝙ̃ vera iudicia tua iuſtificata in ſemetipſa: vere deſiderabilia ſuper aurum et lap. dem precioſum multum et dulcioꝛa ſuper mel et fauũ. O vita mea deus meus oꝛo te per nomen redemptoꝛis noſtri vnigeniti filij tui largire pꝛopicius vt cuſtodiam ea. Cognoui itaqꝫ qꝛ in cuſtodiẽdis illis retributio multa. Gloꝛia mea deus meus abſcondis theſaurum tuũ vt incites cupidum. Recondis margaritam: vt auges querentis amoꝛem. Differs dare vt doceas petere diſſimulas te audire: vt facias perſeuerantem: incipientibus querere pꝛomittis perſeuerantibus vero ſalutẽ tribuis. Quod plane indicat maria illa flebilis que tuum in ſepulcro filium chꝛiſtum immo te in chꝛiſto querebat: durantibus adhuc tenebꝛis: quam attenderas vt quereret querenti diſparebas: vt perſeueraret perſeuerauit ſperans ſperauit perſeuerans: et quia in ſpe perſeuerauit: videre te meruit. O beata viſio et plena: o ſummũ gaudium et conſummatum deſiderium: o deſiderabilis vultus iocundus aſpectus: o beata ſpes et felix perſeuerantia. Niſi enĩ ſperaret ſpei fructus non perciperet. Sic ergo deus meus miſericoꝛdia mea abſconderis timentibus: vt inueniaris ſperantibus. Sic elongaris a querentibus: vt appꝛopinques perſeuerantibus. Qui elongant ſe a te peribunt: qui autem te expectant non confundentur. Qui timent te ſperent in te: quoniã adiutoꝛ ⁊ pꝛotectoꝛ eoꝛum es. Per timoꝛē eni ꝑuenit ad amoꝛē. Timēdus es vt dn̄s. amād⁹ vt pius pr̄. Timoꝛ tuus ſanct⁹ ꝑmanet: qꝛ ſanctos ꝑmanere facit quos poſſidet. Mia mea ⁊ refugiū meū ſuſceptoꝛ me⁹ ⁊ liberatoꝛ meus ſic timoꝛē mihi adhibe. vt amoꝛē inferas. Sic erroga metū vt tui augeas deſiderium ſicqꝫ ꝑticipē me timentium ⁊ cuſtodientiū mandata tua facias: quatin⁹ ꝑ timoꝛis ſeruitutem ad tui merear ꝑtingere amoꝛē obtineamqꝫ gratiā erigendi totū intellectū meū ad te. vt valeā cogitare ſcd̄m ꝙ michi expedit quale et quātū ſit illud bonum ꝙ vnum ⁊ oē et totum ⁊ ſolū bonū eſt. Si enim ſingula bona delectabilia ſunt. cogita intēte. o aīa mea ꝗ̄ delectabile ſit illud bonū. qđ continet iocunditatem oīm bonoꝛum ⁊ nō qualem in rebus creatis ſumus experti. ſed tanto differentē: ꝗ̄nto differt creatoꝛ a creatura Quale ergo aut quantū eſt gaudiū vbi tale aut tantū bonū eſt. Coꝛ hūanū coꝛ indigēs coꝛ expertū erūpnas immo obꝛutū erumpnis. Ꝗ̄tum gauderes ſi hiis bonis oīb⁹ abundares. Interroga intima tua ſi cape poſſent gaudiū ſuū de tanta beatitudine tua. Et certe ſiquis ali⁹ quē oīno ſicut teipm̄ diligeres eandē beatitudinē haberet quē tu habes: duplicaretur gaudiū tuū qꝛ non minus gauderes ꝑ eo: ꝗ̄ ꝑ teipſo. Si aūt duo vel tres vel multo plures idipſum haberent. tm̄dē ꝓ ſingulis quantū ꝓ teipſo gauderes ſi ſingulos ſicut teipſum diligeres. Ergo in illa perfecta caritate innumerabiliū beatoꝛum angeloꝛum et hoīm vbi nullus minus diligit alium ꝗ̄ ſeipſum: non aliter gaudebit quiſquis ꝓ ſingulis aliis: ꝗ̄ ꝓ ſeipſo. Si ergo coꝛ hominis de tanto ſuo bono vix capiet gaudium ſuum: quomodo capax erit tot et tantoꝛum gaudioꝛum. Et vtiqꝫ quonam ꝗ̄tum quiſqꝫ diligit aliquem tantū de bono eius gaudebit. Sicut autem in illa perfecta felicitate vnuſquiſqꝫ plus amabit ſine comparatione deum ꝗ̄ ſeipſum et oēs alios ſecum: ita plus gaudebit abſqꝫ eſtimatione de felicitate dei ꝗ̄ de ſua ⁊ omnium alioꝛum ſecum. Sed ſi deum ſic diligent toto coꝛde tota mente tota anima: vt tamē totum coꝛ tota mens non ſufficiat dignitati dilectionis: ꝑfecto ſic gaudebunt toto coꝛde tota mente tota anima: vt totum coꝛ tota mens tota anima nō ſufficiat plenitudini gaudioꝛum. Deus meus et dominus meus ſpes mea et gaudium coꝛdis mei dic anime mee ſi hoc eſt gaudium de quo nobis dicis per filium tuū petite et accipietis vt gaudium veſtrum ſit plenum. Inueni gaudium nanqꝫ quoddam plenum et pluſꝗ̄ plenum. Pleno quidē coꝛde plena mente plena anima pleno toto homine gaudio illo: etiam adhuc ſupꝛa modū ſupererit gaudium. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes: ſed toti gaudentes intrabunt in gaudium. Dic domine dic ſeruo tuo itus in coꝛde ſuo ſi hoc eſt gaudium in quod intrabunt ſerui tui qui intrabūt in gaudium domini ſui. Sed gaudium illud certe quo gaudebunt electi tui: nec oculus vidit nec auris audiuit: nec in coꝛ hominis aſcendit. Nondū ergo dixi aut cogitaui dn̄e ꝗ̄tum gaudebūt illi beati tui. Utiqꝫ tm̄ gaudebunt ꝗ̄tū amabunt: ⁊ tm̄ amabūt ꝗ̄tum cognoſcent. Ꝗ̄tum tunc cognoſcēt te ⁊ quātū amabunt. Certe nec oculus vidit/ nec auris audiuit/ nec in coꝛ hominis aſcendit ī hac vita quantū te cognoſcēt et amabunt in illa vita. Oꝛo deus cognoſcam te/ amem te/ vt gaudeam de te et ſi non poſſim in hac vita ad plenum vel ꝓficiam indies vſqꝫ dum veniat illud ad plenum ꝓficiet hic in me noticia tui et ibi fiat plēa. Creſcat hic amoꝛ tu⁹ et ibi ſit plenus vt hic gaudium meum ſit in ſpe magnum: et ibi ſit in te plenum. Domine per filium tuum iubes immo cōſulis petere et ꝓmittis accipere vt gaudiū noſtrū ſit plenum. Peto domine quod cōſulis per conſiliariū noſtrum accipiam quod ꝓmittis per veritatem tuam vt gaudiū meum plenum ſit. Meditetur interim inde mens mea loquatur inde lingua mea amet illud coꝛ meum ſermocinetur os meum/ eſuriat illđ anima mea/ ſitiat caro mea/ deſideret tota ſubſtantia mea/ donec intrem in gaudium dn̄i mei qui eſt trinus ⁊ vnus deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ De tertia parte contemplationis ſecundū walterū Hilton necnon et de pluribus aliis infoꝛmationibus ex dictis beati Bernardi ⁊ Bonauenture ad contemplationem pertinentibus et de quattuoꝛ contemplatiōis impedimentis. Cap. xxiij.

Quia vero capitulo viceſimoſecūdo iſtius partis tractatū eſt de duabus contemplationis partibus et ibidem ꝓmittebatur ꝙ de tertia eius parte erat inferius tractandum nunc attendat diligens lectoꝛ quid venerabilis walterus hilton de eadem parte dicat. Tertia inquit pars contemplationis A que eſt perfecta iuxta poſſibilitatem huiꝰ vite moꝛtalis conſiſtit tam in cognitione ꝙ in affectione et perfecta dei dilectione. Hec autem contẽplationis pars tunc habetur: cum mens hominis pꝛimo ab oībus peccatis fuerit purgata et ꝑ plenitudinẽ virtutũ ad chꝛiſti ymaginẽ reformata et poſtea ex viſitatione gratie ſingularis eleuata ab oĩbus terrenis affectionibus et carnalibus ac vanis cogitationibus et ymaginatiõibus quarũlibet rerum coꝛpoꝛaliũ et quaſi rapta et abſtracta a ſenſibus coꝛpoꝛeis per gratiã ſcti ſpũs illuminat̃ ad videndũ deum et ſpũalia cũ dulci et ardẽti dilectiõe. Per quam quidẽ dilectionem mens hoīs vnitur deo adheret ⁊ confoꝛmatur ymagini trinitatis. Initiũ iſtius cõtemplatiõis haberi poteſt et ſentiri in hac vita: ſed plenitudo eius et plena perfectio pꝛo futura vita reſeruatur in regno celoꝛum. De iſta vnione et cõfoꝛmatione ſic ait apoſtolꝰ. Qui adheret deo vnus ſpũs eſt cũ eo. Scdã vero pars contẽplationis de qua capi. viceſimo tractatũ eſt: dici poteſt ardoꝛ amoꝛis ĩ deuotione ſed illa tertia pars de qua in pſenti agit̃ eſt ardoꝛ amoꝛis in ꝯtemplatiõe. Illa eſt inferioꝛ hec ſupioꝛ. Illa delectabilioꝛ ſeu dulcioꝛ appꝛehẽſioni coꝛpoꝛali hec delectabilioꝛ guſtui ſpirituali. Quia hec eſt magis intima magis ſpiritualis digna ⁊ admirabilis Hec eſt eni vera deguſtatio ⁊ quaſi viſio celeſtis gaudij nõ ꝑſpicua: ſed quaſi in vmbꝛa ⁊ enigmate. ſicut Paulus teſtat̃ dicens. Videmus nunc per ſpeculũ et enigmate: tunc autem facie ad faciem. Hec eſt illuminatio intellectus in delitijs amoꝛis. ſicut dauid dicit. Nox illuminatio mea in delitijs meis. Alia pars eſt quaſi lac pꝛo paruulis. Hec vero eſt ſolidus cibus pꝛo ꝑfectis. vnde Paulus ait. Perfectoꝛũ eſt ſolidus cibus qui ſenſus habet exercitatos ad diſcretionem boni et mali vſum vero et operationẽ iſtius doni nullus habere poteſt niſi pꝛius per plenitudinẽ virtutum ymagini ieſu chꝛiſti refoꝛmetur nec eſtimo ꝙ aliquis in carne moꝛtali viuẽs plenitudinẽ iſtius doni habeat cõtinue ſed ꝑ vices pꝛout dñs ex ſua gratia voluerit cum viſitare. Et vt michi videtur ex deuotoꝝ libꝛis nullus habet illud ſine interruptiõe niſi per tempus valde bꝛeue. qꝛ cito redit ad ſobꝛietatem ſenſuũ coꝛpoꝛaliũ et totum illud operatur caritas. vnde Paulus ſic ait. Siue excedimus deo ſiue ſobꝛij ſimus vobis caritas dei vꝛget vos. De iſta cõtẽplatiõis parte ⁊ cõfoꝛmatione per eam ad deũ. ſic ait idẽ paulꝰ Nos autẽ reuelata facie gloꝛiã dñi ſpeculãtes transfoꝛmamur in eandẽ ymaginẽ a claritate in claritatem tãꝙ a dñi ſpũ. Hanc cõtemplationis partem dat deus cui vult laico vel litterato viro vel femine ꝑlato ac etiã ſolitario. Eſt tamẽ hec pars cõtẽplatiõis ſpecialis: non cõis qꝛ licet homo actiuus habeat hoc donũ cõtemplatiõis ex gratia ſpeciali: plenũ tamẽ vſum illius vt eſtimo: nullus habere poteſt: niſi ſolitarius et cõtẽplatiuꝰ. hec pꝛefatus walterꝰ hiltõ. Quid vero btũs Bernar. de cõtẽplatiõe maieſtatis dei dicat: audi dicentẽ. Diuina ſunt et niſi exꝑtis pꝛoꝛſus incognita que effamur quomõ videlicet in moꝛtali coꝛpoꝛe fide adhuc habẽte ſtatuꝫ et necdũ ꝓpalata ꝑſpicue ſubſtãtia luminis interni: pure iterdũ cõtẽplatio veritatis partes ſuas agere intra nos vel ex parte pꝛeſumit ita vt liceat vſurpare etiã alicui noſtruꝫ cui hoc datum deſuper fuerit illud apoſtoli. Nunc cognoſco ex parte. item ex parte cognoſcimus: ex parte ꝓphetamꝰ. Cum autẽ diuinitus aliquid raptim et veluti in velocitate coꝛuſci luminis inf̃luxerit mẽti ſpiritu excedente ſiue ad tẽperamẽtũ nimij ſplendoꝛis ſiue ad doctrine vſum: cõtinuo neſcio vnde aſſint ymaginatoꝛie quedã rerum iferioꝛum ſimilitudines infuſe ſenſibꝰ cõueniẽter accomodate quibꝰ quodãmodo adũbꝛatꝰ puriſſimus ille ſplẽdidiſſimꝰ veritatis radius ⁊ ipſi anime tollerabilioꝛ fiat: et quibꝰ cõicare illum voluerit capabilioꝛ. Eſtimo tamẽ ipſas foꝛmari in nobis ſanctoꝝ ſuggeſtionibꝰ angeloꝛũ ſicut ecõtra cõtrarias et malas ingeri imiſſiones ꝑ angelos malos non dubiũ eſt. Item liquet ſm̃ eundẽ Bernar. duo eſſe cõtemplatiõis genera vnũ de ſtatu et felicitate et gloꝛia ciuitatis ſuperne quomodo vel actu vel ocio ingens illa celeſtiũ ciuiũ occupata ſit multitudo: alterũ de regis ipſiꝰ maieſtate eternitate et deitate. Illa in maceria: iſta in petra. felix mens que ſibi in hac maceria. frequẽter cauare ſtuduerit: ſed felicioꝛ ꝙ in petra. Sed hec ꝙto difficilius cauat̃: tanto ſuauiꝰ quod inde cauas ſapit. Sed qꝛ non ex oĩi ſe interim parte adhuc ad petrã ꝑfoꝛandã accedere eccleſia poteſt neqꝫ eniꝫ oīm eſt que in eccleſia ſunt ſacramẽta diuine voluntatis inſpicere aut appꝛehẽdere per ſemet ipſos pꝛofunda dei: ideo non ſolum in foꝛaminibus petre ſed etiam in cauerna macerie habitare oſtenditur. Ergo in ꝑfectis quideꝫ qui rimari ac penetrari archana ſapientie et puritate conſciẽtie audent et intelligentie acumine poſſunt habitant in foꝛaminibꝰ petre de reliquo in cauernis macerie vt qui ĩ petra fodere per ſemetipſos: aut nõ ſufficiunt aut nõ pꝛeſumũt in maceria fodiant contenti vel gloꝛiã ſanctoꝛum mẽte intueri. Si cui nec hoc quidẽ poſſibile ſit huic ſane pꝛopone ieſum et hunc crucifixũ: vt et ipſe abſqꝫ ſuo laboꝛe habitet in foꝛaminibus petre: in quibus non laboꝛãt. Judei in hijs laboꝛauerũt et ipſe in laboꝛes infideliũ introibit vt ſit fidelis. Nec verendũ quod patiaꝛ repulſam: qui ⁊ vocatur vt intret. Ingredere iquit ĩ petram abſcõdere in foſſa humo a facie timoris dñi. et a gloꝛia maieſtatis eius. Infirme adhuc et inerti aĩe foſſa oſtẽditur humus: vbi lateat donec ꝯualeſcat et pꝛoficiat vt poſſit et ipſa per ſe cauare ſibi foꝛamina in petra per que intret ad interioꝛa verbi aĩe vtiqꝫ vigoꝛe et puritate. Et ſi intelleximus foſſaꝫ humũ: illam que ait: foderunt manus meas et pedes meos: nõ erit ambigendũ de ſanitate in ea citius adipiſcẽda anime vulnerate que in ea demoꝛabiꝛ. Quid eni eſt tã efficax ad curanda cõſcientie vulnera necnõ ad purgandam mẽtis aciem ꝙ chꝛiſti vulneruꝫ ſedula meditatio. Verũ donec anima purgata et perfecte ſanata fuerit: non video qualiter illi adaptari poſſit quod dicꝛ. Oſtẽde michi faciem tuã: ſonet vox tua in auribus meis. Quomodo deniqꝫ faciem ſuam oſtendere audet vel leuare vocem cuiꝫ latere indicitur: abſcondere inquit foſſa humo. Quare quia nõ eſt pulchꝛã facie nec digna que videatur? Nec enim erit digna videri: ꝙdiu nõ erit ydonea videre. Cum autẽ per inhabitationẽ foſſe humi in ſanãdo oculo interioꝛi tantũ ꝓfecerit: vt reuelata facie ſpeculari gloꝛiã dei et ipſa poſſit: tũc demũ que videbit fiducialiter iam loquetur voce et facie placens. Placeat neceſſe eſt facies que in dei claritatẽ intendere poteſt. Neqꝫ enim id poſſet. niſi clara quoqꝫ ipſa eſſet et pura: vtiqꝫ trãſfoꝛmata ĩ eandem quam conſpicit claritatis ymaginem. Alioquin ipſa diſſimilitudine reſiliret inſolito reuerberata fulgoꝛe. Ergo cuꝫ pura puram intueri poterit veritatem: tunc faciẽ ipſius ſponſus videre cupiet: conſequenter et vocem eius audire. hec Bernardus. Ex ſuperioꝛibus dictis patet tria contemplationis eſſe genera: ſcilicet humanitatis chꝛiſti celeſtis curie: et maieſtatis diuine. Scire autem debet lectoꝛ ꝙ in qualibet earum ſicut Bonauentura dicit: ſunt duo mentis exceſſus ſcilicet itellectualis: et affectualis hoc in loco Bonauenturã ideo allego ne michi nomẽ ex eiꝰ dictis immeritus vſurpem: quia non ſolum hic verum etiam ĩ multis alijs locis dicta ipſius inter alia inſerui. De duobus igitur mẽtis exceſſibus de quibus idem bonauentura loquitur: ſic dicit Bernardus. Cum duo ſit beate contemplationis exceſſus in intellectu vnus: et alter in affectu. vnus in lumine. alter in feruoꝛe. vnus in agnitione. alter in deuotione. pius ſane affectus et pectus amoꝛe calens. et ſancte deuotionis infuſio etiam et vehemens ſpiritus repletus zelo vel vehemẽti non plane aliũde ꝙ ex cella vinaria repoꝛtantur. Item Bernardus ſuper euãgelium Intrauit ieſus quoddam caſtellum mentionem de Martha et de maria faciens ita dicit Quidam cum Martha ſolliciti deo ieſu duo pulmenta pꝛeparant ſcilicet coꝛrectionẽ opeꝛis cum ſalſamento contritionis et opꝰ pietatis cum condimento deuotionis. Hij vero qui cum maria ſoli deo vacant: conſiderant quid ſit deus in mundo. quid in hominibus quid in angelis. quid in ſeipſo. quid in repꝛobis. Quia deus eſt mundi rectoꝛ et gubernatoꝛ hominum/liberatoꝛ et adiutoꝛ angeloꝛum/ſapoꝛ et decoꝛ/in ſeipſo pꝛincipium et finis/repꝛoboꝛum terroꝛ et hoꝛroꝛ. In creaturis immutabilis/in hominibus amabilis in angelis deſiderabilis/in ſeipſo incõpꝛehẽſibilis/in repꝛobis intollerabilis. In hac autem maieſtatis cõtemplatione quattuoꝛ modis ſpeculamur de quibus idem Bernardus loquitur dicens. Quattuoꝛ ſunt cõtemplationis ſpecies. Pꝛima et maxima contemplatio eſt admiratio maieſtatis. Hec cõtemplatio requirit coꝛ purgatum a vicio. liberũ atqꝫ exoneratum peccatis vt facile ad ſuperna leuetur: interdum quoqꝫ per aliquas moꝛulas ſtupoꝛe et extaſi ſuſpenſum teneat admirantem. Secunda autem neceſſaria eſt huic Eſt enim intuens iudicia dei que ſane pauido aſpectu dum vehementius concutit mentem intuentis fugat vicia. fundat virtutes. inijciat ad ſapientiam: humilitatem ſeruat. Tertia contemplationis ſpecies occupaꝛ vel ociatur circa memoꝛiam beneficioꝛum. ⁊ ne dimittat ingratum. ſollicitat memoꝛantem ad amoꝛem benefactoꝛis. Quarta eſt que retro ſunt obliuiſcẽs et in ſola requieſcit expectatione repꝛomiſſoꝛum. Que cum ſit meditatio eternitatis ſiquidem que pꝛomittuntur eterna ſunt longanimitati ac perſeuerãtie dat vigoꝛem. Nec vereatis illud quod ſcriptura minatur ſcrutatoꝛibus maieſtatis.

Tantum affer purum et ſimplicem oculum quia non opprimeris a gloria: ſed admitteris: niſi non dei ſed tuam queſieris gloriam Aloquin ſua quiſq; gloria opprimitur: dum procliuus in iſta ad illam leuare ceruicem nõ ſinitur nimirum graui cupiditate hac excuſſa ſecure ſcrutemur in petra in qua theſauri ſapientie et ſcientie ſunt abſconditi. Sed ſi adhuc dubitas: audi ipſam petraꝫ. Qui operantur inquit in me non peccabunt. Quis dabit michi pennas ſicut columbe et volabo et requieſcam? Ibi requiem inuenit manſuetus: et ſimplex vbi doloſus opprimitur: vel elatus et cupidus vane glorie. Dicto iaꝫ A vtcunq; de contemplatiõe: reſtat videre breuiter de quattuor contemplationis impedimentis. Primum impedimentum eſt ſenſus egens ſcilicet corporis. In tãtum enim anima ſecundum Bonauenturam ad corpus afficitur ꝙ corpore ĩ aliqua ſui parte vel ſenſu defectum notabilem patiente contemplari non delectat. Tempore igitur infirmitatis non eſt locus cõtemplationis: niſi dñs faceret de gratia ſpeciali. Simile contingit cum valida fames vel ſitis vel frigus imminet vel aliud corporis impedimentum. Secundum impedimentum eſt cura pungens id eſt ſollicitudo curarum et occupationum Nam ſicut puluis iniectus in oculum corporalem eius impedit viſum: ſic cura terrenorum actuum oculum intelligentie confũdit atq; contemplatione veri luminis excludit. Tertium vero impedimentum: eſt culpa mordens id eſt peccatum: et hoc duobus modis poteſt contingere. Primo cum peccatum eſt in anima. Secundo cum fuit et eſt deletum per cõtritionẽ ⁊ cõfeſſionẽ: ſed in memoriam reuocatur. Utrunq; enim impedit cõtemplationẽ. Unde Berñ. ait. Sicut tenebre impediunt viſum corporalẽ: ſic peccatum cum eſt in anima impedit ipſam quia tenebroſa eſt. Sed ad contemplandum req̃rit puritas et pulcritudo aĩe ⁊ ſic tunc non ẽ locus cõtemplatiõis. Similiter ſicut humor vel ſanguis concretus fluens in oculum impedit viſum eius ſic pctm̃ cum redit in memoriam influit in animam et impedit viſũ eius. Propterea cauere debemus tẽpore cõtemplatiõis cogitare ſuper peccatis. Omni quidem tempore debemus nos peccatores reputare ſed ſingulariter non debemus cogitationem noſtram reflectere ſuꝑ aliquo vel aliquibus peccatis quo volumus cõtemplari. Quartũ impedimentum ſunt fantaſmata corporearum ymaginũ ⁊ hoc eſt difficiliꝰ alijs ſupradictis. Et ꝑpterea in hoc ſtatu cõmendatur ſolitudo. Quia ſicut idem Bonauentura dicit oportet contẽplãtem eẽ mutũ et ſurdum et cecum: vt videns nõ videat audiẽs nõ intelligat nec loqui delectetur. hoc eſt ita ſit abſtractus ab his tranſitorijs ⁊ ita deo coniunctus ꝙ in audiẽdo: videndo: loquẽdo non minuat curſum ſuum: ſed fugiat q̃tum poteſt. Et ſi neceſſitas aliud q̃nq; cogat vel expoſcat. non ſecum reportet ymagines q̃ per has feneſtras intrant in animã noſtrã Unde nõ debet cõtemplatiuus ſicut actiuꝰ B conſiderare mores aliorũ ne inde fantaſmata reportet. Multo igitur magis tu q̃ religioſus es debes a ſecularium collocutiõe ceſſare q̃tũcũq; tibi ꝯiuncti ſint. Si vero vel obediẽtia. vel neceſſitas vel obſequium fraternum vel recreatio ad aliquid laborandũ. ſeu operandum te impellit: fideliter facias. ſed non ſic inhereas voluntate vel delectatione. vt inde reportes ymagines. ne poſtea deo vacans impediaris. vnde Bernar. ait. Aliquid operandum eſt manibus quod iniungitur non tam quod animum delectando detineat ad horam: q̃ quod ſpiritualibus ſtudijs delectationem conſeruet. ⁊ nutriat. in quo ſi remittatur ad horam. animus non reſoluat. vnde facile mox vt ad ſeipſum redeundum viſum fuerit: expediat abſq; contrauerſia ĩherentis voluntatis abſq; contagio contracte delectationis vel memorie ymaginantis. Non enim vir propter mulierem: ſed mulier propter virum. Non ſpiritualia exercitia propter corporalia. ſed corporalia propter ſpiritualia. Non tamen in hoc ſemper eque conuenire videntur oĩa corporalia exercitia: ſed que cũ ſpiritualibus propinquiorem habere videntur ſimilitudinem vel affinitatem. ſicut meditari quod ſcribatur vel ſcribere quod legatur. Subdiualia tamẽ exercitia ⁊ opera ſicut ſenſus diſtrahunt: ſic ſepe etiam ſpiritum exhauriunt vbi cum grauiori curialium operuꝫ exercitio. fit magna contritio corporis vſq; ad contritionem vel vnitatem cordis ⁊ fatigationis ſue preſſura exprimunt ſepe vehementioris affectum deuotionis. ſeruus tamẽ bonus ⁊ prudens ad omnem ſe comparat laborem: nec in eum diſſoluitur ſed per eum magis in ſeipſum colligitur. qui ſemper pre oculis habens. nõ tantum quod egit ſed quod agendo intendit oĩs conſummatiõis attendit finem.

¶ De cauſis pꝛopter quas cōtēplatiuus reducit ſe in vitam actiuā. Cap. xxv.

A Oſtenſis in pꝛecedēti capitulo cōtēplationis impedimētis reſtat videre ꝗbus ex cauſis cōtemplatiuus ſe reducit in actiuā vitam. Quāuis enim contemplatoꝛ ſoli deo vacare debeat: ac cetera omittere ſcias tamē hoc generaliter eſſe verum ſed non ſemper. Nam ſicut Bonauētura dicit. tribus ex cauſis: a iocunda contēplatione ſe ad tempus ſeparat: et ſe recipit in actiuam. vna nāq; cauſa eſt pꝛopter lucrum animarū. vnde Bernardus ſuper canticū lxij. ſic ait. Hoc ſiquidem vera et caſta cōtemplatio habet vt mentem quā diuino igne vehemēter ſuccenderit tanto interdum repleat zelo et deſiderio acqrendi deum qui eum ſimiliter diligat: vt ocium cōtemplatiōis pꝛo ſtudio pꝛedicationis libentiſſime intermittat ⁊ rurſum potita votis aliquatinus in hac parte tāto ardētius redeat in idipſm̄ q̃to ſe fructuoſius intermiſſe meminerit. Et iterum ſumpto cōtēplatiōis guſtu valentius ad cōquerenda lucra ſollicita in alacritate recurrat. Ceterum inter has viciſſitudines plerumq; mens fluctuat metuens et vehemēter eſtuās: ne foꝛte alteri horum dum ſuis affectiōibus hinc inde diſtrahitur plus iuſto īhereat et ſic in vtrolibet vel ad modicum a diuīa deuiet volūtate. Et foꝛtaſſe tale aliquid ſanctus Job patiebatur cū diceret. Si doꝛmiero: dicam quando ſurgā. et rurſum expectabo veſperā hoc eſt: et quietus neglecti operis: ⁊ occupatus perturbate nichilominꝰ quietis me arguo vides viruz ſanctū inter fructū operis et ſōpnū contemplationis grauiter eſtuare et in bonis licet ſēper verſantem: ſemper tū quaſi de malis penitentiam agere et cum gemitu ſingulis momentis dei inquirere voluntatem: vnicum quippe in huius remediū ſeu refugium oꝛō eſt et frequens gemitus ad deum: vt quid ⁊ quando et quatinus nos facere velit aſſidue nobis demonſtrare dignetur. Jtem Bern. ſuper cant. xviij. ſic ait. Sane cauendū aut dare quod non accepimus retinere. Rem ꝑfecto ꝓximi retines tibi: ſi verbi gratia plenus virtutibꝰ cum ſis foꝛiſq; nihilominus donis ſciētie ⁊ eloquentie adoꝛnatus: metu foꝛte aut ſegnitie aut minus diſcreta humilitate verbum bonum quod poſſet pꝛodeſſe multis inutili imo dampnabili ligas ſilētio Certe maledictus: ꝙ frumenta abſcondis ī populis. Rurſum quod tuum eſt ſpargis et perdis: ſed priuſq; infundaris tu totus ſemiplenus feſtinas effundere cōtra legem arās in pꝛimogenito bouis: et ouis pꝛimogenitū tondens. Nimirū vita atq; ſalute quā alteri das te fraudas dū ſana vacuꝰ intētiōe ianis gloꝛie vento inflaris aut terrene cupiditatis veneno inficeris: ⁊ letali apoſtemate turgēs B niteris. Quobꝛem ſi ſapis cōcaz te exhibebis nō canalem. Canalis ſi quidem pene ſimul recipit et refundit. Conca vero donec impleatur expectat: et ſi quod ſuperabundat ſine ſui dampno cōmunicat ſciens maledictum qui partem ſuam facit deterioꝛem. Et infra Ceterum tu frater cui firma ſatis ꝓpꝛia ſalus nondum eſt cui caritas adhuc aut nulla eſt aut adeo tenera atq; arūdinea ꝙ omni flatui cedat: omni credat ſpiritui: omni circumferatur doctrine vento. imo cui tanta eſt caritas vt vltra mandatum quidem diligas ꝓximum tuum pluſq; teipſum: ⁊ rurſum tantilla: vt contra mandatum fauoꝛe liqueſcat pauoꝛe deficiat: perturbetur triſtitia auaricia contrahatur pꝛotrahatur ambitione ſuſpicionibus inquietetur cōuitiis exagitetur curis euiſceretur honoꝛibꝰ tumeat liuore tabeſcat. Tu inq̃ ita in pꝛopꝛiis teipſum ſenciens qua nam dementia queſo aliena curare aut ambis aut quieſcis. Sed audi quid cōſulat cauta vigilq; caritas. Non ꝙ aliis inquit ſit remiſſio vobis autē tribulatio ſed ex equalitate. Noli nimium eſſe iuſtus ſufficit vt diligas pꝛoximū tuum tanq̃ teipſuz hoc quippe eſt ex equalitate. Jmplere igit̄ pꝛius et ſic curato effundere. Benigna pꝛudenſq; caritas affluere conſueuit: non effluere. Filii ne pereffluas ait ſalomon. Et apoſtolꝰ. Pꝛopterea inquit debemus attendere hiis que dicuntur ne foꝛte pereffluamus. Quid enim tu paulo ſanctioꝛ. Salomone ſapientioꝛ. Sed iam audite que et q̃ta ſaluti ꝓpꝛie ſūt neceſſaria q̄ et q̃ta infundi opoꝛteat pꝛiuſq; effundere pꝛeſumamus. Accedit medicꝰ ad vulneratum: ſpiritus ad animam Quā enī non reperiat gladio diaboli vulneratā. Cū C accedit ſpiritus quid pꝛimo opus eſt: vt tumoꝛ vel vlcus quod foꝛte ſupercreuit in vulnere ante omnia amputetur abſcindatur ita q; ferro acute compunctionis vlcus inueterate conſuetudinis. Sed eſt acerbus doloꝛ leniatur pꝛoinde vnguento deuotionis quod non eſt aliud niſi concepta de ſpe indulgētie exultatio. Hanc continēdi parit facultas: et victoꝛia de peccato. Jam gratias agit et di=

cit. Dirupiſti domine vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiā laudis. Deinde apponitur medicamentum penitentie malagma ieiuniorū vigiliarum orationum ⁊ alia que ſunt ſi penitentium exercicia. In labore cibandus eſt cibo boni operis ne deficiat. Quod opus ſit cibus inde doceris. Meus cibus eſt inquit vt faciam voluntatem patris mei. Accedat cibo boni operis orationis potus componēs in ſtomacho conſcientie quod bene geſtū eſt ⁊ cōmendās deo. Orando bibit vinū letificans cor hominis vinum ſpiritus quod inebriat et carnalium voluptatum infundit obliuionem: humectat interiora arentis conſcientie: eſcas bonorum actuū digerit et deducit per quedam anime membra fidem roborans ſpem confortans vegetans et ordinans caritatē et impugnans mores. Sumpto cibo potuqꝫ: quid iam reſtat niſi vt pauſet egrotus et quieti contemplatiōis poſt ſudores actionis incumbatur. Dormiens in cōtemplatione ſompniet dominum: per ſpeculum quidem in enigmate nō autem facie ad faciem interim intuetur: tamē ſic non tam ſpectati ꝙ cōiectati: idqꝫ raptim: ⁊ quaſi ſub quodam coruſcamine ſcintille tranſeūtis tenuiter vix attrectatu inardeſcit amore. Talis amor zelat hic decet amicum ſponſi huic neceſſe eſt vt ardeat fidelis ſeruus et prudēs quem conſtituit dominus ſuper familiā ſuā. Hic replet: hic feruet: hic ebulit. Hic iam ſecurus effundit exundās et erumpens ⁊ dicēs Quis infirmatur et ego non infirmor: quis ſcandaliſatur et ego non vror. Predicet fructificet innouet ſigna et immutet mirabilia. Non eſt quo ſe immiſceat vanitas: vbi totuꝫ occupat caritas. Si quidem plenitudo legis et cordis eſt caritas ſed tamen plena. Deus denique caritas eſt. Et nihil eſt in rebus: quod poſſit replere creaturam factam ad ymaginem dei: niſi caritas deus qui ſolus maior ē illa. Nam nondum adeptus periculoſiſſime ꝓmouetur quantiſlibet alijs videatur pollere virtutibus. Si habuerit omnem ſcientiaꝫ ſi dederit omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus: ſi cōtradiderit corpus ſuum ita vt ardeat abſqꝫ caritate vacuus eſt. En ꝙta priꝰ infundenda ſunt vt effundere valeamus de plenitudine non de penuria largiētes. Primo quidem compunctio: deinde deuotio tertio penitentie labor. Quarto pietatis opus. Quinto orationis ſtudium. Sexto contemplationis ocium. Septimo plenitudo dilectionis. Hec omnia operatur vnus atqꝫ idem ſpiritus ſecūdum operationem que infuſio appellatur quatinus illa que effuſio dicta eſt pure ⁊ ob hoc tute iam adminiſtret: ad laudem et gloriam dñi noſtri ieſu chriſti. Hec Bern. Secunda vero cauſa intermittēde cōtemplationis eſt ratō imminētis. Nam cū prelatus ſubditoꝝ neceſſitatibus intendere habet omittet tūc cōtemplationem ꝑut beatus Bern. ſup cant. ſcꝫ. lxij. de ſeipſo loqns ad monachos ſuos q eū qñqꝫ moleſtabāt declarat dicēs. Rara ſatis mihi ad feriandum a ſupuenietibꝰ ꝯceditur hora. Supſedeo ne magis in paciētie exemplū videar dare īfirmis. Puſilli domini ſunt in eum credentes. Non patiar vt ex me ſcandalum patiantur Non vtor hac poteſtate magis autē ipſū me vtantur vt libet tantū vt ſalui fiant. Parcent michi ſi non pepcerint etiam eo potius requieſcam ſi non me inquietare timuerit pro neceſſitatibꝰ ſuis. Geram eis morem quo ad potero ⁊ in eis ſeruiam deo meo ꝙdiu fuero in caritate non ficta. Non queraꝫ que mea ſunt necqꝫ michi eſt vtile. ſed quod multis: id michi vtile iudicabo. hoc ſolum deprecor vt fiat acceptum eis fructuoſum qꝫ miniſteriū meū ſi forte vel ex hoc inueniā in die mala miam in oculis pātris eorum. Idem etiaꝫ Bernār. ſuper canti. li ſcilicet ſic ait. Loquor vobis experimentum meū quod expertus ſum. Si quando ſane comperi profeciſſe aliquos veſtrum ex meis monitis. tunc me non pinguit fateor curam ꝓtuliſſe ſermonis: proprio ocio ⁊ quieti. Cū enim verbi gratia poſt ſermonem iracundꝰ quiſpiam reperitur mutatꝰ in mitem ſuperbus in hūilem puſillanimis in fortem. ſed ⁊ qui forte tepuerāt ⁊ languebant circa ſpirituale ſtudium. torpentes ⁊ dormitantes: ad ignitum eloquium dñi referbuiſſe ⁊ euigilaſſe videntur. ⁊ qui deſerto fonte ſapientie foderant ſibi proprie voluntatis ciſternas non valētes aquas continere. ꝓpter eaqꝫ ad omne iniunctū graui corde ⁊ arido murmurabant: nullū in ſe habentes deuotiōis hūorem: hij inꝙ cū de rore verbi ⁊ pluuia volūtaria quam ſegregauit deꝰ hereditati ſue refloruiſſe probant. in opera obediētie facti in omnibꝰ volūtarii ⁊ deuoti: non eſt dico vobis vnde ſubeat mentem quaſi pro intermiſſo ſtudio iocunde contēplationis triſticia. cū talibus fuero circūdatꝰ. Floribꝰ atqꝫ fructibus pietatis pacienter anhelor ab infecūde rachelis amplexibus vt michi de lya exuberent fructus pꝛofectuum veſtroꝛum. Mini me pꝛoꝛſus pigebit me intermiſiſſe quietis ꝓ cura ſermonis cum videro in vobis germinare ſemen meū atq; augeri incrementa frugum iuſtitie noſtre. Caritas enim que nō querit que ſua ſunt: id mihi iam dudum facile perſuaſit: nil. ſ. deſiderabilium meoꝛum veſtris pꝛeferre vtilitatibus. Oꝛare legere ⁊ ſcribere meditari ſi qua ſunt alia ſpiritalis ſtudij lucra. Hec arbitratus ſum ꝓpter vos detrimenta hucuſq; Bern. Tertia vero cauſa intermittende contemplationis ſecūdum pꝛefatum Bonauenturam eſt quando moꝛe ſuo recedente. ſ. ſponſo non ſentit anima ſolitas conſolationes vadit enim ⁊ redit ſpōſus pꝛo ſuo velle: tamen pꝛo noſtro bono ſicut idem Ber. ſuper cant. xxxij. ſermo dicit in hunc modū. Cum ſponſus vigilijs et obſecrationibus et multo imbꝛe lacrimarum q̄ſitus affuerit: ſubito dum teneri putatur et rurſus lacrimanti et viſceranti occurrens cōpꝛehendi patitur ſed minime retineri: dum ſubito quaſi e manibus euolat. Et ſi inſtiterit pꝛecibus et fletibus deuota anima denuo reuertetur: ⁊ voluntate labioꝝ eius nō fraudabit eā. Sed rurſum mox diſparebit ⁊ non videbitur niſi iterum toto deſiderio requiratur. Ita ergo ⁊ in hoc coꝛpoꝛe poteſt eſſe de p̄ſentia ſponſi frequens letitia: ſed nō copia Quia et ſi viſitatio letificat: ſed moleſtat viciſſitudo. Et hoc tam diu neceſſe eſt pati dilectam donec ſemel depoſita coꝛpoꝛe ſarcine auolet: et ipſa leuata pēnis deſiderioꝛū ſuoꝝ libere iter carpens per campos contemplationis et mente ſequēs expedita dilectū quocunq; ierit. Nec tamē in tranſito pꝛeſto erit ſic omni anime: niſi illi dūtaxat q̄ ingēs deuotio et deſideriū vehemens ⁊ pꝛedulcis affectus ſpōſam ꝓbat et dignam: ad quā gratiā viſitandi acceſſurū verbum decoꝛem induat foꝛmā ſponſi accipiēs. Item idem ſermone ſuper cant. lxxiiij. ſic dicit. Foꝛte ideo ſubtraxit ſe ſpōſus: quo auidius reuocaret̄: teneretur foꝛtius. Nam et aliquādo ſimulat ſe longius ire: non qꝛ volebat: ſed quia volebat audire. Mane nobiſcū domine: q̄m adueſperaſcit. Conſtat enim in anima fieri huiuſcemodi viciſſitudines euntis et redeuntis verbi: ſicut ait vado et venio ad vos. Item modicū et non videbitis me. O modicum et modicum. O modicum et longum. Pie dn̄e modicum dicis ꝙ non videmus te. Saluum ſit verbum domini mei: longum eſt et multum valde nimis: verūtamē vtrunq; verū et modicum meritis: ⁊ non modicum votis Quia quod ad meritū plus q̄ ſatis eſt: tamē nō ſatis eſt ad votum. Poꝛꝛo anima amās votis fertur et trahitur deſiderijs: diſſimulat merita maieſtati oculos claudit: apit voluntati: ponens ſpem in ſalutari fiducialiter agens in eo. Intrepida nāq; et inuerecunda reuocat verbum et cum fiducia repetit delicias ſuas ſolita libertate vocans non dn̄m ſed dilectum dicens. Reuertere dilecte mi. Idē xvij. ſcōe ſuꝑ cant. ſic ait. Has alternare vices non ceſſat in his qui ſpirituales ſunt vel quos potius ſpirituales ꝓuide creare intendit viſitans diluculo et ſubito ꝓbans. Hec Bernar. Cum igitur ſm̄ Bonauenturam ſponſus recedit anima languet ex eius deſiderio et toto conatu ſuo reuocat eum dicens cum ſpōſa in cant. Reuertere dilecte mi. Si nec tunc redit: inuocat ſodales ſponſi. i. angelos in auxilium ſuum et dicit. Adiuro vos filie hieruſalē: vt ſi inueneritis dilectū meū nūcietis ei qꝛ amoꝛe lāgueo. Si vero nec ſic redire dignatur aīa ſciēs voluntatem ſponſi reducit ſe in actiuā vt vel ſic fructificet ſponſo. Non enī decet contemplatoꝛē eſſe deſidioſum. Unde Bern. ſuꝑ cant. ſcōa. lij. Ex bonis ergo operibus in fide non ficta radicatis recipit conſolationē mens aſſueta q̄etis quotiens ſibi lux vt aſſolet contemplationis ſubtrahitur. Quis enim non dico continue: ſed vel diu dum in hoc coꝛpoꝛe manet lumīe contemplationis fruatur. At quotiēs vt dixi coꝛruit a contemplatiua totiens in actiuam ſe recipit: inde nimirū tanq̄ e vicino familiariꝰ reditura in idipſum: q̄m ſunt inuicem contubernales hee due: et cohabitant pariter. Eſt quippe ſoꝛoꝛ marie Martha neq; enī et ſi a cōtēplationis lumine cadit: patit᷑ tamen vllatenus ſe incidere in tenebꝛas peccati ſeu ignauiam ocij ſane in luce bone operationis ſe retinens. Hec Bern. Oſtenſis iam vtcūq; in p̄nti capitulo tribus cauſis quas contēplatoꝛ a iocunda cōtēplatione recedit: et ſe recipit in actiuā: tractandū eſt in ſequēti cap. de regimine pꝛelatoꝛum.

Qualis debeat eſſe p̄latus ⁊ quod ſic ad dei amoꝛem anhelet: vt tamē ꝓximoꝛū curam non negligat ⁊ econuerſo ⁊ ꝙ ſtudeat plus amari q̄ timeri. Cap. xxvi.

GRegoꝛius in paſtoꝛali enumerans que
requiruntur in pꝛelato: ſic ait. Rectoꝛ a
cogitatione ſit mūdus actiōe p̄cipuus. diſ-

cretus. ſilentio. vtilis in verbo. ſingulis cōpaſſione ꝓximꝰ. pꝛecūctis cōtēplatione ſuſpenſus. bn̄ agentibꝰ per hūilitatē ſocius cōtra delinquētium vicia ꝑ zelū iuſticie erectꝰ internoꝛum curam in exterioꝛū occupatione nō minuens exterioꝛū prouidētiam in internoꝛū ſolicitudine nō relinquēs. Singula membꝛa huiuſmōi per ſingula capitula dictus greg. latius pꝛoſequēdo declarat. Curādum ſummopere eſt. vt rectoꝛ cogitatione ſit mūdus quatinus nulla immūdicia polluat qui hoc ſuſcipit officiū: vt in alienis coꝛdibꝰ pollucionis maculas tergat. Scriptum nāq3 eſt. Mundamini qui fertis vaſa dn̄i. Dn̄i vaſa ferunt: qui ꝓximoꝛū aīas ad interna ſacraria ꝑducendas in cōuerſationis ſue exēplo ſuſcipiūt. Apud ſemetipſam ergo quantum habeat mundari cōſpiceat: qui ad eternitatis templum vaſa viuentia in ſinu pꝛopꝛie cōuerſationis poꝛtat. Hinc diuina voce ꝑcipitur. vt in aaron pectoꝛe rationale iudicij vittis ligantibꝰ impꝛimatur: quatinꝰ ſacerdotale coꝛ nequaq̄ȝ cogitatiōes fluxe poſſideant. Sed ratio ſola conſtringat ne indiſcretum quid vel inutile cogitet: qui ad exemplū vite alijs conſtitutus ex grauitate ſemꝑ debet oſtendere. quantam in pectoꝛe rationem poꝛtet. In quo etiam rōnali adiūgitur vt. xij. patriarcharū nōia deſcribātur. Aſcriptos enim patres in pectoꝛe cōdere eſt: antiquoꝛū vitam ſine intermiſſione cogitare. Nam tunc ſacerdos irrepꝛehenſibiliter viuit: cū exempla patrū ꝑcedentium indeſinēter intuetur: cū ſanctoꝛū veſtigia ſine ceſſatione conſiderat ⁊ cogitationes illicitas depꝛimit: ne extra oꝛdis ſui limitē operis pedē tēdat. vite vitam paſtoꝛ ſubditis denunciet. Nam grex qui paſtoꝛis vocē moꝛes q3 ſequitur per exempla melius q̄ȝ ꝑ verba graditur. Illa nanq3 vox libentius auditoꝛū coꝛda penetrat: q̄ȝ dicentis vita commēdat. Hinc per ꝓphetam dicit. Super mōtē excelſum aſcende tu: qui euangelizas ſyon. vt videlicet qui celeſti ꝑdicatiōe vtitur: yma iam terrenoꝛū operū deſerens in rerū culmine ſtare videat. vt non ſolum ſit operatio vtilis ſed etiā ſingularis. Nec inter malos tantū mō que recta ſunt faciat: ſed bn̄ quoq3 operantes ſubditos ſicut honoꝛe oꝛdinis ſupat. ita ⁊ moꝛū virtute trāſcendat. Unde ⁊ criſoſtomus ait. Nemo poteſt in valle ſtare ⁊ de mōte loqui. Ubi igitur ſtas: inde loquere: aut vbi loq̄ris ibi ſta. Sed in terra eſt aīmꝰ tuꝰ: vt q̄d celo loqueris. In celo conſiſte. ſi de celo loqueris. Si iuſticiam facere non vis vt quid te pꝛedicatoꝛem iuſticie facis. Hinc etiam auguſtinꝰ dicit. Nichil eſt in hac vita. ⁊ maxime hoc tēpoꝛe difficilius laborioſius ⁊ periculoſius epi aut pꝛeſbyteri officio. ſed apd̄ deū nichil beatius ſi eo modo militetur. quo noſter imperatoꝛ iubet. Nichil in ſeculo excellentius ſacerdotibꝰ nichil ſublimiꝰ epis reꝑiri poteſt vt cū dignitatē eoꝛum oculis demonſtramus: digne noſcamus quid ſumus. Et quod ſumus ꝓfeſſione: actione potius q̄ȝ nomine demonſtremꝰ. vt nomē congruat actioni: ⁊ actio reſpōdeat nomini. ne ſit honoꝛ ſublimis: ⁊ vita ꝓcliuis ne ſit deifica ꝓfeſſio. ⁊ illicita actio. ne ſit religioſus amictus. et irreligioſius ꝓfectus ne ſit gradus excelſus: ⁊ defoꝛmis exceſſus. ne locutionē ſilemus columbinā: ⁊ mentē habeamus caninam. ne ꝓfeſſionē ouinā demonſtremus: ⁊ ferocitatē habemus lupinam. Propterea neceſſe eſt vt greg. ait in ſuo paſtoꝛali. q̄ rectoꝛ ſit diſcretus in ſilētio: ⁊ vtilis in verbo ne aut tacenda ꝓferat: aut pꝛoferenda reticeſcat. Nam ſicut incauta locutio in erroꝛem pertrahit. ita indiſcretum ſilentium hos quos erudire poterat in erroꝛe derelinquit. Sepe nanq3 rectoꝛes improuide humanam amittere gratiam foꝛmidantes loqui libere recta pertimeſcunt. ⁊ iuxta veritatis vocem nequaq̄ȝ gregis cuſtodie paſtoꝛum ſtudio. ſed mercennarioꝛum vice deſeruiunt. quia veniente lupo fugiunt: dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Hinc dn̄s eos ꝑ pꝛophetam increpat dicēs. Canes muti: non valentes latrare. hinc rurſum conq̄ritur dicens. Non aſcendiſtis ex aduerſo nec oppoſuiſtis vos murū pꝛo domo iſrael: vt ſtaretis in pꝛelio in die dn̄i. Ex aduerſo q̄ppe aſcendere eſt ꝑ defenſione gregis voce libera huius mundi poteſtatibꝰ cōtraire. Et in die dn̄i in pꝛelio ſtare eſt: pꝛauis decertantibus ex iuſticie amoꝛe vel auctoꝛitate reſiſtere. Paſtoꝛi enim recta timuiſſe quid aliud eſt dicere. q̄ȝ tacēdo terga ꝑbuiſſe. Qui nimirum ſi ꝑ grege ſe obicit: murū ꝑ domo iſrael hoſtibus opponit: hinc rurſus delinquēti populo dicitur pꝛophete tui viderunt tibi falſa ⁊ ſtulta: nec aꝑiebant iniquitatē tuā vt te ad penitētiam pꝛouocarēt. Pꝛophete ſacro eloq̄o nōnūq̄ȝ doctoꝛes vocant quos diuinus ſermo falſa videre nō redarguit q2 dū coꝛripere culpas metuūt: icaſſū delinquētibus ꝓmiſſa ſecuritate vel ſuauitate blandiuntur. Qui iniquitatē peccantiū nequaq̄ȝ aperiunt: quia ab increpationis voce conticeſcent. Clauis quippe apertionis. eſt ſermo coꝛreptiõis. qꝛ icrepatio culpã detegit. quã ſepe neſcit etiam ipſe qui culpã ꝑpetrauit. Hinc paulus ait. vt potens ſit exhoꝛtari in doctrina ſana: ⁊ eos qui contradicũt redarguere. Hinc ꝑ Malachiã dicitur. labia ſacerdotis cuſtodiũt ſciẽtiam ⁊ legẽ requirent ex oꝛe eius: qꝛ angel⁹ dñi exercituũ eſt. Hinc ꝑ Iſaiam domin⁹ admonet dicens. Clama ne ceſſes. quaſi tuba exalta vocẽ tuam. Sed ſi ſacerdos ꝑdicationis eſt neſcius ꝙ clamoris vocẽ daturus eſt ꝓco mutus. Ne autẽ rectoꝛ incaut⁹ ad loquẽdũ pꝛoꝛuat: ꝑ ſemetipſam veritas admonet dicens. Habete ſal in vobis: ⁊ pacẽ habete iter vos. Per ſal ꝗppe verbi ſapiẽtia deſignatur. Qui ergo loqͥ ſapienter nititur: magno opere metuat ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Et ideo rectoꝛibus ſolicita attentione pꝛouidendum eſt: vt ab eis non ſolũ praua nullomodo ſed nec recta quidem nimis inoꝛdinate pꝛoferantur. Quia ſepe dictoꝛũ virtus perditur: cum apud coꝛda audientiũ loquacitas incauta impoꝛtunitate leuigatur ⁊ auctoꝛem ſuum hec eadem loquacitas inquinat: que ſeruire auditoꝛibus ad vſum ꝓfectus ignoꝛat. Item rectoꝛ ſit ſingulis cõpaſſione ꝓximus ⁊ pꝛe cunctis contemplatione ſuſpenſus vt per pietatis viſcera in ſe infirmitatem ceteroꝛum transferat. ⁊ ꝑ ſpeculationis altitudinem: ſemetipſum inuiſibilia appetendo tranſcendat. ne aut alta petens pꝛoximoꝛum infirma deſpiciat: aut infirmis pꝛoximoꝛum congruens: appetere alta derelinquat. Hinc Moyſes crebꝛo tabernaculum intrat ⁊ exit: ⁊ qui intus in cõtemplatione rapitur, foꝛis infirmantium negocijs vꝛgetur. intus dei archana conſiderat: foꝛis onera carnaliũ poꝛtat. Qui de rebus quoqꝫ dubijs ſemper ad tabernaculum recurrit: coꝛam teſtamenti archa diuinũ conſulit. exemplum ꝓculdubio rectoꝛibus pꝛebens: vt cum foꝛis ambigunt quid diſponãt ad mentem ſemper quaſi ad tabernaculum redeant. ⁊ velut coꝛam teſtamenti archa dominum conſultant: ⁊ de hijs in quibus dubitant apud ſemetipſos intus ſacri eloquij paginas requirant. Tunc enim ad alta caritas mirabiliter ſurgit, cũ ad ima pꝛoximoꝛum ſe miſericoꝛditer attrahit. ⁊ dum benigne deſcendit ad infima: valẽter recurrit ad ſumma. Tales autẽ ſeſe q̃ p̄ſunt exhibeant: quibus ſubiecta quiqꝫ occulta ſua pꝛodere non erubeſcant. vt cum temptationum fluctus paruuli tollerant. ad paſtoꝛis mentem quaſi ad matris ſinũ recurrant. Et fit plerũqꝫ vt dũ rectoꝛis animus aliena temptamẽta condeſcendẽdo cognoſcit: auditis tẽptationibus etiam ipſe pulſetur. Nam dũ ſoꝛdes diluentium ſuſcipit: quaſi ſue mũdicie ſerenitatem perdit. Sed hec nequaꝗ̃ paſtori timenda ſunt: qꝛ deo ſubtiliter cũcta penſante. tanto facilius a ſua eripitur: quanto miſericoꝛdius ex aliena temptatione fatigatur. Preterea ſit rectoꝛ bene agẽtib⁹ per humilitatẽ ſocius: contra vero delinquentiũ vicia ꝑ zelum iuſticie erect⁹. vt ⁊ bonis i nullo ſe p̄ferat: ⁊ cũ pꝛauoꝛum culpa exigit. poteſtatẽ ſui pꝛioꝛatus ꝓtin⁹ demonſtrare nõ foꝛmidet. Sed hanc diſcretionẽ pleni⁹ agnoſcimus: ſi paſtoꝛis ꝑmi exẽpla cernamus. Petrus nãqꝫ auctoꝛe deo ſancte eccleſie pꝛicipatũ tenens a bene agẽte coꝛnelio ⁊ ſeſe ei hũiliter ꝓſternẽte immoderatius venerari recuſauit: ſeqꝫ ei ſimilem recognouit dicẽs. Surge ne feceris ⁊ ego ipſe hõ ſum. Sed cum ananie ⁊ ſaphire culpam reperit: mox quanta potentia ſuper alios excreuiſſet oſtẽdit. verbo nãqꝫ eoꝛum vitam ꝑculit quam ſpũ perſcrutante deꝑhendit ⁊ ſummũ ſe intra eccleſiam contra peccata recoluit: q̃d honoꝛe ſibi vehementer impenſo coꝛam bene agentibus fratribus non agnouit. Illic cõionem equalitatis meruit ſanctitas actionis. Hic zelus vltionis ius aperuit poteſtatis. Paulus etiam bene agentib⁹ fratribus pꝛelatum ſe eſſe neſciebat cum diceret. Nõ qꝛ dñamur fidei veſtre: ſed adiutoꝛes ſum⁹ gaudij veſtri. Et rurſus. Facti ſum⁹ paruuli in medio veſtrum. Sed cũ culpam qui coꝛrigi debuiſſet inuenit: illico magiſtrũ ſe eſſe recoluit dicẽs. Quid vultis. In virga veniã ad vos. Hucuſqꝫ in paſtoꝛali greg. Hic etiã Bernardus ait. Diſcite ſubditoꝛum matres vos eſſe debere: non dominos. Studete magis amari ꝙ̃ metui. Et ſi interdum ſeueritate opus eſt: paterna ſit non tirannica. Matres in fouendo: patres in coꝛripiendo vos exhibeatis. Suſpendite verbera. pꝛoducite verba. pectoꝛa lacte pingueſcant: non tipo turgeant. vnde ĩ moꝛalibus. ex .li. gre. ſic dicit. Talis debet eſſe diſpenſatio regiminis. vt is qui pꝛeeſt ea menſura circa ſubditos ſe moderetur: quatinus arridens timeri debeat. et iratus amari: vt eum nec nimia leticia vilem reddat: nec immoderata ſeueritas odioſum. Miſcenda eſt lenitas ſeueritati faciẽdo quoddã ex vtroqꝫ temperamẽtũ: vt neqꝫ aſꝑitate exulcerentur ſubditi: neqꝫ nimia benignitate ſoluãtur. Diſciplina eni vel mĩa multũ deſtituitur. ſi vna ſine altera teneatur. Sepe ei ſubiectas frangimus: dũ plus iuſto rigorem iuſticie tenemus. Qui ꝑfecto rigor. iam iuſticie nõ erit. ſi ſe ſub iuſto moderamine nõ cuſtodit. Sit ergo zelus non immoderate ſeuiens. ſit pietas ſed nõ plus ꝙ̃ expediat ꝑcens. Sepe a diſcipline metu reſoluim⁹ ſubditos. ſi nos regimĩ hilaritatis frena relaxam⁹ qꝛ dũ nos licenter letos aſpiciũt: audacter ipſi ad illicita reſoluuntur. Penſandum eſt et qualiter quiſqꝫ ad culmen regiminis veniat: atqꝫ ad hoc rite perueniens qualiter viuat: ⁊ bñ viuens qualiter doceat. et recte docens infirmitatẽ ſuam cotidie cognoſcat ne aut humilitas acceſſum fugiat aut ꝑuentioni vita contradicat aut vitam doctrina deſtruat. aut doctrinam preſumptio extollat virtutibus igitur pollens coactus ad regimen veniat: virtutibus vacuus nec coactus accedat. Nam ſm eundẽ lib. ix. moraliũ gregorij: qui adhuc ĩpugnantium certamina viciorum per conſenſum delectationis tollerant: aliorum curam ſuſcipere non p̄ſumant. Quũ vero temptationũ bella ſubegerint: qm̃ apud ſe iam de intima tranquillitate ſecuri ſunt cuſtodiam ſorciantur animarũ. Valde etiam eſt rectori curandũ iuxta memoratum greg. in paſtorali vt rectorẽ ſubditis et matrem pietas: et patrem exhibeat diſciplina. atqꝫ inter hec ſolicita circumſpectione ꝓuidendum eſt: ne aut diſtrictio rigida. aut pietas ſit remiſſa. Hi etenim hely falſa pietate ſuperatus ferire delinquentes noluit: apud diſtrictum iudicem ſemetipſum cum filijs crudeli dampnatiõe percuſſit. Hic nanqꝫ voce dominica dicitur. Honoraſti filios tuos magis ꝙ̃ me. Hic paſtores increpat per prophetã dicens. Quod ſtratum erat non alligaſtis et quod abiectũ fuerat non reduxiſtis. Abiectum enim reducitur cum quiſqꝫ in culpam lapſus ad ſtatum iuſticie ex paſtoralis ſolicitudinis vigore reuocatur. Fracturam enim ligamen aſtringit: cum culpam diſciplina deprimit: ne plaga vſqꝫ ad interitum defluat ſi hanc diſcretionis ſeueritas non coartat. Sed ſepe deterius frangitur: cum fractura incaute colligatur. ita vt grauius ſciſſuram ſentiat ſi hanc immoderatius ligamenta conſtringant. Unde neceſſe eſt vt cum peccati vulnus in ſubditis reſtringitur corrigendo: magna ſe ſolicitudine etiam diſtrictio ipſa moderetur quatinus ſic iura diſcipline contra delinquẽtes exerceat: vt pietatis viſcera nõ amittat. Item ſit rector internorum curã in exteriorum occupatione non minuens: exteriorum prouidentiam in internorum ſolicitudine non relinquens ne aut ſolis exterioribus deditus ab intimis coronat. at ſolis interioribus occupatus que foris debet proximis non impẽdat. Secularia itaqꝫ negocia aliquando ex compaſſione tolleranda ſunt: nũꝙ̃ vero ex amore requirenda ne cum mentem diligentis aggrauant. hanc ſuo mẽtem pondere ad yma de celeſtibus immergant. Ac contra ſunt nonnulli: qui gregis quidem curam ſuſcipiũt. ſed ſic ſibimet vacare ad ſpiritualia appetunt: vt rebus exterioribus nullatenus occupentur. Qui dum curare corporalia funditus negligunt ſubditorum neceſſitatibus minus cõcurrũt: quorum nimirum predicatio plerumqꝫ deſpicitur. quia cum delinquentium facta corripiunt: ſed tamen eis neceſſaria preſentis vite nõ tribuũt: nequaꝙ̃ libẽter audiunt. Egẽtis etenim mentem ſermo doctrine non penetrat. ſi hunc apud eius animum manus miſericordie non commẽdet. Tunc autem verbi ſemen facile germinat: quando hoc ĩ audientis pectore pietas predicãtis rigat. Hic itaqꝫ paſtores erga interiora ſtudia ſubditorum ſuorum ferueant quatinus in eis exterioris quoqꝫ vite prouidentiã nõ relinquãt Inter hec itaqꝫ ſemper vigilanter intuendũ eſt: ne dum cura ab eis exterior agitur ab interna intentione mergatur. Plerumqꝫ enim corda rectorum dum temporali ſolicitudini incaute deſeruiunt: ab intimo amore frigeſcunt. ⁊ foras fuſi obliuiſci non metuunt: quia animarũ regimina ſuſceperunt. Qua autem mente animarum paſtor honore paſtorali inter ceteros vtitur. ſi in terrenis negocijs que reprehendere in alijs debuit etiã ipſe verſatur. Quod videlicet ex ira iuſte retributionis dominus per ꝓphetam minatur dicens. Et erit ſicut populus. ſic ſacerdos. Sacerdos quippe eſt vt populus: quãdo ea agit is qui ſpirituali fungitur officio. que illi nimirum faciunt qui adhuc ſtudijs carnalibus iudicantur. Quod cum magno doloris caritate iheremias ꝓpheta conſpiciens ſub deſtructione templi deplorat dicens. Quomodo obſcuratũ eſt aurum. mutatus eſt color optim⁹. diſperſi ſunt lapides ſcũarij in capite omnium platearum. Aut ſtaqꝫ obſcuratur: cum terrenis actibus ſanctitatis vita polluitur. Color optimꝰ cōmutatur. cū quorūdā qui degere religioſe credebātur eſtimatio ante acta minuit. Nā cū quilibet poſt ſāctitatis habitū terrenis ſe actibus inſerit quaſi colore ꝑmutato ante humanos oculos eius reuerētia detecta palleſcit. Scūarij quoqꝫ lapides .i. ſacrorū ordinum ꝑſone in plateis diſperguntur: cū cauſarum ſecularium foras lata itinera expetunt. Sit nāqꝫ lapides ad ornamētū eccleſie iterius miſterijs quaſi in ſecretis tabernaculi vacare debuerūt. Qui nimirum ſcūarii lapides diſperſi per plateas iacēt: cū perſone ſacrorum ordinū voluptatū ſuarum latitudini dedite: terrenis negocijs inherent. ipſis qꝫ ex deſiderio inſeruiunt. Hec greg. i paſtorali. Preterea notandū eſt ꝙ ꝓuis taciturnitas in alijs ſit veniale: in ꝓlatis tū eſt peccatū mortale. vt ptꝫ. xliii. diſ. ſit rector. xl. diſ. Si papa. ⁊ no. xxv diſ. s. vnū. .§. . alias vſꝰ pius tacet ꝑ Jo. Etiō ꝓlatus tenetur exceſſus ſuorum ſubditorꝫ corrigere ne ſanguis eorꝫ de manibus ſuis requiratur. ⁊ iſtud eſt durum verbum ꝓ prelatis negligentibus. nec admittitur paſtoris excuſatio. ſi lupus oues comedat. ⁊ paſtor neſcit. Etei ex coiꝓo quod prelatus tacet conſentit ⁊ ex hoc ꝑmittitur ſecuritas delinquendi: quia facilitas venie: incentiuū tribuit delinquēdi. ſicut dicitur extra de officio ordi. c. irrefragabili in principio cum .g. i. hec. de re iuris ꝓuis cū g magnis. Si aūt aliquis ꝓpter taciturnitatē prelati pereat: ſimile eſt ac ſi ipſm interficiat. Vn̄ paulus ait. Mundus ſum a ſanguine oim. Non enim ſubter fugi quo minus annūciarē vobis oē cōſiliū dei. Hec verbis innuens ꝑ oppoſitū ꝙ ille reus eſſet ſanguis eorꝫ ſi ipſe eis nō annunciaſſet. Etiō cū prelatꝰ ſubditos delinquentes increpare noluerit, ꝑculdubio eos tacendo occidit ſicut habetur. xliiij. diſ. epheſis ⁊. c. ſequenti. Culpe etiam ſubditorū imputande ſunt negligentie ꝓlatorū: ſi negligentes fuerint circa correptionem eorū ꝓut notatur. lxxxvi. diſ. inferiorꝫ vſꝫ ⁊ gre. ait. Qui ei primorū mala reſpiciunt. ⁊ tñ in ſilentio linguaꝫ ꝑmūt: quaſi cōſpicis vulneribꝰ vſum medicaminis ſubtrahunt. ⁊ eo mortis auctores fiunt: quo vitus quod curare poterant noluerunt. Paſtor igitur qui tacet cōſentire videt ⁊ error cui non reſiſtitur approbatur: ſicut pꝫ. xxxiij. q. ij. admonere. Itē de regulari. c. ſide ſimo. c. iij. tm̄ de re. iuris. ꝓuis cū g. xliij diſ. ephe. Prelatus qui negligit ꝑturbare peruerſos ⁊ corrigere cū poſſit. videt eos fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte: qui manifeſto facinori deſinit obuiare. ſicut habetur ij. q. vij. negligere. Prelatus aūt circa corrigiles debet eſſe bñuolus. in iudicio iuſtꝰ. in aiaduerſione miſericors. ſꝫ circa incorrigibiles debet eſſe ſeuerus ꝓut dicit de cōſuetudine. c. non eſt .ꝟ. in correctionibꝰ per arch. in ſexto. Notandū tñ ꝙ circa corrigendos plus agit beniuolentia ꝙ̄ ſeueritas. plus cohertatio. ꝙ̄ cōminatio. plus caritas ꝙ̄ poteſtas. Cum nemo ſine reprehenſiōe aut ſine peccato viuat. xlv. diſ licet. i. ⁊. le. ij. ⁊. c. cuꝫ btūs. ⁊. c. ſe. ꝯſe. verſu qualiter debet. Prelatus grauiter offendit: qui ſubditum ſuum contra deum delinquentem dimittit inpunitum quia ea que in nobis committuntur. facile poſſumus dimittere. ea vero que in deo cōmittuntur: cum magna diſcretione vel diſtrictione. nec tñ ſine penitētia poſſumus relaxare. xxiij. q. iiij. Si his qui ⁊ ibi. in. g. fi. Prelatus delinquens grauius eſt puniēdus ꝙ̄ alius cōſimilia faciens. quia ſcire debet ꝓlatus ꝙ ſi delinquat. tot mortibus vel tormentis dignus eſt: quot ad ſubditos ſuos ꝑditionis exempla tranſmittit. xi. q. iij. precipue. Prelatus qui negligenter paſcit ſubditos vel populū ſibi commiſſum: non videtur deum creatorē ſuum amare. xxv. q. ic. ij in fi. Nec ſimplicitas nec aliquid aliud poſſit excuſare imperitiam prelati ſacerdotis. xxxvi. diſtin. ante omia. .§. . oportet .ꝟ. ſimplicitatis. Si prelatus neglexerit aliquid acquirere eccleſie vel domui ſue cum poſſit: hoc ſibi imputatur ⁊ de hoc tenetur ad inſtar tutoris. xij. q. iij. quicunqꝫ cum greg. Etiō oportet ipſum habere peritiam ſecularium negociorum vt eius cautela eccleſie ſeruentur indempnes: ⁊ cuiqꝫ neceſſaria ꝓ ſuo mō miniſtrētur. xxxix. di. ꝑ totū. Notādū etiā ꝙ q̄ hēt correctiōez facere nō debet de ſe ſꝫ de deo ꝯfidere ⁊ orōni inſtare. cū ſolius dei ſit hoiez corrigere ſicut eccleſiaſtici vij. euidēter ptꝫ. Cōſidera inq̄t opa dei: ꝙ nēo poſſit illū corrigere quē ille deſpexerit. Cōſidera. i. diſcerne q̄ opa ſunt ꝓpa dei ſoli vtuti eiꝰ poſſibiliaꝫ int ea iuenies iſtō ꝙ nemo poſſit corrigere ⁊c. Itē ꝓlatꝰ nō debet petere veniā a ſubditis licet modū i corripiēdo excellerit ſi tñ hoc fecerit ex auctoritate ꝓlature. ne apō eos quos optet eſſe ſubiectos: dū nimiū ſeruat hūilitas. regēdi frangatur auctoritas. Si autē ex odio modū excellerit in coꝛrigēdo: bene poteſt veniam poſtulare ex humilitate. Ideo autem magis parcitur ꝑlatis in hoc caſu ꝙ alijs qꝛ vix poteſt quis in cura rei familiaris euitare pctm̄. lxxxvi. diſt. quādo et ibi in glo. Qualiter autē pꝛelati ſe habere debeāt erga ſubditos: et ſubditi erga pꝛelatos. Greg. in paſtoꝛali declarat dicens. Aliter admonendi ſunt ſubditi aliter pꝛelati Illos ne ſubiectio cōterat: iſtos ne locus ſuperioꝛ extollat. Subditi ne minus que iubētur impleant: pꝛelati ne plus iuſto iubeāt ꝙ que compleantur. Illi vt humiliter ſubiaceant iſti vt tēperanter pꝛeſint illis dicitur. Filij obedite parentibus veſtris in dn̄o: iſtis pꝛecipitur: vt patres nolite ad iracundiam ꝓuocare filios veſtros. illi diſcant quomodo ante occulti arbiter oculos ſua interioꝛa cōponant: iſti etiam. quomodo commiſſis ſe exempla bene viuendi exterius pꝛebeant. Unde neceſſe eſt vt tāto ſe cautiꝰ a culpa cuſtodiant: ꝙto per pꝛaua que faciunt non ſoli moꝛiūtur: ſed animarū alioꝛum quos pꝛauis exemplis deſtruxerunt rei ſunt admonēdi ſunt illi ne de ſubditoꝛū erratibus iudicētur etiam ſi ſe iam de ſe ſecuros inuenerint ſic ꝙ alioꝛum curas expleant: quatinus ⁊ ſuas agere nō deſiſtant ⁊ ſibi in ꝓpꝛia ſolicitudine ferueant vt a cōmiſſoꝛum cuſtodia minime toꝛpeſcant: hinc eni cuilibet pꝛelato dicit Fili ſi ſpoponderis pꝛo amico defeciſti apud extraneū manū tuam et illaqueatus es verbis oꝛis tui et captus pꝛopꝛiis ſermonibus. Spondere nāq ꝓ amico eſt: alienā aiam in periculo ſue conuerſationis accipere. Unde et apud extraneū manus defigitur: qꝛ apud curā ſolicitudinis: que ante deerat mens ligatur verbis vero oꝛis ſui illaqueatus eſt ac ꝓpꝛijs ſermonibꝰ captus: qꝛ dum cōmiſſis ſibi cogitur bona dicere: ipm̄ pꝛius neceſſe ē que dixerit cuſtodire. Illaqueatur igit verbis oꝛis ſui dū ratione exigente conſtringit nec eius vita ad aliud ꝙ ꝗ admonet relaxatur. Unde et apud diſtrictū iudicē cogit tanta in opere exſoluere ꝙta cū conſtat alijs voce pꝛecepiſſe: vn̄ et bene mox exhoꝛtatio ſubditur. Fac igit quod dico tibi fili mi: temet ipm̄ libera qꝛ incidiſti in manus pꝛimi tui Diſcurre feſtina ſuſcita amicum tuū: ne dederis ſompnum oculis tuis: nec doꝛmitent palpebꝛe tue. Sompnum quippe oculis dare eſt: intencione ceſſante ſubditoꝛum curaꝫ oīno negligere. Palpebꝛe vero doꝛmitāt cū cogitationes noſtre ea que in ſubditis arguēda cognoſcunt pigredine depꝛimēte diſſimulant. Plene enim doꝛmire eſt cōmiſſoꝝ acta non coꝛrigere nec ſcire. Nō autem doꝛmire ſed doꝛmitare eſt: ꝗ quidem depꝛhendēda ſūt cognoſcere: ſed tū ꝓpter mentis tedium dignis ea increpationibus non emēdare. Doꝛmitando vero oculis ad pleniſſimū ſompnū ducitur qꝛ dū plerūq qui pꝛeeſt malum qđ cognoſcit non reſecat: ad hoc quādoq negligentie ſue merito ꝑuenit: vt quod a ſubditis delinquitur non agnoſcat. Dignum eſt etiam vt cuncti qui pꝛeſunt intus atq in circuitu oculos habeant et interno iudici in ſemetipſis placere ſtudeant: et exempla vite exteriꝰ pꝛebentes ea etiam que in alijs ſunt coꝛrigēda depꝛehendant. Admonendi ſunt ſubditi ne pꝛepoſitoꝛum ſuoꝝ vitā temere iudicent ſi quid foꝛtaſſe eos agere repꝛehēſibiliter vident: ne vnde recte mala redarguunt inde ꝑ elationis pulſum in ꝓfundioꝛa mergantur Admonendi ſunt ne cum pꝛepoſitoꝛum culpas conſiderat contra eos audacioꝛes fiant: ſed ſic ſi qua valde ſunt eoꝝ pꝛaua apud ſemetipſos iudicēt: vt tamē diuino timoꝛe cōſtricti ferre ſub eis iugū reuerētie vel obedientie nō recuſent. Facta autem ꝑpoſitoꝛum oꝛis gladio ferienda non ſunt etiā cum recte repꝛehendēda iudicantur. Si quando vero contra eos vel in minimis lingua labitur neceſſe eſt vt per afflictionē penitētie coꝛ ꝑmat quatinus ad ſemetipm̄ redeat: et cū pꝛepoſite poteſtati deliquerit: eius contra ſe iudiciū a quo ſibi ꝑlata eſt ꝑhoꝛreſcat. Nā cū pꝛepoſitis delinquimus eiꝰ oꝛdinationi: ꝗ eos nobis pꝛetulit obuiamus. Unn̄ moyſes cū contra ſe ⁊ aarō populū ꝯqueri cognouiſſet ait Nos enim quid ſumus: nec contra nos eſt murmur noſtrum: ſed contra dominū. Hec greg. in paſtoꝛali.

De diſciplina ſeu coꝛrectione fraterna et de modo coꝛrigēdi ⁊ de his ꝗ incitare pn̄t ad coꝛrectionē libēter recipiēdam. Cap. xxvij.

A

SI peccauerit inquit dominus in te frater tuus: vade et coꝛripe eum inter te ⁊ ipm̄ ſolum ⁊c. Coꝛrectio aūt fraterna ſcđm vol. l. vi. trac. iij. c. xvij. debet eē amicabilis admonitio et nō cum increpatione ſicut ꝑlatoꝛum: ſed debet eſſe cum benignitate ⁊ rationabili perſuaſione: vt ſeruetur moderamine ſumptū ex quattuoꝛ ſcꝫ ex ꝙtitate culpe: ex ſpe coꝛrectionis: ex ſtatu perſone: ⁊ ex zelo mouente coꝛripientem. Ex ꝙtitate autem culpe: quia aliter in leuibus pctīs aliter in grauibus debet ſe coꝛrectoꝛ hēre. Et idoe erga delinquentē ſmo eſt taliter ꝓferendus ſicut ei⁹ qui coꝛripitur expoſtulat ſalus. Ex ſpe vero coꝛrectionis qꝛ forte opoꝛtunius tēpus expectat. Ex ſtatu etiā perſone que coꝛrigēda eſt qꝛ ꝑlati ſunt cū reuerentia admonendi ⁊ idē ſentiendum eſt de aliis nobilibus et magnis ꝑſonis qꝛ aliter ad impaciētiam ꝓuocati indocibiles efficerētur. Cum veterano etiam ꝑcius agendum eſt. Propter ꝙ paulus ait. Seniorē ne increpaueris: ſʒ obſecra vt patrem. Ex zelo quoqʒ mouente coꝛripientem: ſi enim zelus ille eſt auarus iudicis vel rācoꝛis nō debet aliū coꝛripere qꝛ alium purgando ſeipſum coꝛrumperet. Qui enim ex ſola tali radice denūciaret et accuſaret fratrem de pctō habētē infamiā ſibi coniunctā peccaret moꝛtaliter exercendo odiū. Nullus enim abſolute cupit vel infert alicui malum niſi quē odit. Finis enī ſemꝑ debet eſſe: vt lucremur finē. Facta igitur delinquēti ſecreta admonitione: ſi te audierit humiliter cognoſcendo culpā et ſigna penitentie ꝓferendo et emēdam pollicēdo: lucratus eris fratrē tuū: et tunc non debet vltra procedi: vt ſalua ſit cauta fama conſciētia fratris. Si aūt te nō audierit qđ vtiqʒ cognoſcitur ex hoc ꝙ admonicionē impatienter et contemptibiliter accipit: vel quia ſigna contritionis non apparēt in eo ſed potius culpā excuſat vel mendacit negat vel pertinaciter defendit vel occaſiōes eiuſdem vel conſilium pctōꝝ non cauet vel quia poſt admonitionē pctm̄ iterat: tunc adhibe vnū tecum vel duos. Unde notandum ſm̄ Tho. in ſūma veritatis theologie: ꝙ triplex eſt coꝛrectio. ſ. amoꝛis timoꝛis et pudoris. Quē quidē oꝛdinē coꝛreptionis fraterne dn̄s docet in euangelio dicēs. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. vt ſupꝛa. Primo tm̄ innuit fratrē eſſe reuocādū amoꝛe: cum iubet eum ſingulariter conuenire dicens. Coꝛripe eum inter te et ipm̄ ſolum. Secundo reuocādum eſt timoꝛe cū ait. Si te non audierit adhuc tecum vnum vel duos teſtes. Tertio docet vt ſi hoc nō valuerit: ꝙ reuocet pudoꝛe. Unde ſubdit dicens: ꝙ ſi nec illos audierit dic eccleſie. Uñ ſm̄ auguſtinū in regula canonicoꝝ añq̄ aliis demōſtret per quos conuincēdus eſt ſi negauerit prius prepoſito debet oſtendi non vt iudici: ſed vt patri vt ⁊ ipſe fratrem ſecrete moneat: quatinus culpa que adhuc latens eſt ſi forte ſecretius coꝛrigi potuerit non oībus innoteſcat. Et tūc ſi coꝛrigitur ſiſtēdū eſt. Si vero coꝛam ꝑlato re⁹ neget culpam ſuam: debet admonitio pꝛelati eſſe cum paterna auctoꝛitate vt. ſ. per ꝑceptū vel etiam per cenſurā eccleſiaſticam cōpellat eum veritatē dicere in priuato et tunc adhibeat ei cautelā et medelā. ⁊ hoc dico niſi forte ꝓbabiliter timeretur ꝙ potius adderet culpā inobedientie ſuper pꝛioꝛē culpam quā ipſe fateretur. Tunc enī credo eſſe diſſimulādū: hoc tn̄ nō eſt de facili de aliquo pꝛeſumēdum: niſi alias in hmōi malicia ſit depꝛehenſus. Cum aūt neutrā admonitionē harum audierit. ſ. nec fraternā nec paternā: faciēdū eſt quod ſubditur. Adhibe adhuc tecū vnum vel duos ⁊c. Reuelandum eſt quippe peccatū occultum vni vel duob⁹ qui illud neſciūt qꝛ ſi ſcirēt vitiū pluribus notum publice deberet coꝛrigi. Nec tn̄ hec eſt pꝛoditio criminis: qꝛ ipſi debent eſſe tales qui poſſint pꝛodeſſe et nō obeſſe. Et ſi fieri poteſt debet re⁹ induci: vt coram illis fateatur pctm̄ ſuum. Quō ſi fecerit debēt illi adhibiti caritatiue eū admonere de coꝛrectione. Et ſi coꝛā iſtis pl⁹ verecundatur q̄ coꝛā vno et audierit eos. i. ſe coꝛrexerit: ibi ſiſtendū eſt nec debet pꝛocedi ad iudiciū. Si vero in crimine pertinacit perſiſtit: tunc in iudicio cōuincendus eſt per eos coꝛā quibus culpā ſponte confeſſus eſt. Si vero nō pōt induci vt coꝛam eis aliquid confiteatur tunc oēs iſti qui pꝛedicti ſunt. ſ. qui pꝛimo ſciuit et pꝛelatus et teſtes adducti diligenter ſtudere debent ſi poſſint eum compꝛehendere in iteratione hmōi pcti: vt eum tunc coꝛā iudice conuincant. Nec tn̄ ꝓpter hoc danda eſt occaſio ei vel opoꝛtunitas peccatū iterandi: qꝛ non ſunt facienda mala vt veniant bona: ſed maioꝛi diligentia obſeruādus eſt: q̄ ſi nō eſſet ſuſpectus. Et nec ſua cōfeſſione nec iterati actus depꝛehenſione pōt pluribus conſtare de crimine: non debet i iudicio accuſari qꝛ non habet teſtimoniū niſi vnius quod non ſufficit. imo accuſans eſſet puniendus. Sed oꝛandū eſt ꝓ eo: ⁊ pꝛelatus debet ei ſubtrahere oēm opoꝛtunitatem peccandi: et debet eum ſub diligenti cuſtodia ſeruare donec ſub honeſtate ꝯuerſationis ꝓbet ſe vitā in melius cōmutaſſe. Quō ſi non audierit eos et ſupple ipſi ita ſciant: ꝙ poſſint teſtificari et ꝓbare crimen dic eccleſie. i. hiis q̄ eccleſie pꝛeſunt. i. ꝑlato vt iudici. Si eccleſiā nō audierit. i. ad pꝛelati publicam per penas coꝛrectionē pctm̄ non omiſerit: ſit tibi ſicut ethnicus et publican⁹. i. excōicari debet ⁊ ſic deuitari. Hanc pꝛedictus oꝛdo fraterne coꝛreptionis intelligitur tm̄ de criminalibus ſm̄ Tho. in ſumma ſupꝛius allegata. Et ſm̄ ipʒ

Tho. fraterne correptionis ordinem nō oportz seruari nisi in criminalibus et magnis peccatis qꝫ leuia nō derogant fame. Unde et religiosi quotidie in capitulis suis se mutuo proclamāt pmisso ordine non obseruato. Si tū aliqua essent talia de qbus frater infamaret contra pceptū dñi ageret: q per hūc modū peccatū fratris publicaret. Quilibet ergo alium accusans caueat diligenter ne hoc faciat ad defamādū: sed ad corrigendū qm siquis ex deliberatiōe contrariū faceret: mortaliter peccaret. Unde notādū q quedā sunt occulta pctā: q sunt in nocumentū proximoꝝ vel corpale vel spūale puta si aliqs occulte tractet quō ciuitas tradat hostibus: vel si hereticus priuatim hoīes a fide auertat qꝫ licet occulte peccet: qꝫ tū nō solū in te: sed in alios peccant. debes statī ad denūciatiōnē pcedere: vt hmōi nocumentū impediat nisi forte aliqs firmiter estimaret q statī ad admonitionē secretā factā posset hmōi mala impedire. Quedā vero sunt peccata que sunt in solū malū agētis vel peccātis et cuius in quē peccat vel qꝫ leditur ab eo vel saltē ex sola notitia: et tūc ad hoc solū tendendū est: vt fratri peccāti subueniat atq sic emēdet q̄tū ad cōsciētiā vt fama eius si pōt seruet. Quia multi pre timore infamie a pctō retrahūtur. vnde qñ se infamatos vidēt irreuerenter peccant. ideo Iero. monet dicēs. Corripiendus est seorsum frater vel si semel pudore aut verecūdiā amiserit pmaneat in pctō. Iterū cōseruari debet fama fratris: qꝫ vno infamato alij infamantur. Tum etiā qꝫ ex pctō vnius publicato: alij puocant ad peccādū. Sed qꝫ cōsciētia pferenda est fame. voluit dñs vt saltem cū dispēdio fame fratris cōsciētiā p publicā denūciationē a peccato liberaret. vnde patet de necessitate pcepti esse: q secreta admonitio debet semel vel pluries fieri q̄ diu spes pbabiliter habet de correctiōe p hoc. Cū autē pbabiliter cognoscimus q secreta admonitio nō valet pcedendū est vlterius q̄diu peccatū sit occultū ad testiū inductionē nisi forte pbabiliter estimaret q hoc ad emēdationē fratris nō pficeret: sed exinde deterior fieret q̄ pter hoc esset totaliter a correctiōe cessandū. Isti aūt testes sunt adduci ppter tria. Primo ad ostendendū q hoc sit pctm̄ de quo frater arguit. Secūdo ad cōuincendū eū de actu si actus iteraret. vt ait Aug. in regula supius allegata. Tertio ad testificandū q frater admonēs fecit qd in se fuit. vt dicit Crisosto. Si igitur premissis nō corrigit vel si culpā negauerit: tūc in publico testes adhibeant et cōuictus denuncietur iudicet. Si aūt platus pciperet aliquid contra hūc ordinē correctionis: nō esset ei obediendū: qꝫ oportet obedire deo magis q̄ hoībus. Unde qñ platus pcipit sibi dicat q̄ qs sciuerit ad corrigendū: intelligendū est illud preceptum sane saluo scz ordine correctionis fraterne: siue pceptū sit cōiter ad oēs siue ad aliquem specialiter. Et ideo si platus pciperet manifestari sibi aliquid oīo occultū: nō esset ei obediendū in hoc et ipse pcipiendo peccaret: qꝫ platus nō est iudex occultoꝝ sed solus deus: vnde non habet potestatē pcipiendi aliquid sup occultis: nisi inquantum p aliqua iudicia manifestantur. puta p infamiā vel aliq̄s suspitiones. In quibus casibus pōt platus pcipere eodem modo sicut iudex secularis vel ecclesiasticus. Potest etiā exigere iuramentū de veritate dicenda. Hec tho. in sententia pallegata. Quid aūt sit disciplina. Cassianus declarat dicēs. Disciplina est morū ordinata correctio. et maiorum pcedentiū patrū regularis obseruatio. Hinc Hugo de scto victore ait. Disciplina est cōuersatio bona et honesta cui parum nō est malū facere. sed studet in his que bene agit p cuncta irrephensibilis apparere. Disciplina enī Bernar. in epistolis ceruices subiugat. deponit supcilia cōponit vultū. ligat oculos. cachinnos cohibet. moderatur linguā. gulā frenat. irā sedat. format incessum. Ad disciplinā tuendā. apostolus nos hortatur dicēs. In disciplina pseuerate. Et psalmista. Apphendite disciplinā. &c. ad correctionem autē sepius [illegible] eam q̄ [illegible] recipiendā facere et requires scriptura hortatur nos dicēs. Educate filios vestros in disciplina et correctiōe dñi. Item ad thessalo. quarto. Rogamus vos fratres corripite inquietos. Itē Ecclesiastici. xxx. Tunde latera eius dū infans est: ne forte indurescat: et nō credat tibi. Idem vij. ca. Filij tibi sunt: erudi illos et curua illos a pueritia eoꝝ. Et paulus galath. vj. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis instruite hmōi in spiritu lenitatis. Et ideo sicut puerbioꝝ. xxiij. dicit. Noli subtrahere a puero disciplinā. Nam qui parcit virge odit filium: qui autem diligit instanter erudit. Et puer qui dimittitur voluntati sue cōfundet matrē suam. Et ideo cōfusio patris est de filio indisciplinato. Qui igitur diligit filiū: assiduat ei flagella. vt letetur in nouissimo. Quapropter melius est a sapiente corripi: q̄ stultoꝝ adulatiōe decipi. Et meliora sunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta odientis oscula. Multi qui corripi ho minē gratiā inueniet postea apud eum magis q̄ qui per lingue blādimenta decipit. [illegible] Virga atq; correctio tribuit sapiētiā. Quis enim nos potest amplius amare q̄ deus: et tñ nos non solū docet suauiter verū etiā salubriter terrere nō cessat. Melius est ergo cum seueritate diligere: q̄ cū lenitate decipere. Et notādū q̄ correctio debet procedere ex amore sicut Apoca. iij. dicit. Ego quos amo: arguo et castigo. vnde et paulus ait. Nolite quasi inimicū existimare illum: sed corripite vt fratrem. De incēdio enim amoris egredi debz virga correctiōis. Sed sunt aliqui qui illos volunt maxime corrigere quos vident nō amare quorū correctio ab his quibus adhibet nō reputatur correctio: sed hostilis persecutio vel cōuiciatio. Correctio autē fieri debet cum cōpassione. q2 fm Grego. nequaq̄ iacentē erigit/ nisi qui status sui rectitudinē p cōpassionem deflectit. vnde Aug. Duo noīa sunt: homo et peccator. q2 peccator est: corripe q2 homo est: miserere. hinc et Psal. ait. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me. Et notandū q̄ iusticie iunctē est mīa. iusticia vero sine mīa: cecus furor est: zelus absq; misericordia: est velut cecus sagittarius. qui nitēdens occidere feram: occidit hoīem. Ideo necesse est eū qui alios habet corrigere: ppriā iugiter meditari infirmitatē: vt in seipso discat quid alij portare possunt. Intelligi igitur que sint primi sui ex seipso. vnde paulus ait. Cōsiderans teipsum: ne et tu tempteris. hinc etiā Grego. dicit. Ipse potētissimus idcirco principem apostolorum permisit cadere: vt in culpa sua disceret qualiter alijs misereri deberet. Nā qui nō didicit disciplinā pati: nescit ea in alios exercere. vnde quidā religiosi habentes abbatē rectorē crudelissimū inexpertū disciplinē quā in alios volebat exercere coegerunt eū sedere per mēsem iter fratres. et gerere se tanq̄ simplicē fratrē: quem quotidie proclamātes. et egregie verberātes. tandē restituerunt eum sedi sue dicētes. Ecce per mensem fuisti in scolis discipline: et nō solū audisti: sed etiā sensisti discipline doctrinā. Non est mirū si nesciebas: quod nō didiceras. Sis memor eorū que didicisti: alioquin tibi commemorationē faciemus corā. Iste vero abbas similis fuit nōnullis qui alios quidē volūt corrigere: se tamē nolētes corrigi. quorū moribus est: noli me tangere. adeo soli deo est curabilis eorū q̄ omnē tactū fugiat hūanū. Qualis autē debeat esse zelus ostēdit Bernar. dicens. zelū tuū inflāmet caritas informet scientia. firmet constātia. sit feruidus sit [illegible] sit circūspectus. Qui enim indiscretū habet zelum: similes sunt illis qui reficiūt veteres patellas. q̄ foramē vnū volētes obstruere: vno ictu mallei multa foramina faciūt. vel saltez illud augent. vel patellā oīno confringunt. Qui correctionē hoīm facile desperāt. ad male sentiendū de alijs faciles: ad bene sentiendū difficiles. Qui [illegible] cordib' suis prefecerūt: qui mala fratrum tam facile permittit intrare bona aut vix vel raro. Opinionem malā de aliquo semel cōceptā: vix aut raro deponunt. Contra muscas vel pulices in gladio magno pugnare volūt. similes cuidam homini qui dū paruā muscā quā videbat super caput alterius volitantē securi tēptaret percutere: excerebrauit eum. Multotiens dū tales lingua peccatorū intēdūt cedere fugit securis manū eorum. ferrūq; lapsū de manubrio cecidit primū. vnde glosa sup Deutero. xix. Simpliciter lignum succidim' cū delinquentiū vicia pia intentione resecam'. Securis manū fugit cum increpatio in asperitatem sese protrahit. Ferrū de manubrio prosilit: cū de correctiōe sermo durior exit. Tales delatores pro medicina venenū ppinant. Tales spiritualiter multos corruere faciunt. Timendū est ne zelū aliquādo inanis gloria concitet: prout cuidā accidit, qui vt iustus videri appareret: propriū filiū pro leui delicto decollauit. Peccator insanissimus: q̄ morte filij sui vanā laudem iusticie cōparauit. Zelus indiscretus procedere solet ex inexperientia disciplīe in seipso: et ex ignorātia ppie infirmitatis et aliene: et ex amore inanis glorie. Talibus nō est danda potestas: esset enim vt gladius in manibus furibūdi. Ipsi ad istar demonū quocūq; introeūt: incendium post se dimittunt. Ipsi zelum habēt: sed nō secūdū scientiā. et ideo se nō medicos exhibēt sed hostes. Quantum in eis est iudicium dei euacuant: dum omnia hic iudicare volunt. Ipsi officium demonum. quod est torquere diligenter facerent si potestatem haberent. In ore eorum personant hec voces diabolice crucifigatur/ confundatur/ deponatur/ eijciatur/ vix aut raro ab ore eorum auditur: corrigat'. Ipsi solum vrere norunt et secare. omni egritudini ignem et ferrū adhibere volunt. ignorantes q̄ omnium medicamētorū saluberrimum est sapientia. hinc Sapiētie. xvi. scriptum est. Nec herba nec malagma: sed sermo tuus domine sanauit eos. qui sanat omnia. Quapropter hij qui discretum zelū habent:

medicos corporum imitantur morbos ſpirituales perſequentes ſalutem vero egrotorum querentes. Non iraſcuntur medici corporum patientibus imo conſolantur eos et ad tollendum horrorem medicine prius degustant. Nec puniunt qui habent zelum diſcretum homines ſecundum merita: hoc vltro derelinquunt, ſufficit vt faciant eos penitere. Puniunt vt emendent: vt qui peccauerit humiliter miſericordie totaliter ſe tradant. Tales officium tortoris diabolo et angelis eius relinquunt. Malos ſic ſecant putrida: vt ſana illeſa relinquant. Sic herbas peſtiferas euellunt. vt ſalutares non ledant ſic zizania extirpant: vt tritico non inferant leſionem. Peccatores vt ait dionyſius tanquam ceci ducendi ſunt manu. vnde Tullius. Undique fulciendi ſunt qui ruunt erigendi ſunt qui ceciderunt et ſanandi ſunt qui vulnerati: non nouo vulnere transfigendi. Et notandum quod cum parcere et punire ſint contraria et contrariorum eadem ſit diſciplina: qui neſcit parcere: neſcit punire. Preterea ſicut zelus indiſcretus reprehenſibilis eſt: ita et remiſſio eſt reprehenſibilis. vnde Bernardus. Non iraſci vbi iraſcendum eſt. nolle emendare peccatum eſt. Plus vero iraſci quam iraſcendum eſt peccatum peccato addere eſt. Remiſſio eſt defectus buccine in ſpeculatore. vnde dominus per ezechielem ait. Si ſpeculator viderit gladium venientem et non inſonuerit buccina: et populus non cuſtodierit ſe: veneritque gladius et tulerit de his animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Sunt autem nonnulli qui remiſſionem miſericordiam reputant. cum tamen potius ſit crudelitas. vnde et hely qui et filios ſuos remiſſe arguebat dicens. Quare facitis huiuſmodi res quas ego audio: ideo terribilem contra ſe audiuit domini ſententiam comminantis. Suſcitabo aduerſus hely omnia que locutus ſum ſuper domum eius eo quod nouerat indigne agere filios ſuos et non corripuit eos. Unde et in labiis quorundam verbum dei quod deberet eſſe ſpiritus et vita mors eſt propter defectum zeli quia verbum dei ita frigide annunciant aliqui: quod auditores eorum inde potius frigeſcunt quam accendantur.

¶ De pace et eius commendatione necnon et qualiter pax fraterna deperdita valeat recuperari et recuperata firmiter cuſtodiri. Cap. xxviii.

Dicto dictum eſt in precedenti capitulo quomodo fraterna correctio debeat fieri reſtat videre qualiter fraternam pacem valeamus adinuicem cuſtodire. Sed prius audiamus de eiuſdem pacis commendatione quatinus famam bonitatis eius audita: ſtudeamus eam nobis acquirere: adeptamque firmiter cuſtodire. Audiamus igitur qualiter Aug. eam commendet dicens. O pax tale bonum es in rebus creatis tam mirificum: tam glorioſum: quod nihil dulcius ſolet audiri nil delectabilius concupiſci nil vtilius poſſideri. Corpus enim humanum nunquam viuificat membra niſi fuerint vnita. Sic ſpiritus ſanctus nunquam viuificat nos: niſi pace vniti fuerimus. Tanta eſt enim virtus pacis quod in eius dignitate apoſtolus ſuas omnes ſcribebat epiſtolas dicens. Pax vobis et gratia a domino deo noſtro. Hanc autem ſalutandi formam nobis primitus chriſtus donauit dicens. Pax vobis. Hanc in teſtamento chriſtus apoſtolis dereliquit tanquam ſummum bonum: et ſine quo vel quanullus viuere debet. Nam pacem omnis et opus non habet chriſtianus dici non debet. O pax ſine te regna non valent nunquam ſine te ieiunia orationes. elemoſine. ceteraque bona nobis prodeſſe poſſunt. Igitur quicunque hec legis habeto pacem in cunctis. nam ſi proximo vel fratri iraſceris. ſi cum pdis tibi contradicis in oratione dominica. Clamas enim dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos di. de. noſtris. Si ergo pacem non diligis. ſed proximum tuum odis: quo iure. quo pacto. qua fronte tibi petis dimitti: qui proximo rancorem non dimittis habeto ergo pacem cum omnibus omnium tamen vicia odiens. O quam bonum. o quam iocundum o quam diuinum eſt habitare fratres in vnum vt vnum ſit cor. vna voluntas. vna omnium anima: et forma viuendi. Nam diabolus non poteſt intrare domum dei mentem in qua pax dominatur. Sciſcire debes o homo. quod quedam ſunt bona que non ſunt iocunda. quedam iocunda que non ſunt bona verbi gratia. Bona ſunt ieiunia vigilie. carnis maccerationes et ſimilia. Hec enim bona ſunt: ſed non iocunda. quia caro in his non iocundatur. ſed leditur. Iocunda ſunt quippe ebrietates. commeſſationes et ſimilia: ſed non ſunt bona. hec agentes letantur cum male fecerint et exultant in rebus peſſimis. Vix o homo poteris inuenire in preſenti vnum: quod bonum ſit et iocundum. Capis tamen illud vnum inuenire. Require pacem: et amplectere eam. Hec enim ſola virtus que bonum habet et iocundum. O pax tu in ſeculo extollis ignoras inſtare. beatus qui te habet: maledictus qui te odit et qui te frangit et impedit inter homines quoniam antichriſti eſt et filius perditionis. O pax qui te habet teneat. qui te nō habet ꝑquirat: qui te perdidit requirat: ſi filius eſſe ꝓponit. Hec Auguſtinus ad fratres ſuos in heremo. Ecce iam audiuimus famā huius virtutis: iam amore ipſius accenſi: ꝑquiramus quibus modis valeamus eā obtinere. Unde notabiliter quidam venerabilē magiſtrū Adam carthuſienſem: ꝙ vij. ſunt modi qbus pax fraterna valeat cuſtodiri. quorum primus eſt: vt nichil mali de proximo ſuo per maliciā in eius abſentia ſemines. Hoc quippe per peſte detractionis non parum ad deſolationē huius peſtis in prima parte huius libri capitulis. xxiiij. et xxxv. memini me dixiſſe: ideo videamus iā quis ſit ſecūdus modus pacem fraternā ſeruādi. Secūdus modus eſt vt ſemꝑ et vbiqꝫ quotiē fas et decens fuerit: propriā diſcas in omnibus voluntatē frangere: eamqꝫ voluntati alterius vel aliene prout licere noueris et expedire libenter inclinare. Nam vbi diſſenſio et cōtentio eſt. pax nullatenus adeſſe poteſt. Hanc itaqꝫ geminā peſtem videlicet diſſenſionis et contentionis nunqꝫ plene declinare valebis niſi tuam quādoqꝫ frangi voluntatē et caſſari ſententiā etiā cum bona eſt ſi ratio ita aliquādo exigit permittas. Nā et dñs noſter prius quidem a tributo ſe liberum ꝓbauit et deinde vt ſcandalū vitaret dari precepit. Videmus multos qui in omī ſemper negocio et verbo in oī actu ⁊ loco ſuperiores eſſe conant. qui niſi apō ſe tumidi ſublimia de ſe ſentirēt. hec nequaꝗ affectarēt. cū fraternā pacem ſic tenere nō queant. Quid enim aliud ſunt fratres in domo: niſi lapides i chriſti edificio. Et quomodo lapis lapidi coheceret: niſi vnuſquiſqꝫ apte cō planatus eſſet. Nonne in tabernaculo dñi ſingule tabule ꝑ incaſtraturas ſibi erant adinuicē coniuncte. Quod quid eſt aliud niſi qꝫ viri ſancti qui cōditoris ſui domus et manſio ſunt: quod ſuū eſt a ſe abſcidunt vel volūtatem ꝓpriam poſtponētes confratres ſuos ad ſe et in ſe admittere poſſint. Hoc eſt ꝙ admonet paulus dicēs. Unuſquiſqꝫ proximo ſuo placeat in bonū ad edificationē. hoc autē ipſe facere nō valet qui obſtinationis adamantina obſtinatus ꝓpriam ſemꝑ adimplere voluntatē querit. Unde ⁊ paulus antea premiſerat dicens. Nemo quod ſuū eſt querat: ſed quod alterius. Tercius eſt vt ſepiſſime ſumus experti plenam eē ꝯ pacē inter quos cōmoratur tenere contineri pōt: qui in voluntate diuina animis interne ⁊ inuicē que ad ſcripti nent nimis importunus ⁊ improbus eſt. Unde cum diſcipulos paulus hortaret. vt ſe ab aliorū leſione conſeruarent et diceret ſine offenſione eſtote iudeis et gentibus et omni eccleſie dei et ſeipſum eis in exemplū ꝓponeret dicens: ſicut ego per omnia omībus placeo. cōfeſtim adiūxit. Non querens qd mihi vtile eſt: ſed quod multis. Hic tamē bono ꝓ precedētium expreſſit. Nam vnde et ꝙ non per aliqua ſed per omnia: et non aliquibus ſꝫ omnibus placet niſi quia multorū vtilitati ꝓpriā poſtponitur. Qui vt nobis oſtenderet que eius fuerit intentio: ꝙ ſic placere ſtudebat omnibus et querere quod erat vtile multis addidit: vt ſalui fiant. Operatio quidem ſancta intentio recta: in qua quidē operatione omnibus placet: et multorum vtilitatem querit in hac. ſ ſitit. Aptus ergo modus et admodum bonꝰ quo pacem fraternam et adquiras et adquiſitā in te gratia teneas: ſtatuiſ rationabiliter ꝓ eadē pace voluntatē. ꝓ tēpore ⁊ loco poſtponas. Modus autē tertius quo pacē fraternam tenere debes: eſt vt deuotū fratri tuo obſequiū impēdas aſſiſtēs ei pro poſſe ꝓut tibi licet: in quib9 tuo auxilio indiguerit. vñ paulus ait. Per caritatē ſpūs: ſeruite inuicē. Petrus etiā apoſtolorū princeps. diſcipulos ad fraternū obſequiū inuitans dicit. Unuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiā in alterutrū illā adminiſtrātes: ſicut boni diſpēſatores multiformis gratie dei. Modus enī quartus in quo pacis fraterne acquiſitio ⁊ cuſtodia conſiſtit. eſt dulcedo verbi. ſ. ſuauis locutio in ore tuo. Nam vt ſcriptura dicit. verbū bonū ſuꝑ datū optimū. Propter qd ꝑme oī ſollicitudine os tuū cuſtodi vt nūqꝫ de ore tuo aliqd cōtingat audiri vñ iuſte aliquis poſſit offēdi. Scio hūc eſſe ꝑ optimū modū: quo fraterna pax ē cū nō habet. acqrat. ⁊ cū acquiſita fuerit cuſtodiat. verax nāqꝫ dicit ſcriptura: ſed ⁊ frequēs nr̄a hoc habet experiētia. ꝙ verbū dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos. Quod audis inimicos ꝑ verbū dulce mitigari: reformatio eſt pacis amiſſe. Quod vo audis amicos multiplicari: nō tm̄ cuſtodia ſed et augmentū eſt eiuſdē pacis iam reformate. Quintꝰ eſt cū verbo ſuaui et dulci. hilaritatē ſanctā ſemꝑ circūferas in vultu. iā quintum habes modū quo pacis fraterne i te cōcordiā illeſam cuſtodire debeas. Nā hilarē datorē diligit deus. Sed et hō qḋ in facie iudicat: eſt aliqñ minus ab alio recipit: niſi aſſit hilaritas in facie dona tribuētis: parum aut nullo modo accipiat illud cor accipiētis. Sextus autē modus quo pax fraterna cu=

ſoluitur cum habet et recuperat̃ cū amittit̃ eſt diſſimulatio iniurie tibi illate. vt eam ex toto in q̃ntum potes obliuiſci coneris. Septimus vero modus. eſt cognitio culpe tue i ꝓximum tuū a te cōmiſſe: vt cum oī humilitate pro eius venia fratri tuo ſupplicare ⁊ te ſubmittere nō dedigneris. vnde beat⁹ Aug. Saluberrimū vtriq; tam ꝓuocāti tam ꝓuocato cōſiliū dedit: vt ſiquis videlicet cōuicio vel maledicto vl verbis eius vtar̃ aliquē leſerit meminerit ſatiſfactione q̃totius quod fecit curare: et ille q̄ leſus eſt. ſine diſceptatiōe dimittere. Sed lōge aliter multos hodie agere videmus: qui cū aliquid in eos tenuiter delinquit̃: tanto taliq; mox iracūdie flatu turgeſcunt q̄d etiā vſq; ad notabilē vultus mutationem et horribilem lingue amaritudinē cōmoti ſunt: vt vix aliqua modo ſedari vix ad ſerenitatē priſtinā ſe reuocari ꝑmittant. Nam in corde non poſſunt aliquam habere quietē non in vultu preferre hilaritatem nō puritatē in oratione non ſtudiū in lectiōe nichil ore ꝓferre quod nō amaritudinis ſit nichil deniq; in aliquo motu oſtēdere: q̄d manſuetudinis ſit. Igneſcunt oculi: pallor vultum obducit torquent̃ labia / nares cōtrahūtur / rugis implet̃ frons / eriguntur ſupcilia / crebra ab intimis ⁊ lōga emittūtur ſuſpiria triſte multiloquiū intra mētis forum cū clamore ſilenti et ſilentio clamoſo celebrat̃ ſupillata iniuria anxia querela habet̃ ꝓpria inocentia manifeſtatur alteri⁹ p̄ſumptio ⁊ iniuria in ius vocatur litigatur cū abſentes multimode intēdunt̃ mine hac quidē peſte letali tādiu iſtenus afficerēt̃: ſi ſe eius pedib⁹ ꝓuoluendo qui ipm ꝓuocauit humiliter tam verbo q̄ corporis ſui motu ad pacē eum reuocare conaretur: vt inde proferrēt medicamēta vnde facta erant vulnera. En cur dixi non poſſe quēq̄ illeſam in ſe et integrā pacē fraternam diu ꝯſeruare: niſi ⁊ illatas aſſueſcat iniurias diſſimulare et exſurgētes interne querimonie ſtrepitus ſeu ſonos intra ſe ad quietum mētis ſilentiū reſtringere. Videtis iam ni fallor et valde neceſſariū eſſe cognoſcitis vnicuiq; integrā in ſe diu volenti pacē cuſtodire fraternā: vt ⁊ cum ꝓuocat̃ illatā inq̃tū pōt equo animo iniuriā diſſimulet ⁊ cū prouocat ſine cūctatione aliqua cum oī humilitate et manſuetudīe ad petendā ab eo veniā quē ꝓuocauit ſe inclinet. Hucuſq; de quinq; modis pacem fraternā ſeruādi tractatū eſt. Sed iam audiam⁹ qualiter p̄lati erga ſubditos et ſubditi erga prelatos ſcd̄m p̄dictū magiſtrum Adam cartuſienſē pacē ſeruare debeant ait enī. Pacē erga ſubiectū tuū tenes ſi pi⁹ ꝓ poſſe in his que ad deū ꝑtinēt: et cōpatiens es: et diſcretus. Debes tu qui p̄es ſubiecto cōpaſſionē: vt oī ipſius medullit⁹ et corporali aſſis neceſſitati et ſpirituali: vbi q; corpori ſuo neceſſaria ſunt prout poteris prouidens: hic aſſit in occultis et ſuis tēptatiōibus occurrens. Debes et et diſcretionē: q̄ ad iuſſiones maximeq; ꝓhibitiones tuas ꝑtinet vt in vtriſq; ita moderatus ſis ⁊ tēpatus quatinus nimis dura nō ſint p̄cepta tua vel ꝓhibita: vt nimis difficile non ſit ſubiectis tuis et illa explere: et iſta deuitare. Hec te ſollicite exercere pacē te cum ſubiectis tuis tenere eſt. Quod ſi ſubiect⁹ es: magna tibi ac preualida incūbit ſollicitudo vigilare vt pacem erga tuos teneas prelatos quibus ſi reſiſtis: dei vt ait apoſtol⁹ ordinationi reſiſtis. ac proinde vt idem cōcludit tibi dāpnationē acquiris. Salubris proinde eiuſdē exhortatio: hūc habes modū. Rogo vt obſeruetis eos q̄ preſunt vobis et cōmonent vos vt habeatis eos abūdantia in caritate. Et ꝓpter opus eorū: pacem habete cum illis. In his autē duob⁹ illa ꝯſiſtit pax quā erga illos habere debes ī humili ſcꝫ reuerētia et prompta obediētia: quatin⁹ ⁊ humilē eis reuerētiā impendas: et prōpte eis obedias. Hec venerabilis prefat⁹ Adā cartuſienſis. Nunc igit̃ frater hinc ſi deſideras te filiū dei vocari et eſſe: eſto in pace et amato pacē q2 in pace factus eſt locus dei atq; ſcd̄m dn̄i ſaluatoris ſententiā bti pacifici quoniā filij dei vocabunt̃. Ad vnā quippe requiē tēdimus: nec tamē ad illā ꝑueniem⁹ niſi in pace ambulem⁹. In pace itaq; in idipſum ad pacē tēdamus et idipm: vt ſit nobis pariter et in itinere ſecuritas: et in ꝑuētione felicitas: preſtāte dn̄o noſtro ieſu xp̄o qui honor et gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Explicit ſexta pars hui⁹ libri. Incipit ſeptima pars eiuſdem.

Pars ſeptima

¶ De abſtinentia

Quia ſicut dicit Grego. papa dicta mẽtem audiẽtiũ nõnũꝗ̃ magis edificãt exẽpla ſctõꝝ ꝗ̃ verba doctoꝝ. ideo pro lectoris edificatione ꝓpoſui huic opuſculo ſcd̃m ordinẽ alphabeti nõnullarũ collationũ ſubiungere exẽpla atq interdum quaſdã adiũgere auctoritates quas forte in dicto opuſculo aut nõ ſcripſi: aut certe nõ memini me ſcripſiſſe. Rogo autẽ ꝗ hunc librũ legerit. vt dignetur pro cõpilatore ad deum preces fundere vt ex ſua mia ei deus miſereatur amẽ. Rogoq lectorẽ ꝙ me participẽ concedat ſuorũ eſſe bonorũ largiens ſibi in quãtũ diuine placuerit voluntati ipſum viciſſim fore participẽ meorũ ſi qua deo dante fuerit meritoꝝ ſeu bonoꝝ. Amẽ.

¶ De abſtinentia

Refert magiſter Odo de ſeritone ꝙ cũ quidã monacho viderentur cibaria ſua dura et aſpera et ideo cum murmuratiõe comederet quotidie: apparuit ei quadã nocte in ſe matrei dicens. Buccellas quas deinceps comedes: intinge in vulneribus filij mei: et dulceſcent tibi. Quod cũ feciſſet vt ſibi videbatur: oĩa que ſumebat fuerũt ſibi melle dulciora. Ad hoc cõcordat illud Job. vj. capitulo. Que prius nolebat tangere aĩa mea: nunc pre anguſtia cibi mei ſunt id eſt pre recordatiõe dñice paſſionis. Item Odo refert ꝙ quidã monachus ciſterſienſis ordinis nõ valẽs aſperitatẽ ordinis ſuſtinere: receſſit ab ordine. Cui xp̃s factus obuius ait. Cur receſſiſti? Ait ille. Propter aſperitatẽ ciboꝝ: et chriſtus. accipe panẽ quẽ tibi porrigo. Qui guſtare volens et non valẽs: ait. Nõ poſſum qz inſipidus et durus eſt. Accipiẽs ergo panẽ xp̃s intinxit eũ i vino vulnerũ ſuorũ: et factus eſt monacho dulciſſimus. Et ſic ad monaſteriũ ſuũ reuerſus: ordinẽ et oĩa ſibi deinceps appoſita: cum omni dulcedine et deuotiõe ſuſcepit. hinc Petri quarto capi. ſcriptũ eſt. Xp̃o in carne paſſo et vos eadẽ cogitatiõe armamini. vnde et Grego. ait. Si paſſio dñi ad memoriã reuocetur: nichil adeo durum quod nõ equo aĩo tolleretur. Legitur i vita ſcti cuthberti ꝙ cũ ipſe quodã die cũ diſcipulis ſuis iret per loca deſerta in quibus nichil qd̃ comederent inueniri poſſet et prandendi trãſiſſet hora ceperũt diſcipuli pre fame murmurare. Quod aduertens ſctus: ait. Patiẽtes eſtote: deus prouidebit ſeruis ſuis qd̃ fuerit neceſſe. Et cũ parũ trãſiſſet: ecce aquila ſup ripam vicini fluminis ſedẽs: tenuit in vnguibus magnũ piſcẽ. Aitq ſanctus cuidã de ſuis vadens affer nobis piſcẽ a deo prouiſum. Nũcq abundanter ſeruitus ait. Non recte feciſti: non reſpiciens miniſterium tuum. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Et diuidẽs eum in duo miſit aquile medietatem aliam retinẽs ſibi et ſuis ꝗ̃ ſufficiebat eis abũdantẽ. vnde Pſalmiſta ait. Inquirẽtes dñm: non minuentur omni bono et timẽtibus deũ nichil deeſt his qui diligunt eum. Sic coruus paſcebat heliam vt patet regũ. xvij. ca. Legitur in vitis patrũ ꝙ quidã temptatus de luxuria adiit quendã ſenẽ dicens ei ſtatũ ſuũ. Cui ſenex ait. Ego nũꝗ̃ ſup hoc temptatus fui. Cui ille. Pater hoc michi videtur eſſe ſupra naturam. Cui ſenex. Poſtꝗ̃ factus ſum monachus: nõ ſum ſatiatus pane neq aqua neq ſompno. hec igitur ita me cruciãt quotidie ꝙ nũꝗ̃ ſollicitor a fornicatione. vnde apoſtolus ait. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Nam ſecundũ Iero. venter vino eſtuãs: cito ſpumat in luxuriã. Refert Grego. i libro. dialog primo. quod cũ quadã die ſctus honoratus infãtulus ſederet in menſa patris ſui cum aliis et a carnibus religionis gratia nõ ſine deriſionibus patris ſui et cõuiuarũ abſtineret: dixit ad eum pater ſuus. Comede que locus tibi dare poterit. Nunquid piſces requiris i his mõtibus. At ipſe in abſtinentia pſeuerauit. Cumq vnus de familia exiſſet ad hauriendũ aquã de profũdo puteo in ſitula ſua reperit magnũ piſcẽ. qualis nunꝗ̃ in partibus illis viſus eſt. qui ſancto ad eius victũ ſufficeret illo die. vnde Pſalmi. dicit. Iacta cogitatum tuũ in dño. et ipſe te enutriet. Legitur in vita ſcti proiecti ꝙ cum ipſe quadã die paſche cum multis ſederet ad menſam: tres tantũ inter eos abſtinuerũt a carnibus. Quos cũ ceteri deriderent: et a beato proiecto increpati ceſſare nollent. ſubito ceciderũt fracto ſolario in quo ſederunt grauiterq leſi ſunt: beato proiecto cum ipſis tribus abſtinẽtibus ꝑmanẽtibus illeſis. Refert Odo de ſeritone. ꝙ diabolus cuidã monacho apparuit i ſpecie angeli dicẽs ei ꝙ. vij. diebus a cibis abſtineret: qz citius erat moriturus vt ſic mũdior poſſet hinc trãſire. Quod cum audiſſet et p aliquot dies obſeruaſſet: correptus eſt ab abbate ſuo et edoctus ꝙ diabolica eſſet illuſio: ſicut exitus rei ꝓbauit. Nam cõtra cõminatiõẽ diaboli vixit pluribus annis. ideo btũs Bernar. ait. Cuſtodi corpus incolume ad obſequiũ creatoris. Nã multos vidimus carnẽ ſuam ſic in principio afflixiſſe et diſcretiõis ĩfregiſſe repagula vt inhabiles laudũ ſolẽnijs redderentur et apparatu laudationi forerent tẽporibus diuturnis. vnde et Iero.

cōſuluit dicēs ad Nepotianū. Tātū tibi ieiunium impone: quātū ferre potes. Sint tibi ieiunia pura ſimplicia ꝗ moderata. Refert Grego. in dialogo ꝙ quidā monachus in mortis articulo poſitus: dixit fratribus aſtantibus. Quādo me ieiunare putaſtis vobiſcū: occulte comedebā. Et en nūc draconi ſum traditus ad deuorandum qui caput meum intra os ſuū tenēs ebibit ſpiritū meū. Et merito: qz vt dicit Sapiētie primo. Spūſſanctus diſcipline effugiet fictū. Sed quē fugit ſpūſſanctus: apprehēdit malignus vt patet in Saule. Legitur in vita ſcti Elphegi. ꝙ quidā monachus furtiuos cibos cōſueuit nocturnis horis capere: aliosqz ad idē inſtigauit. Quod cū aliquid diu feciſſet ſubito defunctus eſt. Cuius aīam vir ſctūs vidit a tetris hoībus taureis et ignitis ſerpētibus flagellari et ad loca penalia deferri. Auctoritates vero ad abſtinētiā ptinētes reperies in .i. pte ca. xxiij. et xxiiij. et .l. ij. ca. iiij. ꝯ. xvi. atqz in tertia pte capi. xvij. De acquiſitiōe iniuſta.

Fertur ꝙ quidā i grecia ex male acquiſitis ditiſſimis effectus i natale ſolum ſcz flandriā redire voluit. omniaqz ſua in aurum redegit. Simiā vero ad placādū dominum ſuum in terrenū ſecum ducendā cōparauit. Cumqz fuiſſet in medio mari: ſimia apprehendēs ſacculū cum auro malum nauis aſcēdit. aperiensqz ſacculū: aureos ſingulos naribus appoſuit: et in mari proiecit. Paucas autē in nauim cadere pmiſit quod videns dñs ſimie: voluit ſe pre dolore pimere: ſed obijciens ſe quidā de conuiuis ſenex ſapiens ait. Juſta eſt ſimia que qđ iniuſtū erat perdidit: quod vero iuſtū reſeruauit. Collige ergo reſeruata et ceſſa flere nimis iniuſte acquiſita. Unde abacuch. ij. dicitur. Ue qui cōgregat auariciam malā domui ſue. ſ. per iniuſtā acquiſitionē. Fertur ꝙ miles quidā ſacculum cum pecunia ſua tradiderit armigero deferendum. Tranſeuntes itaqz per nemus armiger ſacculum perdidit: quē carbonarius inuenit. Audiens hoc miles armigeri pedē abſcidit. Uidens hec oīa quidam heremita qui in eodem nemore habitauit oīm iſtorum a deo qſiuit cauſas. Cui dictum eſt p angelum. Miles perdidit quia pecuniā rapuit. Carbonarius reperit quia pecunia patris ſui fuit. Armiger pedem perdidit quia aliqñ eodē pede matrē ſuam percuſſit. Et ſic deducit deus oīa in iudicium. Unde in eccle. xij. Cuncta que fiunt adducet deus in iudiciū. De aduocatis.

Refert magiſter Odo de Seritone ꝙ quidam aduocatus laborauit in extremis et cum offerretur ei eucharistia reſpōdit. Iudicetur primo an iuſtū ſit vt eam accipiam. Dixeruntqz aſtantes. Nos hoc iniuſtum fore iudicamus. Ad quod ille. Uos qui pares eſtis mei iudicare non poteſtis: qz vt dicit lex: par in parem non habet imperium. Et ſic expirauit ſine cōione corporis dñi atqz ꝯfeſſione. Nota ꝙ iſte aduocatus punitus fuit in duobus. Primo in priuatiōe confeſſionis. Et merito qz qui linguam ante ſemper vendidit: eius officium cū neceſſe haberet amiſit. Secūdo in carentia cōionis: qz vas conſeptiōis non cōuenit auctori pacis ꝗ quietis. Quedā vidua pauper conſtituit ſalarium cum quodā cauſidico dando ſibi nouam bigā. Pars ſibi aduerſa hoc attendens dedit ſibi bouem. Hic igitur placiti inſtante allegauit egregie p parte vidue in fine tñ contra eā concluſit dicens. Ad quē vidua. Dñe male vadit biga. Cui cauſidicus. Oportet oīno ꝙ ſic incedat quia bos trahit eam. De talibus quidā egregie ꝗ veraciter verſificans dicit. Nulli cauſidico verax eſſe fidē neqz dico hoſti p modico ſit amicus et hoſtis amico. Timeant tales illud quod deut. xx. ſcriptum eſt. Maledictus qui peruertit iudicium aduene pupilli ꝗ vidue.

De adulterio.

Fertur ꝙ quidā ſacerdos pro anima matris ſue defuncte miſſas celebrauit ꝗ alia multa fecit. Poſt ſeptem itaqz annos apparuit ei mater ſua dicēs ſe fore perpetuo dampnatā pro eo ꝙ ſemel cōmiſit adulteriū nec ſe de hoc fuiſſe confeſſam. Cui ille. Ubi ergo ſunt tot bona q feciſti adhuc viuēs et q p te iam feci mortua. Et illa: que pro me feciſti: multis animabus profuerunt. et tu pro eis mercedem recipies. Michi autē nec illa nec alia prodeſſe poſſunt. Unde corinth. vi. Adulteri regnum dei non poſſidebunt. Item hebre. xiii. Adulteros iudicabit deus. Legitur in vita ſancti germani antiſiodorenſis ꝙ ipſe rogatus a populo ſue dioceſis. vt ſerpentem maximum pueros ꝗ beſtias eorum vaſtantem deleret rogauit dominum vt ſibi oſtenderet latibulum ſerpētis. Cui apparens angelus monſtrauit ei ſepulchrum cuiuſdā premortue mulieris in quo ſerpētem illum inuenit inter duas partes corporis mulieris. et fugauit eum. Dixit angelus ſancto ꝙ ſerpens ille alibi quieſcere non potuit: niſi in illo loco: qz mulier illa dum viueret: corpus ſuū diuiſit ptē. ſ. dā vno adultero. ptē marito. ꝛc. in prima pte capi. xxv. xxvi. xxvii. ⁊ xxviii. amoris ⁊ exe pla ɜtra oīmodā luxurie spēs. De amore dei.

L Egitur in vita sancti Ignacii ꝙ cum ipse staret corā tyrāno: nomē iesu instanter nominās quesiuit ab eo tyrānus cur nomē iesu tam crebro vocaret. Respondit sanctus. Quia scriptū est in corde meo: id nō possū cessare ab eius inuocatione. Tyrānus volens hoc certius pbare occidit eū et inuestigans cor ipsi⁹ inuenit in eo scriptū litteris aureis. Jesus est amor meus. Fert ꝙ quidā comes in partib⁹ marsilie tm̄ in dilectōe dei feruebat: ꝙ singulis dieb⁹ quotquot missas poterat ob visionē ⁊ venerationē saluatoris audiebat. Cūq infirmaretur ad mortē tali egritudine ꝙ quicqd cibi vel potus sumeret euomeret: oblatāq sibi eucharistiā a sacerdote ꝓ metu nausee recipe nō auderet: rogauit sacerdotē: vt ipso benedicto sacramēto pectus suū in modū crucis signaret. Qd cū faceret pectus ei⁹ apertē et sacramētū ingreditē et cū eo aīa illa scā de corpore egredit̄ ⁊ ad celū perpetuo letanter deportat̄. Vn̄ cant. viij d̄. Pone me sicut signaculū sup cor tuum sicut fecit ipse. Fert ꝙ Henricus rex anglie tertius et ludouicus rex Francie cōtemporanei existentes in duo diuine dilectionis opa se specialiter exercuerūt. Rex. s. anglie i missis. Rex frācie in dei sermonibus audiēdis. Cum igitur rex anglie quodā die, fuisset parisius cū rege frācie cōmesturus et tardi⁹ ꝓpter multarum auditionū missarū veniret ad mēsam dixit ad eum rex francie. Dñe rex nō habes modū in auditione missarū. Qui ille. Nec tu dñe rex in auditione diuinorum sermonū. Et licet vtrūq bonū sit: malo tamē deū ⁊ dñm meū videre ꝙ de eo relationes audire. Multū siquidē erat pia ⁊ fide plena cōtētio inter tātas matris ecclesie columpnas. Fertur insup de eodē rege henrico ꝙ cū quadā die quidā histrio corām se insolēter iurando nomē dei blasphemaret. Rex ipse cultellū accipiēs occidere nisus est histrionē. Impeditur tñ ab astantibus et inquirit̄ cur tm̄ irasceret̄. Qui rn̄dit. Qꝛ dñi dei mei iniuriā non possum sustinere. Vnde psal. Iniquos odio habui. Et ambrosius ait. Quid nos dignū nostro creatori referemus cui⁹ cibo vescim: et et dissimulamus iniurias: quasi diceret. Nihil. Canis dñi sui licet lapidet̄: licet verberetur ꝑ terras et aquas etiā ꝑ medias armatas acies sequit̄ benefactorē memor et iniuriarū oblitus. Sic qui deū diligit licet verberetur paupertate infirmitate ꝑsecutiōe si micorū: amissione amicorū. Debet tamē beneficium dñm suū iesum amare et sequi i vt dicere possit illud Job. xiij. licet me occiderit in eo tñ sperabo. Vnde ad Roma. viij. Quis nos separabit a caritate dei. Tribulatio an angustia: an fames: an periculū: an gladius. Aduersitates ad dei amorē pertinētes. Require in tercia parte capitulis. xiiij. xv. ⁊. xvi. ⁊ in sexta parte capitulis. xiij. ⁊. xiiij.

L Egitur in libro barlaam: ꝙ quidam habuit tres amicos quorū duos specialiter dilexit: sꝫ tertiū simulate. Cum aūt iste corā iudice ꝓpter quādā culpam accusat⁹ vocaret̄ rogauit amicū vt ei assisteret corā iudice. Qui respōdit habeo amicos cū quib⁹ hodie oportet me letari: dabo tñ tibi vnum ciliciū vel lintheū quo operis. Confusus itaq iuit ad scdm amicū auxiliū cōsimile petens ab eo. Qui sibi respōdit. Hoc facere nō possum: tamen vsq ad ianuā te sequar: statim ad ea reuersurus. Cōfusus itaq ad tertium vadit amicū: quē parū ante dilexit petēs ab eo auxiliū: sicut a ceteris prius petierat Cui ille. Certe licet modicū me ante dilexeris: ꝓcedā tñ te et apud regē interueniā ꝓ te: ne ꝑdat te. Primus amicus est diuitiarū possessio que morienti possessori vix vnū lintheamē concedunt. Vnde Job. xxvii. Diues cū dormierit nihil secum auferet. Et psal. Dormierunt somnū suū et nihil inuenerunt oēs viri diuitiarum in manibus suis. Secund⁹ amicus est vxor filii⁹ familia ⁊ carnales amici qui ad sepulturā vix sequūtur. iuxta illud psalmiste. Cōsiderabā ad dexteram ⁊ videbam et nō erat qui cognosceret me. Tertius vero amicus est bonorū operum accumulatio que morientē sequūtur ad iudicem allegatura ꝓ eo. Vn̄ apoca. xiiij. Opa enim illorū sequūtur illos. Refert Odo de seritone ꝙ quidā rusticus inuitatus ad conuiuiū dñi sui: cū veniret ad ianuā vidit fossam aqua putrida plenam: et qꝛ sitiuit impleuit ventrē suum de eadem aqua. Cūq ad mēsam dñi sui sederet nihil de delicatis cibarijs ꝯmedere potuit eo ꝙ aqua putrida plenus esset. immo ipam corām omnibus euomuit. Sic est de mundi amatoribus qui transitorijs permansuris ꝓponunt. Nam ea que in vita delectanter hauserunt in morte euomunt. Iuxta Psalmistam. Relinquent alienis diuitias suas. Refert magister Jacobus de vitriaco. ꝙ diues quidā sedens inter opes suas ait ita se. Nunquid ꝓdesse tibi diuicie iste vt penas euadā eternas. Non. Et si in iferno fuero ꝑ mille ānos. nunqd potero euadere. Et ſi fuero ibi per tot annos quot ſunt gutte in mari nunqd euadere potero? Non. Quia eternitas finē nō habet. Et reuerſus ad ſe ait. Ego cōfundar ſi de cetero his trāſitorijs amorē vel fiduciam apponā. Et ſurgēs: factus eſt monachus clareuallis vnde Iſaie. xxxiij. Quis habitabit de vobis cū ardoribus ſempiternis.

Fertur q in domo cuiuſdā diuitis fuit quidā ſtultus noīe philippus cui vna die dn̄s ſuus dedit nouā tunicā. Quā indut⁹ diſcurrit per aulā et ceteras officinas. requirens quis eſſet philippus ſtultus nō cognoſcens ſeipſum ꝓpter nouā tunicam. Sic eſt de amatoribus mūdi qui ꝓpter diuicias et honores ſeculi excecati nō reſpiciūt fragilitatē corporis nec anime ſalutē. vnde Pſalmi. homo cum in honore eſſet nō intellexit ⁊c. Refert phiſiolog⁹ q ſimia cum parit binos edit fetus vnū tamē diligit plus alio. Tunc cū venator inſequitur: dilectiorem ſecum inter brachia: minus vero dilectū in dorſo ponit. Sed cum viderit ſe a venatore debere cōprehendi abijcit quem tenet in brachijs vt effugiat velocius: cum q in dorſo eſt abijcere nō pōt: qz dorſo eius firmiter heret: et ita tandē capitur miſero fetu onerata. Sic eſt de diuitibus ſeculi qui duos fetus ſeculi id eſt diuitias et peccata diligunt: diuitias tamē vt magis dilectum in manibus mēorie ſemꝑ portāt peccata vt min⁹ dilectū poſt dorſū ponūt Sed cum venerit mortis venatio magis dilectum: id eſt diuitias velint nolint dimittunt: et cum minus dilecto: id eſt cum peccatis capiuntur. Nam eorum mala opa ſcd̄m Greg. vnicuique morienti taliter loquentur Tu nos egiſti opa tua ſumus nō derelinquemus te ſed ſemper tecum erimus: tecūque ad iudicium ibimus.

¶ De amore carnali

Legitur in vita ſancti Benedicti q quidam eius monachus parentes ſuos vltra q̄ debuit diligens cum ad viſitandum parentes ſuos ſine patris ſpiritualis benedictione veniſſet: defunctus eſt eodem die. Cūque ſepultus eſſet et corpus eius terra bina vice inhumatum reieciſſet: rogauerunt ipſi parentes ſanctum benedictum vt defuncto fratri ſuam daret benedictionem. Qui corpus dominicū accipiens tradidit eis dicens. Ite ad hoc dominicum corpus cum magna reuerentia ſuper pectus eius ponite: eumque ſepulture tradite. Quod cum factum fuiſſet corpus eius terra tenuit: nec vltra proiecit. Fugiat igitur clauſtralis parentes et carnales amicos. Unde dominus ait. Si quis venit ad me non odit patrē ſuum et matrem vxorem et filios et fratres et ſorores: adhuc autem et animam ſuā non poteſt meus eſſe diſcipulus.

¶ De apoſtatis

Legitur in vita ſancti iohannis euangeliſte quod duo iuuenes oībus ſuis rebus pauperibus datis ſecuti ſunt apoſtolum. Poſtea videntes eos qui ſerui ſui fuerant bene indutos et abundantes repererūt cōtriſtari et de ſua conuerſione ꝑenitus penitere. Quod agnoſcēs apoſtolus afferri ſibi virgas et lapillos precepit coſque in aurum et argentum et gēmas ꝓcioſiſſimas cōuertit dās eis et dicēs. Ite et redimite vobis terras et alia q̄ ꝓ xp̄o vendidiſtis: qz celū ꝑdidiſtis. Hec aūt apoſtolo loquente efferebatur quidā iuuenis mortuus quē apoſtol⁹ rogat⁹ ab amicis ſuſcitauit. Precepitque ei vt illis duob⁹ iuuenibus narraret quantā amiſiſſent gloriā: et quātā incurriſſent penā. Qui multa de gloria paradiſi et de penis iferni quas viderat enarrauit dicēs. O miſeri vidi angelos veſtros flētes. et demōes gratulātes. Dixitque eis q perdidiſſēt eterna palacia gaudijs plena. Tunc ille q̄ fuerat ſuſcitat⁹ et illi duo iuuenes ad pedes apoſtoli ſe ꝓſternētes: rogabant vt miām cōſequerētur. Quibus ait apoſtol⁹. Triginta dieb⁹ penitētiā agite. et interim orate. vt virge et lapides in naturā priſtinam reuertant. Quod cū factū eſſet: ait eis. Ite et vñ tuliſtis virgas et lapides referatis. Quod cū feciſſent et virge in ſui naturā reuerſe fuiſſent oīm virtutū gratiā quā prius habuerāt receperūt. De talib⁹ dn̄s dicit. Nemo mittēs manū in aratrū et reſpiciens retro aptus eſt regno dei. Itē. Qui perſeuerauerit vſque in finē: hic ſaluus erit. Legitur in vita ſancti bñdicti q quidā monachus eius apoſtare volēs: abiit extra monaſteriū viditque draconem in via ad eū deuorandū ꝑparatū. clamauitque fratribus. Currite currite qz draco iſte vult me deuorare. Currentes itaque fratres monachū ad monaſteriū tremētē duxerūt. Draconem vero illi non viderunt. Qui vouit inde ſe nunquā receſſurum. Unde apo. xii. A facie draconis fugit mulier id eſt aīa ſancta in deſertū. i. in clauſtrū. Legitur in miraculis beate virginis marie. q quidam monachus ciſterſienſis ordinis tribus vicibus apoſtatauit: vt dum quarta vice idē facere cogitauit: rogauit beatam mariam: vt ſibi oſtendere dignaretur qualiter ſibi cōtingeret: ſi ad ſeculum remearet. Tunc in eadē die vel nocte angelus dei in viſu eſt aſſumẽs ad celeſtia eleuauit. Videns autem qualiter ſe haberet mater dei et angeli ⁊ apoſtoli i patria exiſtentes: ⁊ ceteri ſancti gauiſus fuit vltra modum. Reſpiciẽs vero curioſius vidit quendam librum ante deũ poſitum qui erat tam magni voluminis: ꝙ vix poſſet aperiri queſiuit monachus ab angelo cuiuſmodi liber ille eſſet. Tunc angelus dixit ꝙ liber ille erat liber in quo ſcriptus eſt numerus electorum. Quod audiens monachus mirabiliter eſt letatus: vnde rogauit angelum cum magna inſtantia et affectu: vt reſpicere dignaretur ſi nomẽ eius inter illa nomina eſſet ibi ſcriptum. Angelus autem vix ſuis precibus adquieſcens librum aperuit et cuius ordinis eſſet inquiſiuit. Qui reſpõdit ſe eſſe de ordine Ciſterſienſiũ. Tunc angelus dixit ei. Ecce ordo tuus. Cuius prouincie es? Reſpõdit monachus Lombardie. Cuius abbatie es? Et ille ait Sctẽ Colũbe. Reuerſus aũt angel⁹ folium dixit ei. Ecce cenobiũ tuum. Cuius partis chori es. Et ille. Siniſtre. Et angel⁹. Quõ eſt nomẽ tuũ. Henricus inquit vocor. Tunc angelus inquit. Nomẽ tuũ eſt hic ſcriptum Et gauiſus eſt monachus ſupra modum: ⁊ dixit ei. Dñe intuitu pietatis dicas mihi qualiter eſt ibi? Cui angelus. Fuit deletũ nomẽ tuum et pargamenũ ita attenuatum eſt ꝙ ſi quarta vice ammoueat̃ de cetero non poterit ibi ſcribi. Reuerſus igitur monachus ad ſe gratias agens vĩ virgini promiſit ꝙ diu viueret in ordine permanere. Legitur ꝙ quidã monach⁹ ciſtercienſ. propoſuit apoſtatare Cui mat̃ eius iã mortua apparens requiſiuit ab eo cur vellet exire. Et ille propter ordinis inq̃t auſteritatẽ et rigorẽ. Ad quẽ illa. Et quõ poteris ſufferre penas inferni. Et ille. Nunq̃ infernus eſt grauior ordine illo. Cui illa. Viſne penam inferni p parte experiri? Et ille. Volo. Et ecce aduenit ſonus quaſi gemitus multorũ porcorum adeo horribilis: ꝙ videbat̃ ſibi celũ et terram concuti ſono illo. Ceſſanteqꝫ ſono illo dixit ad eũ mater. Vis mõ aliquid experiri de gaudijs celi. Et ille. Volo. Et ecce cãtus tam dulcis auditur: ꝙ ſua dulcedine videretur excedere omnia muſica inſtrumenta. Et dixit ad eum mater ſua. Si vis penas euadere et gaudijs permiſceri ſta in ordine ſuſcepto. Quod et fecit. Simia libenter comedit nucleũ ſed quando ſentit corticis amaritudinem totam nucem a ſe proicit. Sic faciũt apoſtate: qui propter modicam religionis duriciã proiciunt indicibilem dulcedinẽ letitie celeſtis. Tales ſũt ſimiles catto qui libẽter comedit piſcem: ſed non vult piſcari.

¶ Auctoritates contra apoſtaſiã ſeu contra incautam clauſtri egreſſionem. Require in ſecunda parte capitulo. ix.

¶ De Balliuis.

Legitur ꝙ archiepiſcopus Senonen dedit caſeum cuidam clerico quem ipſe in ciſta ſuã recluſit. Veneruntqꝫ mures et caſeum corroſerunt. Quod comperiẽs dictus clericus cattum poſuit in ciſta: vt caſeum a muribus defenderet. Qui ⁊ mures ⁊ caſeum conſumpſit. Ita eſt de balliuis qui dantur in cuſtodiam patrie vt malos homines arceant et refrenent. Ipſi plus vno die rapiunt ſub pallio officij ſui q̃ fures in viginti diebus.

¶ De blaſphemia

Refert grego. iiij. dialogorum ꝙ quidam in vrbe romana quendam filiũ quinqꝫ annorũ quẽ nimis carnaliter diligẽs, remiſſe nutriebat q̃ videlicet puer mox vt ei⁹ animo aliquid obſtitiſſet. maieſtatẽ dei mox blaſphemare conſueuerat. Quadam igitur die cum pater eius teneret illum in gremio ⁊ nomen dñi blaſphemaret vidit malignos ⁊ tetros ſpiritus ad ſe venire: et oculis tremẽtibus cepit puer clamare dicẽs. Obſta pater obſta pater. Qui ſic clamans declinabat faciem: vt ſe ab eis in ſinu patris abſconderet Quem cum pater trementem requireret q̃d videret: puer dixit. Mauri homines venerunt qui volunt me tollere. Qui cum hoc dixiſſet: et nomen domini blaſphemaſſet animam reddidit. Vnde conſtat ſicut idem gregorius dicit: ꝙ nonnullis paruulis regni celeſtis aditus clauditur ſi male a parentibus nutriantur. Ideo leuitici. xxiiij. ſcriptum eſt. Qui blaſphemauerit nomen dñi morte moriatur. Blaſphemia eſt vt ait Hiero. ſuper matheũ inordinata contra deũ verborũ prolatio. Et hec fit tripliciter. Primo per aſſiduam dei nominationem. Contra quam ſcribit eccle. xiij. Nominatio dei tui non ſit aſſidua in ore tuo. Nã vt in eodẽ libro. xxiij. ca. dicit. Vir multũ iurãs replebit iniquitate nec recedet plaga de domo eius. De aſſidue iurãtib⁹ dñs ꝑ yſaiã. lij. ca. cõqueritur dicẽs. Iugiter toto die nomen meũ blaſphematur. Secũdo ꝑ falſam iurationem. Propter qđ leuit. xix. ca. dñs ait. Nõ periurabis in noĩe meo. Itẽ Iuramentum mendax non diligatis. Omnia enim hec ſunt que odit dñs. Tertio per diuinitatis exprobrationem: vt patz regum. xix. ca. Cui exprobraſti. ⁊ quē blaſphemaſti ⁊ ſup quē exaltaſti vocē tuam. Sequit̄. contra ſanctū iſrael. i. deū ſanctū ſanctorum. ¶ Remedia ꝯtra ſpiritum ſp̄us blaſphemie. reqre in. ij. parte cap. x.

¶ De caritate.

Legitur in vita ſancti Johannis euāgeliſte. ꝙ cū ipſe ad eccleſiam nimia fatigatus ſenectute per manus diſcipulorū portaret̄: ad quamlibet pauſam dixit. Filioli diligite alterutrū. Dixerūt igit̄ diſcipuli. Magiſter quare ſemꝑ hec eadē loq̄ris. Qui reſpōdit. Quia p̄ceptū dn̄i eſt. ⁊ ſi hoc ſolū fiat ſufficit. Caritas ſm̄ magiſtrū ſent̄. lib. ꝑzo. eſt dilect. v. qua de⁹ diligit̄ ꝓpter ſe ꝓximus ꝓpter deū. vel in deo. ꝓxim⁹ aūt ꝓpter deū tunc diligit̄. qn̄ diligit̄ vt iuſt⁹ vel bon⁹ fieri poſſit. In deo vero diligit̄: q2 iam iuſt⁹ eſt vel bonus. Scd̄m auguſtinuz. Ante oīa diligatur deus. deīde poſt deū diligat homo ꝑcipue ſeipſm̄. q2 ordinata caritas incipit a ſeipſa deinde ꝓximū ſicut ſeipſm̄. i. ad gratiā in p̄ſenti: ⁊ ad gloriā i futuro. vn̄ ſubdit augu. idē. li. vi. cōfeſſionū dicēs. Dn̄e beat⁹ eſt q̄ amat te ⁊ amicū in te ⁊ inimicū ꝓpter te. Refert̄ ꝙ frat̄ Jordan⁹ vir eximie ſanctitatis de ordine p̄dicatorū: cū inueniſſet q̄ndā mulierē egrotā in deſperatiōis incidiſſe foueā: dixit ei frat̄. Noli deſperare. frat̄ ait q2 quicquid boni in hoc mūdo feci tibi cōcedo i tuorū remediū peccatorū. Quib⁹ verbo mulier in ſpe roborata migrauit a ſeculo. Cui poſt paucos dies apparēs ⁊ gratias ei agens ait. Dn̄s noſter iheſus xp̄s ſalutat te ꝑ caritate michi a te exhibita mādans tibi ꝑ me ꝙ oīa tibi ſūt duplicata. Refert phiſiolog⁹ ꝙ ouis vidēs aliā ouē calore ſolis vexari interpoſuit ſe inter eā ⁊ ſolē: vt ad tēpus tēꝑaret ſolis feruorē. Sic debet hō hoīem in neceſſitatibus ſupportare ꝓpter caritatē. vn̄ galath. vi cap. Alter alteri⁹ onera portate ⁊ ſic adimplebitis legē xp̄i. Aucto. ad caritatē ꝑtinētes re. i. iij. ꝑte. ca. xi. xij. ca. xvi.

¶ De caſtitate

Legitur in vitis patrū. ꝙ fuerūt vir. ⁊ vxor. quorū vir caſtiſſime vixit vxor vero luxurioſe. Mortuis igitur illis: filia eorū diu ita cogitauit ꝑ aliquot dies cui⁹ vitaz imitaretur patris. ſ. vel matris. Et dū hec volueret in corde: ducta eſt in ſp̄u ad locum ameniſſimū. vbi vidit patrē ſuū cū ceteris ſanctis gloriari. Et accurrēs ruit in amplexuz ei⁹. rogās eū vt eā ibi retineret. Ad quā ille. Nō potes hic modo manere. ſed ſi duxeris vitā qualē duxi: tandē hic eris ventura. Quo dicto. ad locū horridū ducit̄ ⁊ penoſuz in quo matrē ſuā vidit grauiſſime torqueri. Ad quā mater quaſi in ꝓfundiſſimo puteo clamauit. dicēs. Filia vide que patior ꝓpter immūdā vitā meā. Qua propter abſtine te a cōſimili: ⁊ ad bonam vitā te cōuertere: ne forte cōſimiliter torquearis. Ipa igit̄ ad ſe conuerſa. patris vitā ſecuta. in ſanctitate ꝑſeuerauit. Legit̄ in vita ſancti Ber. ꝙ cum eſſet iuuenis ⁊ quedam mulier ſuſcepiſſet eū hoſpicio. ipa videns iuuenē aſpectu decorum de nocte ſilenter ⁊ impudēter acceſſit ad lectū eius. Quod ille ſentiēs exclamauit. latrones, latrones. Ad quā vocē mulier fugit familia ſurgit lucernā accendit̄. latro querit̄. ſed minime inuenitur. Ad lectos ſinguli redeunt. quieſcunt ceteri ſed illa miſera nō quieſcit. Nā de nouo ſurgit. bernardi lectulū petijt ſz ille denuo latrones latrones exclamauit. Latro iterū querit̄: ſz nequaꝙ ab eo q̄ ſolus nouerat publicatur. vſꝙ tertio ip̄roba mulier ſit repulſa: vix tandē metu vel deſꝑatione victa ceſſauit. Sequēti autē die cū iter ageret arguētes eū ſocij quod totiens latrones ſompniauerat: ꝑquirebāt. Quibus ille ait: veraciter hac nocte inſidias fui ꝑpeſſus latronis: q2 hoſpita mea nitebatur auferre theſaurū meum irrecuꝑabilem caſtitatis. Legitur in vita ſancti Edwardi xv. Regis ⁊ cōfeſſoris. quod cū ipſe cū conſorte ſua Editha vitam duxiſſet virginalem ⁊ iā mortuus in ſepulchro per. xxxvi annos iacuiſſet cū ad eius tranſlationē faciendam fuiſſet ꝯuentū: in tanta corporis ſui integritate repertus eſt: vt nec pilus ab ei⁹ barba abſꝙ violētia poſſet euelli. Propter quod dominus Gundulphus Rofen. ep̄s. qui reliquiarum cauſa pilum vnicum ſaltem abſtrahere volens. ſz nō valens dixiſſe fertur. Que ſua ſunt habeat in pace. Auctoritates ad caſtitatē ꝑtinētes require ſoliū i p̄ma parte ca. xxvi. vide etiā i. vi. ꝑte. ca. xvi.

¶ De concordia.

Legitur in vitis patrū. ꝙ cū ſanctus appollonius vna die de pace inter duos diſcordes reformanda laboraret. quidā obſiſtens pertinaciter dixit ſe non permiſſurum fieri pacem vſꝙ ad mortem. Cui ſanctus. Fiat ſicut optaſti: ita tñ ꝙ nullus preter niſi tu ⁊ tibi mortuo non ſepulchrum ſit terra. ſed beſtiarum ⁊ volucrum venter. Et hoc dicto: ſtatim cecidit mortuus cuius corpus ſepelitur ⁊ in craſtinū reperitur effoſſum a beſtijs ⁊ volucrib⁹ deuoratū. Legit̄ etiā ibi tās plur. ꝙ orātē btō machario. vox de celo dixit ei. Non enim ad merita duarū mulierū in ciuitate habitantiū perueni. Quo dicto: non cessauit donec inuenit eas. Requirentiq; de earū conuersatione: responderūt. Quid de nobis queris pater. Quia nec hac nocte a maritorum nostrarum lectulis sum⁹ separate. Addideruntq; dicētes. Nos duob⁹ carnalibus fratribus nupsimus et simul habitauimus p. xv. annos: ⁊ nunq̄ inuicē litigauimus nec turpē ad alterutrū dixim⁹ sermonē. monasteriū virginū intrauim⁹: sed a viris nostris nō sumus pmisse. Statuim⁹ igitur inter nos. ꝙ sermo secularis nunq̄ egredietur ab ore nostro. vñ eccle. xxv. In tribus placitum est spūi meo. q̄ sunt pbata coram deo et hoib⁹: cōcordia fratrū: amor pximorum et vir ⁊ vxor sibi bñ cōsentientes. Legitur in vitas patrū. ꝙ cū beatus appollonius vellet cōcordare aliquos discordes ⁊ obstaret quidam latro rogauit eū sanctus vt nō obsisteret: rogaret p eo dūm. Qui acquieuit. Facta igitur pace. ambo recesserūt ad heremū: et rapti sunt vterq; ad iudiciū. Factaq; discussione corā deo et angelis meritorū vtriusq; inuentoq; esset latro dampnabilis. Sanct⁹ rogauit p eo. Respōdit igit̄ iudex. licet nulla sit cōuentio xpi ad belial concedo tñ eū tibi p bona cōcordie cui cōsensit. Reuersus igitur latro ad se: in sanctitate vite pmansit vsq; in finē. vñ puerbiorum. xij. dicit̄. Qui pacis ineūt cōsilia: sequit̄ eos gaudiū. Item corinth. in fine. Pacē habete: ⁊ deus pacis erit vobiscū. Auctori. pungētes ad cōcordiā Re. i pria parte cap. xv. ❡ De ꝯsuetudie.

Legitur in vita sancti Bernardi. ꝙ quidam nobilis i partib⁹ francie in tantū vicio luxurie erat assuetus: vt nec vno die posset cōtinere admonitusq; crebrius ab eodē sancto vt pctō suo se abstineret. Respōdit se nō posse. Tandē die quadā sanctus dixit ei. Si nō vis facere pacē cū deo. saltē treugas triū dierū. facias tanto tēpore a tuo peccato p dei amore. Quod ipse annuit: ⁊ cōpleuit. Quib⁹ cōpletis ait ad eū iterū sanctus aliis tribus dieb⁹ abstine p amore beate marie. Quod ⁊ fecit. Et hoc facto: dixit ei sanct⁹ tertio Aliis tribus dieb⁹ abstine p amore oim̄ sanctorum. Quibus cōtinēter transactis. venit ad sanctū dicēs. Nolo tantūmō treugā cū deo facere: sed ⁊ pacē ppetuam. Cōuersus igit̄ ex toto corde ad deū: reliquū vite sue tēpus bñ pegit. Et iō Job. xxij. scriptum est. Si ad oipotentē cōuersus fueris edificaberis. et longe facies iniquitatē a tabernaculo tuo. Itē in eodē libro. Habeto pacē cū deo: ⁊ per hoc habebis fructus optimos. Quis enī ei restitit. ⁊ pacē habuit. Quasi diceret. Nullus. Legitur i vita sancti Edmūdi confesso. ꝙ cū a pueritia ieiuniis ⁊ aliis penitentie afflictionibus ex matris admonitōe assuetus esset: in tm̄ ppter cōsuetudinē placuerūt ei: ꝙ nō grauia sibi. sed leuia viderentur. vñ et puerbi. xxij. dicit̄. Adolescēs iuxta viā suā etiā cū senuerit nō recedet ab ea. Inde est et illud puerbiū vulgare. Quod noua testa capit: inueterata sapit. Item. Qui nō assuescit: virtuti dū iuuenescit. A vicijs nescit discedere qñ senescit. Ideo poeta ꝯsulit dicēs. Principiis obsta: sero medicina parat̄. Alias aucto. reqre infra. Cōtritio.

Legitur in vitas patrū. ꝙ sanct⁹ paulus discipulus Anthonij vidit quendā intrare ecclesiam nigrum et horridum. quē demones ducebant alligatum. Angelū vero eius bonum vidit a longe sequentē tanq̄ tristem. Sermone autem diuino in ecclesia peracto: aliis exeuntibus et ipse exiit. Quē exeuntem vidit idem sanctus non solū a vinculis solutū ⁊ demones a longe sequētes et merētes: verū etiam et vidit angelū suū bonum cum dicētē ⁊ gaudentē. Admirans igit̄ sanctus de tam inopinata mutatione: interrogauit eū de causa mutatiōis eiusdē insinuās et statū in quo cum prius viderat. Cui ille coram oī populo cōfessus est se fuisse peccatorem pessimum qui in oī peccato luxurie diucius ipenitentē vixisse. Sed dū audisset legi in ecclesia illud ysaie. Lauamini mūdi estote: quiescite agere puerse discite bñfacere. Auferte malū cogitationū vestrarum ab oculis meis dixit se cōpunctū fuisse et dño pmisisse. se de cetero huiusmōi peccato penitus abrenūciare. Ecce quātū impletū est in hoc homine qđ dicit p Ezechie. xviij. ca. dicit. Cōuertimini et agite penitētiam ab oib⁹ iniquitatib⁹ vestris: et nō erit iniquitas vobis in ruinā. vñ in. xviij. ca. eiusdē scriptū ē. Si impi⁹ egerit penitētiā ab oib⁹ pctis suis. vita viuet ⁊ nō morietur. Oim iniquitatū suarū quas operatus est non recordabor amplius. Refert. Odo de seritone. ꝙ clericus quidam ppetrauit enormia pctā: qui tandē dei gratia motus confiteri disposuit. Veniens itaq; ad confessorem: in tantas prorupit lacrimas ꝙ vnicum verbum pronunciare non posset. Quod videns confessor: eum remisit. vt in crastinū rediret. Rediens igitur i crastino et p lacrimis loqui nō valēs. iussus est a ꝯfessore vt peccata ſua ſcriberet i ſcedula ⁊ ſic ſaltē confiteretur. Scripſit ergo ſcedulam ⁊ tradidit cōfeſſori quā ipſe aperiēs. ⁊ eā nudam oīno repperiēs: ſeqꝫ illuſū ꝑ exiſtimās ꝗ̄ſiuit ab eo cur ei ſcedulā nudā tradidiſſet legendā. Cui reſpōdit cū lacrimis. Certe dn̄e non nudā: ſed enoꝛmibꝰ ſceleribus plenā tradidi vobis. Intelligens itaqꝫ cōfeſſoꝛ peccata ſua virtute contriciōis foꝛe deleta: ꝓnunciauit eū penitus abſolutū. Clericꝰ quidā malis moribus aſſuetus in infirmitate decidit magnā. Veniēs itaqꝫ ad eū regularis ſuus quondam ⁊ ſcolaris: hoꝛtabatur eū ad penitētiā ⁊ confeſſionē ꝑ plures dies. Et tādē cū diu diſtuliſſet rn̄dit ſe poſſe dicere peccata ſua. ſed ꝓ eis dolere non poſſe: qꝛ ſemꝑ haberet volūtatē ad eadē reuertendi. Sic ꝙ defunctus eſt. Cū aūt coꝛpus eius ad lauandū nudaretur inuentū eſt totū inuiſibili igne in fauillam redactū veſtibꝰ apparentibus illeſis. Hinc prouerbioꝝ. ix. ſcriptum eſt. Coꝛ qđ nouerit amaritudinē aīe ſue: in gaudio eius nō miſcebitur extraneꝰ. i. diabolus. Alie auctoꝛitates Require in tertia parte capi. ij.

LEgitur in vitas patrū. ꝙ quidā diaconus cōmiſit adulteriū per quod oībꝰ fratribus ſcandalū maximū ſuboꝛtum eſt. Adijt igitur quendā ſenē cui peccatum ſuū confeſſus eſt: rogans eū vt ſe viuum ſepeliret: quia tm̄ ſcandalū ꝑ eū fratribus erat generatū. Includitur igitur in quadā cella obſcura: penitētiam ſuam ibidē peracturus. Deficiente medio tēpoꝛe aqua terre neceſſaria: fecerūt fratres letanias ꝓ aque bn̄ficio. Et facta eſt vox ad eos dicens. Niſi venerit diaconꝰ ille incluſus: nō impetrabitis ꝗ̄ optatis. Educto igitur illo ⁊ oꝛante aqua ſuos alueos repleuit. Et ꝗ fuerat cā ſcandali: per cōfeſſionē factus eſt fratribꝰ materia ſpūalis gaudij. Legitur in vita ſancti Edmundi confeſ. ꝙ cū quidā archidiaconꝰ infirmaretꝰ apud meretonā. ⁊ in deſperationē fuiſſet dilapſus. Dixit ei ſanctus Edmūdus ꝙ de dei mīa confideret. Ad quē Archidiaconus ait. Non credo ſaluari. Cui ſanctus. Crede conſilio meo ⁊ dabo aīam meā ꝓ tua niſi ſalueris. Cōfoꝛtatus igitur ſancti ſermonibus: fecit cōfeſſionē ⁊ teſtamētū condidit: renuncianſqꝫ oībus redditibus ⁊ poſſeſſiōibꝰ ſuis habitū canonici recepit. Et cum in infirmariā poꝛtaretur incepit antiphonā. Salue regina mīe: quā cū conuentus ꝯſequeretꝰ defunctus eſt. Refert beda de geſtis angloꝛū ꝙ quidā erat miles. Regi angloꝝ ī armis ſed flagicioſus. Quem rex crebꝛo admonuit vt vitā ageret melioꝛē: ſed nō adquieuit. Infirmanti tandem militi. rex venit ipſum inuiſere ⁊ excitare ipſum ad cōfeſſionē. Cui miles. Non modo cōfitebor: ſed ſi valuero penitētiam agam. Venitqꝫ ad eū rex iterato exhoꝛtationibꝰ inſiſtēs. Ad quē miles. Ad quid veniſti. Nichil michi ſalutis vel vtilitatis ꝯferre poteris tuis verbis qꝛ paulo ante: duo iuuenes pulcherrimi huc ingreſſi. libellū pulcrū ſed tm̄ valde modicū michi obtulerūt legendū: in quo oīa bona ꝗ̄ feci erāt cōſcripta: ſed tm̄ erant valde pauca. Deinde intrauit exercitus malignoꝛū ſpirituū: quorū pꝛinceps codicē maximū michi obtulit recitandū in quo oīa mala ꝗ̄ vnqꝫ feceram inueni. Dicebatqꝫ pꝛinceps iuuenibꝰ qui pꝛeuenerant. Quid hic ſedetis ex quo ſcitis. ꝙ iſte eſt noſter. Qui dixerunt verū eſt. Accipite eū ⁊ in cumulū dāpnatiōis veſtre aſpoꝛtate. Et hoc dicto ſurrexerūt duo dēones figentes in me duos gladios: vnū ad caput ⁊ aliū ad pedē ⁊ hinc inde me ꝑfoꝛauit. Et ſtatim cū gladij venerūt adinuicem: moꝛiar et ad infernū ꝑducar. Quod ⁊ factū eſt. Nā ꝓpter eccle. ij. dicit. Ne tardes cōuerti ad dominū: neqꝫ differas de die in diē quia ſubito veniet ira eius. Mulier quedā londoñ: grāde cōmiſit peccatū: quod nō potuit pꝛe pudoꝛe cōfiteri. Elemoſinis tm̄ ⁊ ieiunijs plurimū inſiſtebat. Poſt plures itaqꝫ annos videbatur ſibi xp̄s apparere cū cicatricibꝰ vulnerū ſuoꝛū dicēs ei. Mitte manū tuam in latꝰ meū: qđ cū ipſa abhoꝛreret: ipſe appꝛehendens manū ſuā miſit in latus ſuum ⁊ coꝛ ſuum poſuit in manu ſua dicēs. Ecce ego oſtēdi tibi coꝛ meū: oſtēdas ⁊ tu michi coꝛ tuum. Vigilans igitur mulier manū recēti ſanguine cruentatā inueniēs: lauare eā voluit. ſed nō potuit quoquomō. Mane ergo ſurgens ſacerdoti cōfeſſa eſt. Et facta cōfeſſione: ſtatim manū ſuā inuenit mūdatā. vñ trenoꝝ ſcđo ſcriptū eſt. Effunde ſicut aquā coꝛ tuū ãte cōſpectū dei tui. Alias auctoꝛitates. Require in tertia parte capitulo. iij.

AUguſtinus de ducētibꝰ choꝛeā ſic dicit. Melius eſt diebꝰ dn̄icis arare ⁊ fodere ꝙ̄ choꝛeas ducere. Refert gre. in lib. dialogoꝝ ꝙ beata maria in choꝛo vginū cuidā bone puelle apparuit dicēs. vis ne eſſe de cōſoꝛtio iſtarū. Cui illa. volo domina. Et illa Abſtineas ergo a vanitatibus ſecularis choreis. ⁊ ad choꝛum iſtum peruenies. Quod ⁊ factum eſt. Talis erat illa filia thobie ꝗ̄ dixit

Nunꝙ cum ludentibus me miſcui: neqꝫ hiis qui in leuitate ambulant ꝑticipem me ꝑbui a talib⁹ ſpectaculis ſeruauit ſe virgo beatiſſima de qua dicitur luce. pꝛimo. capi. Ingreſſus angelus ad eaꝫ ꝛc. Legitur ꝙ quedã puella choꝛeis aſſueta: cum fuiſſet moꝛtua: poſt modicum cuidaꝫ ſuo ſpeciali᷑ apparuit dicens. ſe grauiſſime rotari in igne ⁊ toꝛqueri ꝓ circuitibus quos facere ſolebat in choꝛeis. Item legitur de alia virgine. q̃ cũ crederetur mũdiſſime ⁊ ſanctiſſime deceſſiſſe apparuit poſt paucos dies cõfeſſoꝛi ſuo aſſerens ſe in purgatoꝛio grauiter fuiſſe punitã ꝑ xviij. dies ꝙ ſemel cum delectatione audiſſet quandam cantilenam.

LEgitur in vitas patrū: ꝙ quidam frater ſtimulabatur quotidie a carnis cogitatiōibus ꝑ ix. annos ita vt metu ipe deſparet de ſalute et adiudicauit ſeipm dicēs. Perdidi aīam meā: ergo ꝑgā ad ſeculū: qr perij. Cui cū abiret venit ei vox in via dicēs. Temptatiōes quas ꝑ ix. annos ſuſtinuiſti: corone tue ſunt. Reuertere igit in locū tuū: et ſubleuabo te a cogitatiōibus malis vnde conſtat ꝙ nō eſt bonū aliquē deſperare: pro his que in cogitatiōibus veniūt hec eni cogitationes magis nobis coronā prouident ſi eas bñ exegerimus. Legitur in vitas patrū: ꝙ quidā ſenex habuit diſcipulū quē quotidie veſpere docere et cōmonere ſolit⁹ erat: que erāt anime ſue profutura: et poſt admonitionē dimittebat eum ire dormitū. Quadā igiꝰ vice cū loquerētur ei contigit ſenem ſompno grauari et dormiuit. Diſcipulus vero eius cum. vij. vicibus vrgeretur a cogitationibus ſuis vt recederet et dormiret: temptationi reſtitit & ſuſtinuit vſqꝫ ad mediam noctem. Qua tranſacta: ſenex euigilauit: et videns diſcipulū adhuc vigilantem dixit ei. vſqꝫ modo non diſceſſiſti. Et ille ait. Non pater. Et ſenex. Quare inquit non me excitaſti? Et ille. Ne te pater tribularem. Surgens ergo fecit ei iuxta conſuetudinem et dimiſit eum ire dormitū. Senex vero cum ſederet ſolus raptus eſt in exceſſu mentis. viditqꝫ glorioſum locum et ſedem in eo: et ſuper ſedem ſeptem coronas. Interrogauit autē ſenex eum qui ſibi oſtēdebat dicens. Cuius ſunt hec. Et ille dixit. Diſcipuli tui locum quidem et ſedem pro cōuerſatione ſua donauit ei deus. Has vero ſeptem coronas hac nocte promeruit. Hec autem audiens ſenex miratus eſt: vocanſqꝫ diſcipulum poſt ſompnum ait illi. Dic michi quid feceris hac nocte. Et ille Ignoſce michi pater: nichil feci niſi tantum hec ꝙ compulſus motu cogitationum mearum: vt diſcederem et dormirem ſepties cogitationibus reſtiti. Audiens hoc ſenex ſtatim intellexit quod quotiens cogitationi reſtitit totiens coronam promeruit. Et fratri quidem nichil horum dixit: cauſa vtilitatis ei⁹: alijs tamē ſpūalibus patrib⁹ hec narrauit: vt diſcam⁹ quia ꝓ paruis cogitationibus deus nobis coronā tribuit: apud quē nullū bonū erit irremuneratū: nullūqꝫ malū impunitū. Bonū eſt ergo vt extorqueat ſibi ipſe homo in omi re ꝓpter deum. Nam ſicut ſcriptū eſt regnū celoꝝ vim patiē & violenti diripiunt illud. Legitur i vitas patrū ꝙ quidā frater nouem annos manſit impuntus a cogitationibus ſuis: vt abiret a congregatione fratrum: et quotidie tollebat pelliculam ſuam in qua iacere ſolitus erat vt abiret. Et qñ fiebat veſpe dicebat in ſeipſo. Cras hinc diſcedam. Facto vero mane dicebat in cogitatione ſua. Extorqueamus nobis hic ſtare etiam hodie ꝓpter deum. Qui cū impleſſet nouē annos de die in diem ita faciens abſtulit deus ab eo omnē temptationē eius. Legitur in vitis patrum ꝙ quidā frater ſolitarie ſecū manēs turbabatur et pergens ad abbatē theodorū dixit ei ꝙ cōturbabatur. Cui ſenex. Uade et humilia mentē tuā et ſubde te & habita cū alijs. Et reuerſus poſtea ad ſenem dixit ei. Nec cū alijs hominib⁹ vitā qētē inuenio. Et dixit ei ſenex. Si ſolitari⁹ nō requieſcis: neqꝫ cū alijs manens: cur voluiſti te monachū facere. Nonne vt ſuſtineas tribulationes. Dic michi quot annos habuiſti in habitu iſto? Et dixit. Octo. Cui ſenex. Crede michi. Habeo in iſto habitu ſeptuaginta annos: et nec vna die potui requiem inuenire. Et tu in octo annis requiē vis habere. Dixit abbas paſtor de abbate iohāne breuis ſtature qđ rogauit deū: & abſtulit ab eo oēs paſſiōes ſeu tēptatiōes: & effectus eſt ſecurus. Uenit igitur dictus iohānes ad quendā ſenē et dixit ei. Uideo me quietū et nullā habentem pugnā. Et dixit ei ſenex. Uade et roga deū vt iubeat in te moueri pugnā: quia pugnando ꝓficit aīa. Et cū reſediſſet in eo pugna vlterius non rogauit deū vt auferret ab eo pugna: ſed dicebat. Da domine michi tollerantiam ſuſtinendi has pugnas. Quod tēptatio ſit materia meriti cumulandi: patet etiam ex narratione ſequēti. Legiꝰ in vitas patrū. ꝙ diſcipulus cuiuſdam ſenioris impugnabatur a ſpū fornicationis: ſed dei gratia auxiliante viriliter reſiſtebat. Senex autē videns eum ita laborātē compatiebatur et dixit. O fili. ſi vis deprecabor dñm vt auferat a te ēpugnationē iſtam. Cui ille rñdit. Et ſi laborē ſuſtineo. ſentio tamē fructum qꝛ per occaſionē hui⁹ tēptationis āplius ieiunio vigilijs et orationibus intēdo. verūtamen rogo vt ores dñm. vt det michi virtutē quatin⁹ poſſim ſufficere. et legitime certare. Nam ſi nō ſit qui impugnet. quomodo valebit aliquis certare. Et certum eſt ꝓut apoſtol⁹ dicit. ꝙ non coronabitur quis niſi legitime certauerit. Legitur in vitas patrū quod cū beatus anthonius tēptaretur a carnis vicio: poſuit pedē ſuum in ignē dicens. Si pes meus ignē iſtum ſuſtinere non poteſt multo min⁹ poterit totus ignem perpetuum ſuſtinere. Legitur in vitas patrum. quod quidam vexatus temptatione carnis: rogauit quendam ſanctum patrē. vt oraret pro eo. Qui et ſic fecit. et tamē nichil profecit. Rogauit igiꝰ ſanctus vir dominū. vt ſibi oſtenderet quare non fuiſſet exauditus pro illo. Raptus autem in ſpiritu. vidit ſpiritum fornicationis iuxta illum hominē temptatum ludentē et pſallantē hoīemqꝫ ipſum ſedētē. et delectantem et non reſiſtentem. Debuiſſet enim tēptatus ſeipſm tēpore tēptationis ad terraȝ proſtrauiſſe et auxiliū deiȝ ſanctorū humiliter implorasse. Nā ſicut Yſidorus dicit. Frequēs oratio viciorȝ tēptationē cito extīguit. Quod q2 iſte tēptat⁹ ope nō ipleuit ideo ſanctus vir eundē arguēdo dixit. Tu in tēptatione delectaris et quodāmodo cōſentis et ideo oportet te viriliter reſiſtere et tūc recedet a te vnde ſcriptura dicit. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Et apo. Ephes. iiij. Nolite inqt locū dare diabolo. Legit in vita bti Bndicti ꝙ cuȝ quadā die vicio carnis grauit tēptaretur ita vt pene deſerē heremū voluptate vict⁹ deliberaret ex diuina gratia iſpirat⁹ exuit ſe indumēto quo erat idutus: et nudum ſe int vepres et vrticas proiecit ibiq3 diu volutatus toto corpe ex eis vulneratus exijt ſicq3 p cutis vulnera eduxit ſeu euulſit vulnera mētis atq3 ex illa die ita tēptatio voluptatis in illo eſt edomata: vt tale in ſe aliquid minime ſentiret. Quod diabolus magis gaudeat de tēptatione et monachorū lapſu: ꝙ ſecularium virorum tali in vitis patrum exemplo lucide declaratur. Senex thebeus cū ipſe eſſet fili⁹ ſacerdotis ydolorȝ et quadam die videret patrē ſuum ydolis ſacrificare vidit ſathanā in throno ſedentē et militiā eius aſtantem ei. Cūq3 aliqui aduenissent ad cuȝ et eum adorassent retulerunt facta nequicie ſue vnus igitur eorum a principe interrogatus vnde veniſſet ⁊ quid egiſſet: dixit ſe xxx. diebus in quadam prouincia fuiſſe et plurimos hoīes occidiſſe. Secūdus vero adorans dixit ſe per xx. dies ī mari fuiſſe et plurimos ſubmerſiſſe. Terti⁹ autem aſſeruit ſe quibuſdā nuptijs interfuiſſe et occiſionē ſponſi et ſpōſe ⁊ multā effuſionez ſanguinis pcuraſſe. Quo dicto iuſſi ſunt oēs flagellari: eo ꝙ tam paruū in tāto tēpore peregiſſent. Nouiſſime aūt venit quidā et adorans cum dixit ſe p. xl. annos in heremo fuiſſe et quendam monachum ad peccandum incitaſſe ⁊ vix illa nocte eum cōpuliſſe fornicari: hoc audiēs ſathan ſurrexit de ſolio ſuo et deoſculās eum ſecū ſedere fecit: impoſuitq3 ei coronā quā habebat dicens ipſum rem grandē feciſſe. Qd tentatio carnis ſenſum mentis quoq3 ſoleat alienare ceſarius taliter oſtendit dicēs. Matrona quedā nobilis vice quadam cū in caſtro in quo manebat ſola eſſet ſubito tā valide eſt iflāmata: vt ignē amoris tollerare nō poſſet: ſed ad portariuȝ caſtri deſcēdēs ei vt ſibi cōmiſceri vellet ſupplicauit. Cui ille ſicut vir bonus reſpondit. Quid eſt quid dn̄a vbi eſt ſenſus tu⁹. Reſpice deum ⁊ attende honorē tuum. Illa nil horum attendens cum a portario repulſam pateretur nutu dei de caſtro exiens ad flumē qđ ad pedē caſtri fluebat cucurrit ⁊ aquis gelidis ſe īmerſit. In quibus tam diu ſedit: donec fomitem libidinis extingueret. Tunc ad portariū rediēs ⁊ de repulſa gratias agēs ait Si mihi mille marcas dares auri nullo mō facerē: quod paulo ante te facere rogaui. Et redijt ad locum ſuū. Similiter legitur de btō Bern. quadā vice carnis vitio grauiter temptato: ꝙ inſtante tēptatione tranſtulit ſe ad quoddā ſtagnū ⁊ in eodem tam diu ſtetit donec exſanguis effectus ē. Alias auctoritates et exempla require in multis locis ꝑcipue tn̄ in prima ⁊ ſecūda ꝑte quaſi ꝑ totum.

¶ De te deum.

Quod aūt hymnus Te deum laudam⁹ ſit deuotus cantus illiū deuote cantantib⁹ ceſarius tali declarat exemplo. In ſaxonia in quodā monaſterio monialiū puella quedam cū in magna ſolēpnitate ꝑmiſſa fuiſſet ire ad matutinas magiſtra ipſius timens de debilitate ipſius iuſſit eam ante te deū recedere ad dormitoriū. Illa inuite recedens extra chorȝ tn̄ remāſit volens reſiduū peraudire. Cūq3 inchoatus fuiſſet hymn⁹ Te deum laudamus: vidit celos aptos et chorȝ ſororū in celū ſubleuari. Et cū ventū fuiſſet ad locū illum. Tibi oēs angeli vidit vniuerſos ordines angelorȝ et ſingulos āgelos demiſſis capitibus: flexiſq3 genibus manibus expanſis deum adorare: ſimulq3 cantātibus cantare. Sanctus ſctūs ſctūs ꝛc. Similiter fecerūt apoſtoli cum ille verſus. Te glorioſus apoſtolorum chorus cātaret. Necnō ⁊ ꝓphete ⁊ martyres cum verſus eorū a choro decantaretur. Poſtmodū confeſſores ⁊ virgines ſimiliter fecerunt. Dum aūt vltimus verſus. ſ. In te dn̄e ſperaui diceret chorus ſororȝ ad terram deſcendit: et celum ſe clauſit ꝛc. ¶ Qđ tpalia bona augmentant per elemoſinam.

Quod tēporalia bona quoq3 elemoſina augeat Petrus damianus ita dicit. Quidā ep̄s valde ſitiēs: vinū ſibi ꝑcepit afferri. Cūq3 pincerna totū quod erat in vaſculo exhauſiſſet et poculū ep̄o detuliſſet: Ecce paup importun⁹ illud dari ſibi popoſcit dicēs Quod ſi nō ſtatim nō biberet ꝓtin⁹ expiraret. Precepit igit ep̄s illud dari pauperi. Et cū ep̄s tūc amplius ſitiret ꝙ āte: iuſſit iterū in vas vinarium inſpici ſi forte aliquid ſupeſſet. Et repertū eſt plenū ꝛc. Refert idē petrus damianus: ꝙ quidā paterfamilias vnū ſolum nūmū habebat ad emendum aliquid quod cum pane comederet. Interim paup̄ aduenit et miam poſtulauit. Dat igitur illi nūmum illum. Rediens autē domū comedere ꝓponit paniſqꝫ ei qui edi ſolebat apponit. Et ecce vir quidā ignotus feſtinus .xx. ſolidos in lintheo ligatos in manu ei⁹ poſuit dicens eos a dño ſuo ſibi tranſmiſſos: et tanq̄ qui expectaretur mox receſſit.

¶ De teſtamento.

Teſtamentum vſurarij in moꝛte factū valet ſicut Ceſarius euidenter oſtēdit. Quidam vſurarius diues infirmat⁹ ad moꝛtem vocato quodam abbate confeſſus et penitens tale teſtamentum fecit. Dñe ſi vultis reſpondere ꝓ aïa mea oïa que ego habeo vobis tradam: vt de illis faciatis ſicut videbitꝭ vobis faciendum. Qui annuens oïa bona illius et etiam ipm̄ infirmū ad abbatiam poꝛtari fecit ꝙ in introitu abbatie expirauit. Abbas vero vſuram plenarie reſtituens et plurimas elemoſinas faciens: reſiduum in vſū fratrū conuertit. Dum aūt fratres circa coꝛpus pſallerent ecce quattuoꝛ teterrimi ſpūs ex parte ſiniſtra circunſtabant. Quibus viſis fratres territi fugerunt oēs excepto vno ſanctioꝛe. Et ecce quattuoꝛ albi āgeli in dextera parte contra demones ſe oꝛdinauerunt. Mox vnus demō dixit. Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipo non eſt timoꝛ ante oculos eius hoc in iſto hoïe impletum eſt. Sc̄ds dixit. Qm̄ doloſe egit in cōſpectu eius vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Tertius autē ait. Verba oꝛis eius iniq̄tas et dolus noluit intelligere vt bene ageret. Quartus ſo dixit. Iniq̄tatem meditatus eſt in cubili ſuo aſtitit omni vie non bone maliciam aūt non odiuit. Tunc oēs ſimul dixerūt. Si deus iuſtus eſt et verba eius vera homo iſte noſter ē qꝛ hoꝛum oīm eſt reus. Rñdētes aūt angeli albi dixerunt. Pꝛoferam⁹ nos reſiduū pſalmi incepti. Pꝛimus igitur dixit. Dñe in celo miſīa tua: et veritas tua vſqꝫ ad nubes. Sc̄ds aūt ait. Iuſtitia tua ſicut montes dei iudicia tua abyſſus multa. Tertius ſubiūxit hoïes iumenta ſaluabis dñe: quēadmodum multiplicaſti miām tuā deus. Cumqꝫ quartus ſubiunxiſſet. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabūt ſimul clamauerūt Filius hic hoïs eſt: quia ad deum cōfugit: et ad deū ibit qꝛ ſub tegmine alarum ſuarum ſperauit. Sicqꝫ confuſis demonibus aïam contritam di poꝛtauerūt. Item teſtamentū facientes frequenter parū ꝓ aïa ſua legant: ſicut ex libro de dono timoꝛis patet. Quidā cum faceret teſtamentū aſtante ſacerdote: et multa legaret amicis ſuis et nihil oꝛdinaret ꝓ aïa ſua. Dixit ei ſacerdos. Dñe recoꝛdemini de aïa veſtra. Et ille. Bñdictus dñe quia tradidi eam fere obliuioni vnde et tunc oꝛdinauit pꝛo ea.

¶ De teſtibus.

Teſtes ſunt diligēter examinādi ne foꝛte contingat eos muneribus coꝛrumpi: quia mancea frequēter peruertunt iudiciū. Unde refert ceſarius ꝙ rex frācie philipp⁹ magnū ꝓpoſitū hūit piū⁹. Qui videlꝫ ꝓpoſit⁹ cōcupiſcēs vicini ſui vineā quā ille ei vēdere nolebat: ipſo tādē moꝛtuo ꝓpoſitus fraudē excogitauit. Coꝛruptos ſiqdē pecunia duos ſcabinos ad ſepulcrū defūcti nocte ducēs: defunctūqꝫ effodiēs et in manu illius ſacculū cū ſumma pecunie quā predicta vinea ei viuēti obtulerat poſuit in p̄ſentia illoꝝ ſcabinoꝝ eos in teſtes inuocās. receptaqꝫ pecunia et ſepulcro clauſa in craſtino vineā vſurpauit. Quod cū vxoꝛ defuncti ſuperfacta cōtradiceret ille aſſerebat vineam a viro ſuo emiſſe et pecuniā ſoluiſſe. Quod ſe pꝛobaturū affirmabat videns vidua ꝙ nō p̄ualeret regem adijt. et q̄rimoniā de ꝓpoſito depoſuit. Rex aūt dedit ei auditoꝛes qui teſtes audientes. ſed minus ſufficiēter eos examinantes cōtra viduā ſententiauerunt. Que amplius dolēs regē gemitib⁹ et clamoꝛibus interpellauit. Tūc rex ei cōpaciēs. teſtes ipſemet ſic examinauit vni coꝝ ſeoꝛſum dixit. Dic me audiēte dñicā oꝛationē. Qua dicta p̄cepit vt in vicinā camerā ſecederet. Et aduocans aliū. ſ. tertius ei locutus eſt dicens. Socius tuus fuit examinatus de me et dixit michi ita merā veritatē ſicut ſanctū pat nr̄. Qua ꝓpter ſi ab illo in aliquo diſcoꝛdaueris abſqꝫ dubio punieris. Eſtimās ille ꝙ regi totū dixiſſet. timēs ac tremēs ad pedes ei⁹ coꝛruit dicēs. Miſeremini mei dñe mi rex quia ſic et ſic fecim⁹ a ꝓpoſito veſtro iducti. Iratus rex valde vineam vidue reſtituit et ꝓpoſitū viuū ſepelire fecit.

¶ De timoꝛe.

Quod deū vbiqꝫ timere debeam⁹ quia vbiqꝫ deus videt patꝫ ex vitis patruꝫ. Tempoꝛe valētiniani fuit q̄dā puella. Thaſis noïe decoꝛa nimis. quā mater eius a puericia ſtatuit in pꝛoſtibulo. Factaqꝫ eſt famoſiſſima meretrix et quaſi infiniti confluebāt ad eam. Abbas igitur paſphinicius ſūpto habitu ſeculari et vno ſolido pꝛofectus eſt ad eam. Que accepto ſolido dixit. Ingre=

diamur. Cumq; rogaret ipſum vt lectū ſuū optime oꝛnatum aſcenderet dixit ad eū. Eſt ne hic alius locus ſecretioꝛ. Et illa ait. Eſt. Et ſenex. Ingrediamur ad illū. At illa. Si hominem metuis: nullus te in hoc loco cōſpicit. Si vero deū times vbicūq; fuerimus nos videt. Cui ſenex. Scis eſſe deū. Illa rūdente ſe ſcire deū et regnū eius futurū: ⁊ toꝛmēta pctōꝝ. Ait ſenex. Si ergo noſti cur tot aīas pdidiſti: et nūc nō ſolū ꝓ aīa tua: verū etiā ꝓ coꝝ aīabus rōnē reddituꝛa es: atq; niſi penitueris dāpnaberis. Illa hec audiens: ad pedes ei⁹ cū lacrimis ꝓuoluta oīa que ex pctō lucrata fuerat: ſpectante oī populo cōbuſſit: et tribus annis in quadā cellula incluſa et ei⁹ anulo ſignata dicēte ſene: ꝙ nō erat digna deū noīare: hoc ſolū oꝛando dicebat. Qui me plaſmaſti miſerere mei. Elapſis vo tribus annis: ⁊ reuelatione facta: ꝙ deus ei pctā ſua dimiſiſſet: educta de cella ſua dixit: ꝙ de pctīs ſuis q̄ſi ſarcinā fecerat: quā quotidie ante oculos ſuos ſtatuerat. Et notādū ſcđm Aug. ꝙ timoꝛ eſt ſpiritualis fuga mali: ne pdat hō qđ amat. Et ex hac diffinitōe pōt elici prima ⁊ pncipalis ſpēs timoꝛis: et vocatur timoꝛ filialis q̄ eſt pfecta patris dilectio timēs ne offendat. Vn̄ grē. Mens plus illuminata plus timet. Perfecta vo caritas nō habet vnde timeat: ſed deſiderat. Secunda ſpēs timoꝛis q̄ vocat ſeruilis eſt qua quis timoꝛe gehēne abſtinet ſe a pctō. De taliter timēte dicit ſic Aug. Inaniter putat ſe victoꝛē eē pcti qui timoꝛe nō peccat. Quia ſi nō implet negocium male cupiditatis intus eſt hoſtis. Ide. Mādatū dei ſi potius fit timoꝛe pene q̄ amoꝛe iuſtitie ſeruiliter fit: ⁊ idō nō fit. Nō eni bon⁹ fructus eſt: q̄ de caritate nō venit. Idem. Nemo inuitus bene agit: ⁊ ſi bonū ē qđ agit: qꝛ nihil pdeſt ſpūs timoꝛis vbi nō eſt ſpūs caritatis. Vn̄ refert ceſarius: ꝙ quidam canonicus pariſien. incōtinēter et delicate viuens: multiſq; implicatus pctīs grauiter infirmat⁹ cōfeſſionē fecit: pctā deflebat emēdationem ꝓmiſit viaticum recepit inunctus eſt: ⁊ ſic obijt. Poſt paucos autem dies cuidam familiari ſuo apparens et ſe dampnatum aſſerens ſubiunxit licet confeſſus fuerim: cōmunicauerim: penitentiam egerim: et emendationem pmiſerim: mihi tamen hec non ꝓfuerunt qꝛ hec omnia feci nō amoꝛe dei: ſed timoꝛe moꝛtis et inferni. Conſcientia etiā mea dicebat: ꝙ ſi cōualeſcerem non me a peccatis cōtinerem: qꝛ coꝛ meū ad hoc magis declinabat q̄ ad non peccandū: et idō firmū ꝓpoſitum non habui in bono nec per conſequens perfectam contritionem.

¶ De tribulatione.

Quod tribulatio ſeu infirmitas debeat patienter ferri. Greg. ſic in dialog. declarat. Quidam ſeruulus nomine pauꝑ rebus meritis diues paraliticꝰ iacebat qui nū q̄ de lectulo ſurgere: nunq̄ manus ad os ducere: nunq̄ ſe potuit in latus aliud declinare huic ad ſeruiendū mater cum fratre aderat ⁊ quicquid poterat ex elemoſinis recipere eoꝝ manibus erogabat. Sacre ſcripture ſibi codices emerat quos ſibi a religioſis hoſpitio ſuſceptis legi faciebat. Factūq; eſt vt iuxta modulū ſuum ſacrā ſcripturā ſciret cum tā litteras penitus ignoꝛaret. Studebat in doloꝛe ſemꝑ gratias agere hymnis deo et laudibus diebus ac noctibus vacare. Cūq; iam moꝛti ſe vicinū cognouiſſet pegrinos quos hoſpicio ſuſceperat admonuit vt ſurgerent et pſallerent ipſiuſq; obitum expectarēt. Et cum ipſe etiam moꝛiens pſalleret voces eoꝝ compeſcuit dicēs. Tacete. Nunquid nō auditis laudes que reſonant in celo. Qui cum ad eaſdē laudes intenderet ſancta illa aīa carne eſt ſoluta. Legitur in vitas patrū: qđ quidam frater interrogauit ſenem dicens. Duo fratres erant in cella vna quoꝝum vnus ſex diebus integris ieiunabat. Alter vero infirmis obſequium faciebat cuius ergo opus eſt maius ante deum. Reſpondit ſenex. Si ille qui ieiunabat ſex diebus per oculos ſe ſuſpēderet: nō erit ſimilis illi in cōſpectu domini. Joānes minoꝛ thebeus diſcipulus abbatis amonis per. xij. annos ipſū ſenē in infirmitate fecit obſequiū. Et āmon cum vidiſſet eū ꝓ obediētia laboꝛantē nūq̄ illi placitum ſermonem locutus eſt. Cum autem migrauit a ſeculo ſedentibus alijs patribus tenuit manum eius et dixit ei tertio. Salueris ſalueris ſalueris. Et tradidit illum ſenioꝛibus ſāctis dicens. Fratres iſte angelus eſt et nō homo qui tot annis mihi infirmāti nec bonum ſermonē audiens: fecit obſequiū cū magna pacientia. Quidā magn⁹ ſenex infirmāti diſcipulo ſuo dixit. Non contriſteris ex infirmitate vel plaga coꝛpoꝛis fili. Sūma eni religio eſt: vt in infirmitate quis gratias agat deo. Si ferrum eſt eruginem per ignē amittit. Si vero aurū per ignē pbaꝛ: ꝗ magnis ad maioꝛa procedis et ideo non anxieris. Si eni dominus te vult in coꝛpoꝛe toꝛquere: tu quis es vt eius poteſtati reſiſtas aut moleſte feras. Suſtine ergo ⁊ roga deum.

vt que vult ipſe illa tibi concedat. Vnus ex ſanctis patribus cū frequenter corpore infirmaretur et langueret. contigit vt vno anno nulla egritudo ei cōtigiſſet ⁊ ꝓpterea flebat ⁊ cotidie cōtriſtabatur dicens. Preſcivi hoc anno dereliquiſti me dñe ⁊ non viſitaſti me. Alter famoſiſſimus ſenex dū langueret ſolus ſedēs in cella. ⁊ neminē habens q̄ ei faceret obſequiū: exurgens de lectulo quicquid inuenit edebat. Cū ergo ſic ꝑ multas dies ꝑmanſiſſet ⁊ nullus ad viſitandū eū ꝑ. xxx. dies expletos de fratribꝰ aduenisset q̄ illi obtparet clemētia dñi. q̄r ſi i ipſo ſenex cogitatū ſuū poſuit v ab. Et poſt ſeptē dies recordati ſūt illi patres de ipſo ſene ⁊ dixerūt adinuicē Eamus ⁊ viſitemus eū: ne forte infirmetur. Cū aūt veniſſent ⁊ pulſaſſent oſtiū angelꝰ dñi receſſit. Senex vero abintus clamabat dicēs. Ite hinc fratres: illi autem frangētes oſtiū ingreſſi ſunt in cellam. ⁊ requirebant ab eo cur ſic clamaret. At ille dixit. Triginta diebus infirmus fui. ⁊ nemo hominum me viſitauit. Septem autem iam dies ſunt ex quo diuina clemētia que neminē deſerit i ſe ſperantē miſit angelū ſuū q̄ michi obtemperabat. Et qñ veniſtis ille receſſit. Et poſtq̄ hec dixiſſet migrauit a ſeculo. Alias auctoritates ⁊ valde bona exēpla ad tribulationē vel infirmitatē ꝑtinentia. de reuelationibus beate matildis virginis extracta. Re. in. ij. ꝑte cap. xiij. ⁊. xiiij.

¶ De triſticia.

Quidam frater requiſiuit abbatem Pimeniū. dicēs. qd faciā. qm̄ cōturbor a triſticia. Dixit ei ſenex. Neminē ꝑ nichilo aſpicias nullū ꝯdēpnes. nulli detrahas. ⁊ dabit tibi dñs requiē. Frater alius reqſiuit eūdē abbatē dicēs. Si peccauero in quocūq peccatorū cōſumit me cogitatio mea ⁊ arguit me dicēs: quare peccaſti qd faciā? Reſpōdit Quacūq hora ceciderit hō in culpam et dixerit in corde ſuo. dñe deꝰ peccaui tibi indulge michi. mox ceſſabit cogitatiōis vel triſticie illa cōſumptio. Cū quidā ab abbate ſiſois. frequēter talē ſermonē reqreret. qd faciā pat̄ q̄r cecidi. Rn̄dit. Surge. Cū aūt ille ſurrexiſſet. ⁊ iterū cecidiſſe ꝯqreret ait ſenex Et iterū ſurge. Et cū frat̄ frequēt̄ cecidiſſe narraret ſenex eodē ſermone vtebat̄ exclamās: Non ceſſes fili in ſurgendo. Cui frater ait. Vſquequo poſſum ſurgere pater. Explana michi. Tūc ait ſenex. Quiſquis aūt aut in bono ope aut i malo deꝑhenſus fuerit. i eo iudicabit̄. Quidā frat̄ abbatē achillā interrogauit dicēs. Quid faciā pat̄. q̄r nulla opa monachi facio ſed in negligētia ꝯſtitutꝰ. comedo. bibo. dormio. ⁊ de hora in horā trāſgredior. et de cogitatiōe i cogitationē: et ꝓpter hoc deficio et cōtriſtor. Cui ſenex ait. Tu ſede in cella tua: et qd potes fac ſine ꝑturbatione aīe. ꝯfido ei i dño q̄r qui ſedet in cella ſua ꝓpter deū: inuenit̄ et ipſe in loco vbi abbas anthoniꝰ eſt. Abbatē arſeniū quidam frater reqſiuit dicens. Tribulant me cogitationes taliter ſuggerentes. Q̄m nō potes ieiunare nec operari: vade viſitare fratres. q̄r hoc eſt opꝰ caritatis. Cui ſenex inſtinctiōes diabolicas cognoſcēs rn̄dit. Vade et manduca. bibe. et dormi tantūmō ꝓpt̄ de cella ne exeas. Cōſeſſio vel ꝯſedicio cui celle. mōachū ſolet ad ordinem bonorum operum ꝑpetuo deducere. Abbas achillas ab altero requiſitus eſt fratre dicēte. Cur ſedēs in cella mea patior accediam vel triſticiam. Et ait ei ſenex. Q̄r necdum vidiſti requiē quā ſperamus: neq tormenta que timemus. Si enim ea diligenter inſpexiſſes vel inſpiceres. etiam ſi vermibꝰ plenam eſſet cella tua vſq ad collum tuum tu tū in ipſis permaneres ſine accidia et triſticia. Alias auctoritates et exempla. Require in prima parte. vbi agitur de accidia et eiꝰ remedijs.

¶ De verbo dei.

Scolaris quidam onꝰ nobilis et diues in tantum indureſcebat vt nec ad ſermones ire nec eos audire volebat. Quadam nāq die fratri cuidā camerā ſuā intrāti: dixit. Ad quid veniſti. Si de deo locuturꝰ es: nolo te audire. Si vō de alijs vbū veneris. Sedētibus igit̄ ipſis: ⁊ cōfabulantibꝰ. dixit frat̄ clerico. Magr̄ da mihi licētiā vt ſaltem vnū verbū loquar de deo. Cōceſſa licentia dixit. Magiſter ꝑcor te vt cum intraueris nocte ſequēti lectum tuum apparatu vario ornatum cogites qualis erit lectus tuus in inferno. Cui ille. Et qualis erit. Ad quod frater. Talis erit: qualem eſſe venturum aſſerit yſaias dicens. xiiij. Sub te ſternetur tinea et operimentum tuū erūt vermes. Et hijs dictis frater receſſit. Magiſter vero in lecto ſuo poſitus. et verbi fratris recordatus: in tantū cogitatione infernalis lecti afficiebatur vel remorſum patiebat̄. ꝙ poſt modicū ſeculum relinquens: ordinē ꝑdicatorum intrauit. Qui aūt verba dei audiūt libēter. et audire nolūt: audiant qd dñs dicat. Qui eſt ex deo verba dei audit. Propterea vos non auditis quia ex deo non eſtis. Super quibꝰ dñi vbis beatus gre. in omelia ait. Si enim verba dei audit q̄ ex deo eſt. et audire verba dei nō pōt quiſqꝫ ex illo nō eſt: interroget ſe vnuſquiſqꝫ ſi verba dei in aure cordis ꝑcipit et itelliget vñ ſit. Celeſtē patriam deſiderare vitas iubet. Carnis deſideria cōterere mūdi gloriā declinare. Alienā nō appetere: ꝓpria largiri. Penſet ergo vnuſquiſqꝫ apud ſe veſtrū. ſi hec vox dei i cordis eius aure cōualuit: et qꝛ iam ex deo ſit. agnoſcit. Nā ſūt nōnulli. q̄ ꝓcepta dei nec aure cordis ꝑcipere dignant̄ vt patet in ſcolari ꝑcedenti. Et ſūt nōnulli vt idē gre. dicit q̄ verba q̄dē dei corꝑis aure ꝑcipiunt ſed nullo ea mētis deſiderio cōplectunt̄. Et ſūt nōnulli. q̄ libenter v̄ba dei ſuſcipiunt, ita vt etiā in fletib⁹ compungant̄: ſed poſt lacrimarū tempus ad iniquitatē redeunt. Hij ꝑfecto v̄ba dei nō audiūt. qꝛ hec exercere in oꝑe cōtēpnunt. vnde greg. in alia omelia dicit. Cibus enī mentis ē ſermo dei. Et quaſi accept⁹ cibus ſtomacho languēte reicit̄ qn̄ auditus ſermo i ventre mēorie nō tenet̄. Sed ſiq̄s alimēta nō retinet: huius ꝑfecto vita deſꝑat̄. Eterne ergo mortis ꝑiculū formidate: ſi cibū q̄dē ſancte exhortationis accipitis: ſed verba vite. i. alimēta iuſticie in mēoria nō tenetis. verba ergo dei q̄ aure ꝑcipitis mēte retinete. ne forte malignus ſpūs veniat ⁊ a mēoria v̄bum tollat. Curate etiā ne petroſa terra ſemē excipiat ⁊ fructū boni oꝑis ſine ꝑſeuerantie radicib⁹ mittat. Multis enī placet qd̄ audiūt boni oꝑis initia ꝓponūt ſed mox vt fatigari aduerſitatib⁹ ceperint inchoata dereliquūt. Petroſa ergo terra humorē nō habuit; quia hoc qd̄ germinauerat ad fructū ꝑſeuerantie nō perduxit. Multi etiā cum v̄bum contra auaritiam audiunt: eandem auaritiam deteſtantur. rerum oīm cōtemptū laudāt. ſed mox vt viderit anim⁹ qd̄ cōcupiſcat obliuiſcitur qd̄ laudabat. Multi cū v̄bū cōtra luxuriā audiunt pollutiōes carnis nō ſolum ꝑpetrare nō appetūt ſed etiā ꝑpetratas erubeſcūt. Sꝫ mox vt carnis ſpēs eoꝝ oculis apparet ſic mens ad deſideria rapit̄ ac ſi adhuc ab ea nichil ſit cōtra hec eadē deſideria deliberatū. Et dampnāda agit q̄ qd̄ egiſſe ſe meminit iā et ipſe dampnauit. Sepe etiā contra culpas cōpungimur. et cū poſt fletū ad culpas redim⁹. Hij ꝑfecto vt dictū eſt v̄ba dei nō audiūt qꝛ hec exercere in oꝑe cōtempnūt. Ber. vero ſic ait. De cotidiana lectione aliquid in ventre memorie mittendum eſt. qd̄ fidelius digeratur. rurſum reuocatum crebrius ruminetur. quod propoſito conueniat quod in communi proficiat quod animum detineat. vt aliena cogitare non liceat. Et vt ambroſius dicit. melius eſt vt nos intelligāt populi q̄ cōmendent gramatici vnde rurſū Ber. ait. Sunt aliq̄ q̄ ſcire volunt tm̄ vt ſciant et eſt turpis curioſitas. Et ſunt qui ſcire volunt vt ſciantur. ⁊ eſt turpis vanitas. Et ſunt qui ſcire volunt vt ſcientiam vendant. et eſt turpis queſtus. Et ſunt qui ſcire volunt vt edificent et eſt caritas. Et ſunt qui ſcire volunt vt edificent: ⁊ eſt prudentia.

¶ De verbis ocioſis.

Legitur in vitas patrum. qd̄ ꝑdicāte quodam ſene fratribus de ſalute aīe ita ſunt oppreſſi ſompno. vt nec palpebras poſſent mouere. Quod ille vidēs et illud demonū opus oſtendere volens: ocioſa ꝓduxit verba. Ad que quidē verba ſtatim fuerūt excitati. Ait ergo ſenex. Qn̄ de celeſtib⁹ erat ſermo. ſompnolēti fuiſtis. Qn̄ vero de friuolis cito fuiſtis excitati. Refert etiā Jacobus de vitriaco qd̄ quidā vir ſanctus vidit diabolū in eccleſia ſcribentem v̄ba ocioſa que ibidē dicebantur. Et cū non ſufficeret membrana ſeu ſcedula in qua ſcribebat, verba ocioſa. cepit eā dentibus ⁊ manibus diſtēdere ⁊ cū eam fortiter dilatando traheret ꝑcuſſit caput ſuū contra parietem. Quod videns vir ſanctus ſubriſit ⁊ populo enarrauit que viderat vt ſe inde emendaret. Et idē monet Aug⁹ dicens. In oratorio dei nichil agatur niſi ad quod inſtitutum eſt. vnde ⁊ ſcriptum eſt. Domus mea domus orationis vocabitur. Auctoritates alias. Require in quarta parte capitulo. xxiij.

¶ De vigilia.

Vigiliam quandoqꝫ inducit temptatio demonis per ſompni ſubtractionem: ſicut abbas moyſes in collationibus patrum declarat dicens de ſeipſo. Memini me frequenter ita appetitum cibi penitus reſpuiſſe: vt duobus diebus vel tribus refectione dilata: nec memoria quidem edulij meam interpellauerit mentem. Et rurſum ita ſompnum ab oculis meis diaboli impugnatione ſubtractum. vt plures dies ac noctes paululum michi ſompni a domino precarer infundi grauiuſqꝫ periclitantem cibi ſompniqꝫ faſtidio ſeu penuria quam ſoporis ex caſtrimargie colluctatione me perſenſi. Ad vnum enim finem nimietas ieiunij ⁊ voracitas peruenit eodemqꝫ diſpendio vigiliarū īmoderata continuatio ⁊ ſōpni grauiſſimi torpor mōachū inuoluit. Nā diabolus ſollicitus ſit ad impediẽdũ nos ne ſimꝰ vigiles in diuino ſeruitio patet ex quadã narratione in lib. apum ſic. Erat quidã monachꝰ q̃ ad matutinas frequẽtiſſime dormitar et ſolebat. Contigit aũt vt quadam nocte quadã dum ad matutinas in choro dormiret in ſõpnis demonẽ teterrimũ videret cũ pice in patella liquata monachos ſingulos viſitare: et dormientibus q̃buſdã offerre coclear ori dormitantis. quod cũ ſibi offerret: retracto ſubito capite ad accubitũ ſediũ cui innitebat offendit: et leſus euigilans: ſe ſauciũ vulneratũ inuenit. Animaduertere ergo debemꝰ in hoc facto quantũ negligentiam circa horas diuinas deus reputet in culpa et quantũ demonibꝰ complaceat in ea vñ et Ber. ſup cant. ſ. xij. ſic ait. Doleo aliquos veſtrũ graui in ſacris vigilijs deprimi ſompno: nec celi ciues reuereri: ſed in preſentia principũ tanq̃ mortuos apparere. cũ veſtra ipſi alacritate permoti veſtris intereſſe ſolẽnijs delectent. vereor ne veſtrã deſidiã q̃ſi abhominãtes cũ indignatione recedant: et incipiat vnuſquiſq; noſtrũ ſero cũ gemitu dicere deo longe feciſti notos meos a me poſuerũt me abhominationẽ ſibi. Et illud. Elongaſti a me amicum et proximũ: et notos meos a miſeria. Pro certo eni ſi ſe a nobis boni ſpũs elongauerint: impetus malignorũ quis ſuſtinebit. Dico ergo hijs q̃ huiuſmõi ſunt. Maledictꝰ q̃ opꝰ dei facit negligent. Dicit quoq; non ego: ſed dñs. vtinã te calidũ. aut frigidũ inuenirem ſed q̃ te tepidũ inueni: incipiã te euomere de ore meo. Ea ꝓpter attendite principes veſtro ſcũ ſtatis ad orandũ et pſallendũ ſtate cũ reuerẽtia et diſciplina: et gloriamini. quia angeli veſtri cotidie vidẽt faciẽ patris veſtri Nimirũ miſſi in miniſteriũ ꝓpter vos q̃ hereditatẽ capimꝰ ſalutis deuotiõem veſtram in ſupna ferunt referunt grãm. Dicamus ergo eis. Pſallite deo noſtro pſallite. atq; audiamus eos viciſſim rñdentes pſallite regi noſtro pſallite. laudẽ ergo cũ celi cantoribꝰ in cõe dicẽtes vt pote ciues ſctõꝝ et domeſtici dei pſallite ſapient. Cibꝰ in ore pſalmꝰ i corde ſapit. tñ ille terere nõ negligat fideliſq; prudẽs aĩa q̃buſdã dẽtibꝰ itelligẽtie ſue ne forte ſi itegrũ glutiat et nõ maſſũ. fruſtret palatũ ſapore deſiderabili et dulciori ſup mel et fauũ. Offeramꝰ cũ apoſtolis i celeſti cõuiuio et i dñica menſa: fauũ mellis. Mel i cera deuotio in littera. alioq̃n littera occidit ſi abſq; ſpũs codimẽto glutieris. Si aũt cũ apoſtolo pſallas. ſpũ pſallas et mẽte: cognoſces et tu de illiꝰ veritate ſermo eius quẽ dixit iheſus. verba q̃ ego locutꝰ ſum vobis ſpũs et vita ſunt. Idem Bernar. cũ triceſimũſextũ ſermonẽ ſup cant. proferret p̃dicans ad fratres: et videret quoſdam ſompnolentia deprimi: ait. Quoſdam ſiquidem oſcitantes: quoſdã et dormitantes intueor. Nec mirũ precedẽtis noctis vigilie longiſſime quippe fuerũt: et excuſant eos vere illis q̃d dicã. qui et tũc dormierũt: et modo nihilominꝰ dormiunt. Sed non pro nec vlterius exagitare verecundiã eorũ ſufficiat tetigiſſe. Puto q̃d melius deinceps vigilabũt: noſtre obſeruationis cauterium veriti.

De viſitatione carnaliũ amicorum.

Quod viſitationẽ carnalium parentum vel amicorum non multũ approbent ſe potius eam ꝑ poſſe fugere ſoleant viri perfectionẽ debiti patet ex legenda paſtoris abbatis: qui quidem paſtorem abbatem: qui cum fratribus ſuis multis annis in heremo ſteterat: mater eius et fratres ſuos deſiderabat videre. Quadam igit vice obſeruata hora cũ dictus paſtor abbas et eiꝰ fratres procederent de cella ad eccleſiã. optulit ſeipſã mater eorũ vt videret eos. At illi fugientes et cellam intrantes: in faciẽ eius oſtiũ clauſerunt. Illa aũt ante oſtiũ ſtãs cũ nimio fletu clamabat. Paſtor aũt ad oſtiũ appropinquans dixit ei. Quid hic clamas o vetula. Que audiẽs vocẽ eius amplius clamabat. Flens et dicẽs volo vos videre filij mi. Quid enĩ mali eſt ſi videam vos. Nunqd nõ ſum mater veſtra q̃ lactaui vos et iam ſum tota canis plena. Cui filius hic nos vis videre an in alio ſeculo? Que rñdit. Et ſi non videro vos hic: videbo vos filii illic. Qui ait. Si equanimiter vales ferre vt nos hic nõ videas: illic procul dubio nos videbis. Hec audiẽs illa: diſceſſit gaudẽs dicẽs. Si vos viſura ſum illic: nolo vos hic videre.

Quam periculoſum ſit fratrem in viſitatione vel viſitatores falſo accuſare ceſarius declarat dicens. Monachus q̃dam inuidie ſtimulis agitatꝰ. q̃ndã iuuenẽ apud abbatẽ accuſauit imponẽs ei crimina peſſima. Abbate aũt ei nõ credente. veniẽti viſitatori eadẽ replicauit. Cui viſitator fidem adhibẽs iuueni dicta crimina in cap. coram oĩbꝰ impoſuit. Qui licet ſe excuſaret et deum in teſtẽ innocentie inuocaret: ablato habitu carceri mancipatur. Sed ſatis cito poſtmodũ ille inuidus grauiter infirmatur timẽſq; mori iuuenẽ ex inuidia ſe accuſaſſe recognoſcit. Sic q̄ inueniſſet cum magno honore et gloria per dictũ viſitatorẽ. ꝓpter hoc reuocat⁹ eſt de carcere ⁊ eductus ad priſtina eſt reſtitutus.

¶ De extrema vnctione.

REfert ceſarius. q̄ quidã cũ adhuc puer eſſet ⁊ infirmaret ⁊ peteret extremam vnctionẽ ⁊ non ſibi daret moriebat. Aĩa iam egrediẽte ecce angelus dñi aſſuit dicens. Male egerunt cũ iſto puero eo q̄ ſine ſacra vnctione moriet. ſtatim inunxit eum Egreſſaq̄ aĩa iudici preſentat. Quem puer quaſi per velamẽ cõtẽplabat. multũq̄ ſeuerus videbatur. Statimq̄ diabolus aſſuit accuſans eũ ⁊ dicẽs. Dñe puer iſte germano ſuo obolũ furatus eſt: nec inde fecit penitentiã. nec reſtituit ablatũ. Cui dñs. Velles tu q̄ ꝓ tantillo puerũ hunc dampnarẽ. Mea iuſticia non eſt ſine miã. Supplicantib⁹ vero ꝓ puero. xxiiij. ſeniorib⁹. culpa puero remittitur. ita tñ q̄ prius ad p̄ceptũ dñi in puteum igneũ ꝓicit. in quo tantã penã ſuſtinuit q̄ poſtmodum verbis exprimere non potuit. Poſt hec de puteo extract⁹: iudicẽ iocũdũ et dulcẽ ſibi inuenit. Sanatq̄ ſtatim: aĩa corpori reſtituit. mirãtib⁹ qui aderant. Q̄ꝛ ꝓ ſigna q̄ in eo viderũt verbis eius credere compulſi ſunt.

¶ De voluntate

QUod voluntas reputet pro facto: ceſarius tali declarat exemplo. Monachus q̄dam beati Bernardi ſacerdos relicto habitu monachali: iuit ad ſeculũ vbi factus eſt cuiuſdã eccleſie ſacerdos. Et ex cõcubina ſecũ manẽte. genuit filios ⁊ filias. Poſt hec vero lõgũ tẽpus btũs bernard⁹ in dicti apoſtate domo eſt hoſpitat⁹ ⁊ ipm ſanctũ Ber. cognoſcẽs ab eo nõ eſt agnit⁹. Mane cũ vir dei receſſur⁹ eſſet ⁊ ei loq̄ nõ poſſet eo q̄d ad eccleſiã iã iuiſſet: dixit filio ſuo vade defer nũciũ dño tuo vel meo. Erat aũt puer ille mutus a natiuitate. Qui ad patrẽ currens. dixit hoc ⁊ hoc mãdat tibi abbas. Pater autẽ primã vocẽ filij audiẽs: p̄ gaudio lachrimãs ſcdo ⁊ tertio fecit eũ illa verba repetere. Cũq̄ q̄reret. q̄d ei abbas feciſſet. rñdit. Nichil michi fecit: ſed ſolũ michi dixit. vade dic domino tuo hec v̄ba. Cõpunct⁹ ergo ſacerdos ad tã euidẽs miraculũ feſtinanter ad virũ ſanctum venit: ſeq̄ cũ lacrimis ad pedes ei⁹ proſtrauit dicẽs. Dñe pr̄. monachus veſter talis fui. Rogo paternitatẽ veſtrã vt liceat michi vobiſcũ redire ad mõaſteriũ. Cui ſanct⁹. Expecta me hic ⁊ ego reuertẽs reducã te mecũ. At ille. Dñe timeo interim mori. Ad hec ſanctus. Si in tali cõtritiõe et ꝓpoſito moriaris corã deo monachus inuenieris. Receſſit igit̃ ⁊ rediẽs inuenitq̄ illũ mortuũ recentẽ ac ſepultũ. Fecit igit̃ ſepulcrũ apiri. Querẽtib⁹ aũt q̄ aderãt q̄d facere vellet. rñdit. Volo videre vtrũ iacet in ſepulcro clericus vel mõachus. Dixerũt illi. Clericũ iſignitũ habitu clericali ſepeliuim⁹. Reiecta igit̃ terra: nõ in veſte qua ſepult⁹ fuit: ſed in tõſura et habitu mõachali cunctis apparuit. Et magnificatus eſt deus ab oĩbus q̄ volũtatẽ pro facto reputat.

¶ De voto.

VOtum vouent aliq̄. ratione alicuius periculi ⁊ liberati a ꝑiculo ſoluere nõ curãt. ſicut ptr̄ in li. de dono timoris. Cũ ruſticus q̄dã duceret vaccã ⁊ vitulũ ad mõtẽ ſcti Michaelis inter fines britãnie ⁊ normãnie vt euaderet fluxũ maris exclamauit dicens O beate michael libera me de ꝑiculo ⁊ dabo tibi vitulũ meũ. Liberat⁹ aũt dixit. Bñ fatu⁹ erat ſctũs michael q̄ credebat q̄d ego darẽ ei vitulũ meũ. Et iterũ cũ fluxu ſeu flumine quaſi ĩuoluerẽ clamauit. O btẽ michael libera me ⁊ habebis vaccã ⁊ vitulũ liberat⁹ iterũ dixit ſicut prius. Tũc tertio flux⁹ inundans eumq̄ cum vacca ⁊ vitulo inuoluens ſubmerſit eos.

¶ De vſurarijs.

VSurarius prius reſtituere debet vſuras et res male acq̄ſitas ⁊ poſtea elemoſinas facere ſicut refert ceſarius dicens Quod quidam magnus vſurarius tandem compunctus quendam epiſcopum conſuluit. quomõ ſaluus fieret. Eps̄ vero in edificatione eccleſie beate virginis ſolitus et feruens cõſuluit ei vt pecunias ſuas ad ſtructurã dicte eccleſie daret. Qui cõſilio epi aliquãtulũ ſibi ſuſpecto: aliũ bonũ virũ adijt. Qui dixit ei vade et fac clamari q̄d oĩb⁹ paratus es reſtituere quecũq̄ ꝑ vſurã acquiſiſti. ſeu indebite recepiſti. Factũq̄ eſt ita. Deinde rediẽs ad eũ q̄ eũ cõſuluit ita facere dixit. Oĩa iniuſte ablata teſte ꝯſciẽtia: oĩb⁹ ad me venientib⁹ reſtitui: ⁊ adhuc ſup̄ ſunt plurima. Tũc ille ait. Modo poteris elemoſinas facere. Nam ſm̄ Ber. Spũs ſanct⁹ gratũ nõ habet: q̄cq̄d eo neglecto ad quod teneris obtuleris.

¶ Prologus.

SIcui autem placuerit et alias narrationes edificatorias ſeu dicta ſctõꝝ huic operi adiungere ſeu interſerere vbicunq̄ ſibi ydoneũ viſum fuerit: non ſolum ſibi meritum pro labore acquiret. verum etiã michi placabile erit. Preterea q̄ꝛ memini me ĩ principio ꝓlogi q̄ hunc li. ſpũalium intitulatur diriſſe q̄s in hoc libro pene oīa que hōi cōtemplatiuo magis neceſſaria ſunt reperiet: tū q̄ op⁹ ſeu exercitiū cōtēplatiuo ſit magis ꝯgruens et expediens: volo hic adiūgere orōnes ꝓ eis qui eaſdē orōnes non habent humillime lectori ſupplicās vt cū aliquē deo fauente ſenſerit in eis deuotionē ꝓ ꝯpilatore hui⁹ libri dignetur orando aliquā facere mētionē.

¶ Oratio ad patrem.

Pater de celis deus: da mihi victoriā in temptationibus humilitatē in ꝓſperis et paciētiā in aduerſis. Fili redemptor mūdi deus diſpone de me ſicut eſt tibi magis acceptum mihi ad meritū ⁊ ꝓximo ad ꝓfectū. Spiritus ſancte de⁹ da mihi gratiam veraciter penitendi te ꝑfecte ⁊ ꝓximū diligendi ⁊ cū ꝓfectu cōtinuo in bonis operib⁹ ꝑmanendi Amen.

¶ Alia oratio ad patrem.

Domine deus pater omnipotens qui conſubſtantialem et coeternū tibi ante ſecula oīa ineffabiliter filiū genuiſti cū quo atq; cum ſpūſctō ex te eodēq; filio ꝓcedente celū terrā et oīa que vbiq; exiſtunt viſibilia atq; inuiſibilia creaſti: te adoro: te laudo: teq; glorifico eſto q̄ſo ꝓpici⁹ mihi pctōri et ne deſpicias me opus manuū tuarū: ſed ſalua ⁊ adiuua me ꝓpter nomē tuū. Amē.

¶ Orō ad filium.

Domine ieſu xp̄e fili dei viui qui es verus et omnipotens deus ſplendor et ymago patris et vita eterna: cui eſt cū patre ſpūſctō q; vna ſubſtātia: equalis honor: eadē gloria coeterna maieſtas: te adoro: te laudo: teq; glorifico ne me perire paciaris obſecro ſed ſalua ⁊ adiuua me gratuito munere tuo: quē redimere dignatus es precioſo ſanguine tuo Amen.

¶ Oratio ad ſpūſctm̄.

Domine ſancte ſpūs omnipotens deus q̄ coequalis et coetern⁹ et cōſubſtātialis patri filioq; exiſtens ab eis inenarrabiliter ꝓcedis qui ſuꝑ eundē dn̄m noſtrū ieſum xp̄m in columbe ſpecie ⁊ ſuꝑ apoſtolos in linguis igneis deſcendiſti: te laudo: te magnifico: te adoro: teq; glorifico. Tibi gratias ago depelle a me queſo tenebras totius iniquitatis ⁊ ꝑfidie: ⁊ accēde in me lumē mīe tue et ignē ſanctiſſimi ⁊ ſuauiſſimi amoris tui. Amen.

In fide ſumme et indiuidue trinitatis obſecro ineffabilē clemētiā tuā dn̄e ſancte pater omnipotens eterne deus per vnigenitum filiū tuū dn̄m noſtrum ieſum xp̄m et per ſanctiſſimā eius mortē ac pia vulnera eius e quibus emanauit ille ſanguis precioſus quo redempti ſumus. Inclina aures tue pietatis indignis ſupplicationibus meis ⁊ intercedente glorioſa virgine maria ⁊ oībus ſanctis ſpiritibus ⁊ cum oībus exercitiis meis concede mihi miſero mercedem peticionis effectum ſicut vis et ſcis. Miſerere mihi obſecro pater mi ⁊ da mihi ꝓpicius oīm pctō⁊ meo⁊ remiſſionem ſpūs cōtritionē cordis cōpunctionem lacrimarū fontē quibus ſordes pctō⁊ ⁊ mo⁊ abluam: vt valeā ꝓ eis in hac vita ſatiſfacere. Da mihi pie pater te toto affectu deſiderare deſiderando querere querendo inuenire ⁊ inueniēdo amare amādo mala mea redimere redēpta nō iterare. Creator meus extingue in me deſideria carnis ⁊ accende in me ignem tui amoris. Expelle a me ſpūm ſuperbie ⁊ da mihi theſaurum paupertatis ⁊ humilitatis tue. Amoue a me tribulationē ⁊ largire mihi ſerenitatē paciētie: Auelle a me animi rācorē: ⁊ cōcede mihi mitis mētis dulcedinē. Da mihi pie [illegible] ſolidā fidē ſpem ⁊ genuā caritatē ꝑfectā in me ge queſo cordi meo iugem tui memoriam cōtinuā intentionis actionē ad tuū intelligentiam amorem tuum affectionem [illegible] deſectam. Da mihi clementiſſime deus annos meos infeliciter cōſumptos: tempuſq; quod inutiliter amiſi recogitare frequēter in amaritudine anime mee et totum quod ſupereſt in tuo ſeruicio atq; beneplacito integre expendere vt nulla me pretereat hora niſi in ſancti exercicii labore et ꝓficiendi ſtudio vel experientie dulcedine: et fruendi gaudio. Tribue mihi dn̄e vitam meā quotidiana diſcuſſione examinare diligenter attendā q̄tum ꝓficiā vel q̄tum deficiam qualis in moribus et qualis in affectibus ac ꝑ hoc concede mihi vitā meā quotidie dirigere mores corrigere et in virtutibus ſemꝑ ꝓficere. Da mihi dn̄e deus meus frequēter pure et diſcrete grām confitendi exceſſus meos quotidie ad memoriā reducēdi ne ꝑ negligētiā aut cōfitendi dilationē pctā mea obliuiſcar ꝓ quibus in iudicio arguar. Fac me dulciſſime deus mūdā ſolidā et diſcretā habere cōſcientiam et in oībus actibus meis rectam intētionē ne meritum amittā vel reatū incurrā. Tribue mihi ſancte pater indeficiētē affectū orandi intenſum deſideriū et fiduciā impetrādi tuūq; ſuꝑ ad hoc auxilium vt conſequar ſalutarem orationū effectum. Doce me dn̄e modū orandi meditandi contemplandi adiſcendi et pie ſtudendi et da ꝓpicius mihi gratiam intelligēdi retinendi iugiterq; ꝓficiēdi vt vtilis ſim te miſerante ad meā ⁊ ꝓximo⁊ ſalutē efficaciter operandā. Fac me pie deus tuis ſacris altarib⁹ atq; tuis laudib⁹ cū debita reuerētia timore et tremore cōpunctione et deuotione auſcultare atqȝ ad ſingula verba ſacre ſcripture diligenter attendere: vt tue ſuauitatis dulcedinē interius hec merear degustare. Da mihi de bonis gratie tue nunqȝ extolli: neqȝ gloriā appetere: ſed humiliari: ſemperqȝ timere ⁊ in his te laudare tibiqȝ gratias agere. Mitiſſime aīarū amator deus et rector cuius nutu cuncta ſubſiſtunt ⁊ in cuius manu corda ſunt hominum: inclina queſo corda eorū qui mihi preſunt ad diſponendū de me in omnibus ſcd'm quod tue pietati placere atqȝ mee infirmitati noſti expedire et da mihi gratiam clementer ꝑſeuerandi in te dn̄e deus meus et efficaciter experiendi ſemper quā tibi cura eſt de me. vt in omnibus et per omnia tue dn̄e et nō mee conſentiam ⁊ ſubiaceā voluntati. Dn̄e deus creator meus qui diſponis oīa ſuauiter: diſpone obſecro de me vt de tua voluntate atqȝ beneplacito in tali ſemper conſtituar loco vel officio labore vel exercitio vt poſſim tibi efficacius ſeruire atqȝ placere ſalutem mee mereri: atqȝ merita ampliare. Fac dn̄e de me ꝑ tua bonitate ſicut tu noſti mee infirmitati competere et fragilitati expedire et da per gratiam tuā vt quicqd de me ꝑ ſupiores meos fuerit diſpoſitū: hoc a tua diſpenſatione ſciam miſericorditer ordinatum. Da mihi dn̄e ſuperioribus meis humiliter et hylariter propter te in oībus obedire dignā reuerentiam eis exhibere atqȝ a fratribus meis diligi: oēſqȝ ſincero affectu diligere meqȝ eis officioſum affectuoſum gratū tractabilem. māſuetū humilem verbo et opere vultu et geſtu omnibuſqȝ blandū et affabilem me exhibere vt nulli offendiculum vel ſcādalū inferā. ſed in oībus materiā et occaſionē augendi fraternam caritatem ſingulis prebeam. Da mihi dn̄e infirmitates ſingulorum tam mor. ꝙ corporꝫ non ſolum patienter: ſed etiā libēter ſupportare defect⁹ eorum cum opus fuerit ſupplere meqȝ in omnibus corā te dn̄e ⁊ proximis ad edificationē ꝙtū expedit gracioſū ſic exiſtere. Et due mihi dn̄e: vt labores tribulatiōes et aduerſitates qualcūqȝ ꝓ tui amore ſuſtineā: et meritū quod per eas confertur intelligam: et vt in his omnibus tua cōſolatione ⁊ ꝓtectione continua gaudeā. Cuſtodi queſo clementiſſime pater cor meū a detractione ⁊ elatione ⁊ immunda cogitatione a rancore ⁊ indignatiōe ſollicitudine et anxietate et a falſis iudiciis et omni mala ſuſpicione. Cuſtodi etiā queſo dn̄e oculos meos ab extollentia ⁊ a vagatione ⁊ oī noxia viſione. Aures etiā meas ab omni mala auditiōe: os meū a loquacitate: a mendaciis: a detractione: adulatione ⁊ murmure et ſilentii fractione et fac me ꝑ tua pietate linguā meā a verbis ocioſis falſis ſuperfluis ⁊ a ſcurrilitatib⁹ ⁊ idiſcretis refrenare oēſqȝ ſenſus a noxiis cuſtodire. Doce me dn̄e regere meos affectus diligenter: actus corrigere exceſſus vt nihil in me te miſerante remaneat indiſciplinatū: nihilqȝ qd̄ offendat oculos tue pietatis. Doce me ſuggeſtiones et inſidias inimici cognoſcere ⁊ fraudes deuitare ⁊ fac me ꝑ tua pietate virtutes amplecti: vicia vitare: bonos imitari malos cauere terrena calcare celeſtia toto deſiderio ſitire: mundi honores et hominū fauorē contēnere: paupertatem et vilitatē ſemꝑ diligere ſobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuere: vt tandē cū ſanctis bonorū operum et abundantia meritorꝫ ad gaudia eterna merear peruenire: atqȝ hec oīa et alia ad ſalutē neceſſaria ꝑ tua pietate dilectis fratribus meis cōcede. Audi deus meus audi que peto: pie exorabilis de⁹ ne ſis mihi inexorabilis ꝓpter pctā mea: ſed propter pietatem tuā ſuſcipe preces meas ⁊ da mihi effectum petitionis et deſiderij mei intercedēte ⁊ orante et impetrāte glorioſa virgine maria cum oībus ſctis. Amen.

¶ Canticum beati Berñ. abbatis clareuallis de dulciſſimo ieſu.

Ieſu dulcis memoria dās vera cordis gaudia. Sed ſup mel et oīa: dulcis ei⁹ pñtia. Nil canitur ſuauius: audit nil iocundius. Nil cogitatur dulcius: ꝙ ieſus dei fili⁹. Ieſu ſpes penitentibus: ꝙ pius es petētib⁹ ꝙ bonus te querentibus: ſed quid inuenientibus. Ieſus dulcedo cordium: fons viue lumen mentium. Excedit omne gaudium: et oē deſideriū. Nec lingua poteſt dicere nec lingua exprimere. Expert⁹ nouit tenere: quid ſit ieſum diligere. Ieſum querā i lectulo: clauſo cordis cubiculo. Priuatim ⁊ in populo ꝗram amore ſedulo. Cum maria diluculo: ieſum queram in tumulo. Cordis clamore ꝗrulo: mente queram nō oculo. Tumbam ꝑfundam fletibus: locum replens gemitibus Ieſu ꝓuoluar pedibus: ſtrictis hērēs āplexibus. Ieſu ſtringam veſtigia et flendo figā labia. Ut mihi detur venia: hac in preſenti gratia. Ieſu rex amabilis: ⁊ triumphator nobilis. Dulcedo ineffabilis: totus deſiderabilis. Mane nobiſcum dn̄e: nos replens tuo lumine. Mētis pulſa caligine: tua paſce dulcedine. Qū cor noſtrū viſitas: tunc lucet ei veritas. Mundi vileſcit vanitas: ⁊ int⁹ fer net caritas/amoꝛ ieſu dulciſſimꝰ et vere ſuauiſſimus. Plus milies grauiſſimus q̄ dicere ſufficimus hoc pꝛobat eius paſſio hoc ſanguinis effuſio. Per quā nobis redēptio dat̄ et dei viſio. Sic amantē diligite amoꝛis vicē reddite. In hoc odoꝛe currite⁊ vota votis addite. Iſta ſepe revoluite: amoꝛē piū paſcite ieſū ardēt̄ querite q̄rēdo iardeſcite. Ieſu auctoꝛ clementie totꝰ ſpes leticie dulcoꝛis fōs et gratie vere coꝛdis delicie. Ieſu benigne ſeciam: dulcoꝛis tui copiā/trahe me fac vt ſitiam: tuam videre gloꝛiā. Cum digne loq̄ nequeam: de te tamen non ſileā/amoꝛ facit vt audeā: cū ſolum de te gaudeā. Tua ieſu dilectio: grata mētis refectio/replet ſine faſtidio dans famē deſiderio. Qui te guſtāt eſuriant: qui bibunt adhuc ſitiūt/deſiderare neſciunt: niſi ieſum quem ſentiūt. Quē tuus amoꝛ debꝛiat: nouit quid ieſus ſapiat/felix guſtus quē ſatiat: nō eſt quod vltra cupiat. Ieſus decus angelicū: in aure dulce cāticū/in oꝛe mel mirificū: in coꝛde nectar celicum. Deſidero te milies: mi ieſu quando venies/me letum quando facies: vultuq̄ tuo ſaties. Quādiu differs doleo: moꝛas egre ſuſtineo. Quod vultū nondū video: quē me viſurum gaudeo/amoꝛ tuꝰ cōtinuus: amoꝛ certe p̄cipuus. Ieſu ſūma bēignitas: mira coꝛdis iocūditas/incōpꝛehenſa bonitas: tua me ſtrigit caritas. Bonum mihi diligere: ieſum nil vltra querere/michi pꝛoꝛſus deficere: et illi ſoli viuere. Ieſu mi dilectiſſime: ſpes ſuſpirantis anime/te querūt pie lachꝛime: et clamoꝛ mentis intime. Heu carnis victꝰ vicio: intēte clamare neſcio/in meq̄ deficio: ad te ieſu reſpicio. Quocūq̄ loco fuero: meum ieſum deſidero/q̄ letus cū inuenero: q̄ felix cū tenuero. Tunc amplexus tunc oſcula: q̄ vincunt mellis pocula/tunc felix xp̄i copula: ſꝫ in his parua moꝛula: hunc affectū cum ſentio: nulla ſit mundi mētio. Sūmis vacat intentio: ſic ſemper eſſe cupio/i his plerumq̄ gaudeo: et coꝛde totus ardeo. Iſtis intētus video: quod videre non valeo/iam quē queſiui video: quē ꝯcupiui teneo/amoꝛe ieſu lāgueo: et coꝛde totꝰ ardeo. hic amoꝛ ardet dulciter: dulceſcit mirabiliter. Sapit delectabiliter: delectat⁊ feliciter/hic amoꝛ miſſus celitus: heret michi medullitus. Mentē incendit penitus: hoc delectat̄ ſp̄us/o beatū incēdium: o ardens deſideriū. O dulce refrigerium: amare dei filiū/ieſus cum ſic diligitur: hic amoꝛ non extinguitur. Nec tepeſcit nec moꝛitur: plus creſcit ⁊ accenditur/ieſu flos matris virginis: fauus noſtre dulcedis. Decus humani germinis: da lucem veri luminis/ieſu ſole ſerenioꝛ: et balſamo ſuauioꝛ. Omni dulcoꝛe dulcioꝛ: pꝛe cunctis amabilioꝛ/cuius amoꝛ ſic afficit: cuius odoꝛ ſic reficit. Ieſus in quem mens deficit: ſolus amāti ſufficit/tu mentis delectatio: amoꝛis cōſūmatio. Tu mea gloꝛiatio: ieſu mūdi ſaluatio/tu meſtoꝛū ſolatiū: tu reoꝛum refugiū. Tu es iuſtoꝛum gaudiū: et cunctoꝛū auxilium/mi dilecte reuertere: conſoꝛs p̄ne dextere: hoſtē viciſti pſpere/iam celi regno fruere. Oſtēde patris vulnera: paſſus in valle miſera/vt nos trahat ad ethera: quos impedit gens effera. Sequar quocūq̄ ieris: mihi tolli non poteris/cum meū coꝛ abſtuleris: ieſu laus noſtri generis. Poꝛtas veſtras attollite: celi ciues occurrite/triūphatoꝛi dicite: ſalue ieſu rex inclyte. Rex virtutū rex gloꝛie: rex īſignis victoꝛie/ieſu largitoꝛ gratie: honoꝛ celeſtis curie. Te celi choꝛus pꝛedicat. et tuas laudes replicat/ieſus oꝛbem letificat et nos deo pacificat. Ieſus in pace imperat: qui omnē ſenſum ſupat/hunc ſemp̄ mēs deſiderat: ⁊ illo frui pꝛoperat/ieſus ad patreꝫ rediit: regnum celeſte ſubiit. Coꝛ meū a me tranſiit: poſt ieſum ſimul abiit/iam pꝛoſequamur laudibus/ieſum hymnis et pꝛecibus vt nos donet celeſtibus cū ipſo frui ſedibus amen. Aue benigne ieſu chꝛiſte gr̄a plenus miſericoꝛdia tecū Bn̄dicta paſſio moꝛs et tua vulnera et bn̄dictus ſanguis vulneruꝫ tuoꝛum. Amen.

O Bone ieſu: o piiſſime ieſu: o dulciſſime ieſu: o ieſu fili ſūmi dei patris. O ieſu fili marie virginis matris. plenus mīa et pietate. O dulciſſime ieſu ſecūdū magnā miſericoꝛdiā tuam miſerere mei. O clementiſſime ieſu: dep̄coꝛ te per illū ſanguinē tuū pꝛecioſum quē pꝛo peccatoꝛibꝰ effundere voluiſti: vt abluas iniq̄tatē meā ⁊ reſpicias in me miſerū ⁊ indignū humiliter petentem ⁊ hoc nomē tuū ieſu inuocantē. O nomē ieſu nomen dulce nomē ieſu nomē delectabile nomen ieſu nomē confoꝛtās. Quid enī eſt ieſꝰ niſi ſaluatoꝛ. Ergo ieſu ꝓpter nomē tuum ſalua me ne pereā qui plaſmaſti ⁊ redemiſti me ne permittas me dāpnari quē tu ex nichilo creaſti. O bone ieſu nō me perdat iniq̄tas mea. Rogo te piiſſime ieſu ne ꝑdas me quē fecit tua oīs bonitas. O dulciſſime ieſu recognoſce quod tuū eſt et abſterge qđ alienum eſt. O benigniſſime ieſu miſerere mei dū tempus eſt miſerēdi ne me dāpnes in tp̄e iudicādi. Que enī vtilitas in ſanguine meo dū deſcendero in eternā corruptionē. Neqꝫ enī mortui laudabūt te o bone ieſu neqꝫ oēs qui deſcēdūt in īfernū. O amantiſſime ieſu. O deſiderātiſſime ieſu. O mitiſſime ieſu admitte me inter numerū electorū tuorū. O ieſu ſalus in te credentiū. O ieſu amor ī te ſperantium. O ieſu ſolatiū ad te cōfugientium O dulcis ieſu remiſſio oīm peccatorū. O ieſu eterna ſapiētia infūde in me gratiā / ſapiētiam. caritatē. vt te poſſim ꝑfecte diligere te laudare te perfrui tibi ſeruire et in te gloriari inter oēs qui diligunt nomen tuū ꝙ eſt ieſus benedictū in ſecula ſeculorū. Amen.

O Rex glorioſe inter ſanctos tuos q̄ ſemper es laudabilis et tamē ineffabilis tu in nobis es dñe et nomen ſanctū tuū inuocatum eſt ſuper nos ne derelinquas nos dñe deus noſter vt in die iudicij nos collocare digneris inter electos tuos rex benedicte. Sit nomen dñi benedictū. Ex hoc ⁊c. Oremus

Deus qui glorioſiſſimum nomen ieſu chriſti vnigeniti filij tui feciſti fidelibꝰ tuis ſūmo ſuauitatis affectu amabile et malignis ſpiritibus tremendū atqꝫ terribile concede ꝓpitius vt oēs qui hoc nomen deuote venerātur in terris ſancte cōſolatiōis dulcedinem in preſenti ꝑcipiant ⁊ in futuro gaudiū exultationis et interminabilis iubilatiōis obtineant. Per eundē dñm noſtrū ieſum chriſtum filiū tuū qui tecū viuit et regnat in vnitate ſpūs ſctī deus per oīa ſecula ſeculorum Amen. ¶ Oratio quam beatus thomas de aquino ſolebat dicere.

Concede michi queſo miſericors deus que tibi placita ſunt ardēter ꝯcupiſcere prudēter inueſtigare: veraciter agnoſcere et perfecte adimplere ad laudē ⁊ gloriā nois tui ordina ſtatū meū et quod a me requiris vt faciā tribue vt ſciam ⁊ da exequi vt oportet ⁊ expedit aīe mee via michi ad te ſit tuta et recta et cōſummata nō deficiēs inter ꝓſpera et aduerſa vt nō in illis extollar et in iſtis deprimar. De nullo gaudeā vel doleā: niſi qđ ꝓmoueat apud te vel abducat a te. Nulli placere appetā vel deſpicere timeā niſi tibi vileſcant michi oīa trāſitoria ꝓpter te ⁊ cara michi ſint oīa tua et tu deus plus q̄ oīa. Tedeat me gaudij quod eſt ſine te: nec cupiā aliquid quod eſt extra te. Delectet me labor qui eſt pro te et tedioſa michi ſit oīs quies q̄ non eſt in te. Feruēter da cor meū ad te dirigere ⁊ in defectione mea cū emendatiōis propoſito dolēdo ꝑſare. Fac me deꝰ humilē ſine fictione hilarē ſine diſſolutiōe vilem ſine dedecore triſtem ſine deiectiōe maturū ſine de grauitate agilem ſine leuitate veracē ſine duplicitate te timentē ſine deſꝑatiōe in te ſperātem ſine ꝑſumptiōe ꝓximū corrigere ſine ſimulatione ipm̄ edificare verbo ⁊ exēplo ſine ſimulatione obedientē ſine cōtradictiōe patiētem ſine murmuratiōe. Da michi dulciſſime deꝰ cor peruigil quod nulla a te abducat curioſa cogitatio: da īmobile ꝙ nulla deorſū trahat indigna affectio. Da inuictū ꝙ nulla fatiget tribulatio. Da liberū ꝙ nulla ſibi vēdicet violenta delectatio et da rectū qđ nulla obliquet ſiniſtra intētio. Largire michi dñe deus intellectum te cognoſcentē diligentiā te querentē ſapientiā te inuenientē ꝯuerſationē tibi placentē ꝑſeuerantiā te fiducialiť expectantē ⁊ fiduciam te feliciter amplectentē tuis penis cōfigi ꝑ penitētiā tuis bñficijs vti ꝑ gratiam ⁊ tandē tuis gaudijs frui per gloriā. Amen.

¶ Oratio beati Auguſtini prout ſcribitur in quibuſdam libris continens ſub compēdio totam paſſionē domini noſtri ieſu chriſti.

Domine ieſu chriſte fili dei viui creator et reſuſcitator generis humani gratias tibi referimus licet indignas: ſed diuinā tibi deuotas et gratas qꝛ pro nobis miſeris de celis deſcēdiſti: ⁊ ex ſacra virgine maria carnē ſūpſiſti: de ipſa quoqꝫ naſci voluiſti infātie neceſſitates ſuſtinuiſti: carne fuiſti circūciſus a tribus magis adoratꝰ a matre in templo preſentatus in egyptū relegatꝰ ad patriā reuerſus in hieruſalē remanēs ⁊ doctores interrogans parētibus ſubditus: a iohāne famulo tuo baptizatꝰ ieiunio quadrageno attenuatus ter a demonio tēptatus itineribus fatigatus vigilijs fame ⁊ ſiti maceratus ꝑdicādo et diſputādo laſſatus a iudeis reprobatꝰ ſepiꝰ iniuriatus. inſtāte vero paſſione voluiſti cōtriſtari ⁊ meſtus eſſe vt verus hō pauere ſimul ⁊ tedere poſitis genibus ter patrē orādo in faciē ꝓcidere factꝰ in agonia guttas emittere ſanguineas pro ſudore a iuda denique fuiſti traditus ab ipſo fraudulēter oſculatꝰ ab ipſis cū impetu cōprehēſus vinculis quaſi latro ligatus ſolus ꝓfecto derelictꝰ diſcipulis metu fugiētibus ad pontificē annā adductꝰ ⁊ ibidem alapa ꝑcuſſus miſſus ab ipſo ad cayphā vinctus et ibi multipliciter deriſus in cōſilio iudeorum ſtatutus per falſos teſtes accuſatus morte turpiſſima condēpnatus ſputis facie contaminatus obprobrijs laceſſitus: contumelijs affectus facie velatus colaphis ceſus palmis iterū percuſſus ī vltimo blaſphema tus vinctus pilato tradit⁹ ad mortē īſtant accuſat⁹ herodi a pilato miſſ⁹ ⁊ ibi nihilominꝰ crimīat⁹ ab herode ⁊ exercitu ſuo ſpret⁹ alba veſte indutus. ad pilatū remiſſus nud⁹ ad colūpnā iuſſu pilati ligatus vſq; ad ſanguinem acriter flagellat⁹ ab eodē morti adiudicatus ad crucifigendum militib⁹ traditus a quibus iterū exutus veſte purpurea indutus corona ſpinea coronat⁹ arūdine pro ſceptro inſignitus genuflexo ſalutatus irridentē rex noiatus tertio alapis ceſus iterū facie conſputus arundine capite ꝑcuſſus veſte purpurea exutus. Ligno crucis onerat⁹ ad paſſionis locum adductus ibi mirrato vino cū felle potatus veſte ꝓpria tertio exutus in cruce demū extenſus clauis manibus ac pedib⁹ cōfixus et cū ſceleratis reputat⁹ a preterēūtib⁹ quoq; et aſtātibus pendēs i cruce denuo blaſphematus clamās vt quid dereliquiſti me deus. Tandē ſitiēs aceto potat⁹ inclinato capite mortuus lancea latere vulneratus vnde ſāguis exiuit quo redempti ſum⁹ et aqua baptiſmatis qua renati ſumus. Sero de cruce depoſitus in monumēto a ioſeph ſepult⁹ reſurgēs autē die tertio tuis appꝑuiſti quadrageſimo celos aſcendiſti: ſedēs ad dexterā patris promiſſum ſpiritū ſanctū miſiſti cū eris in iudicio redditurus pro meritis bonoꝝ vel malū. Per hec igitur que ſuperius memorauimus que per ſingula frequētando hūilit recolimus ꝑ ſanctā dilectionē qua diligis beatam mariā matrē tuā ⁊ per illā dilectionem qua ipſa te diligit ſuꝑ oēm creaturā ꝑ compaſſionē qua tu reſpexiſti eā iuxta crucē flētem et ꝑ illā cōpaſſionē qua te reſpexit i cruce pendentē ꝑ preces et merita triūphantis ⁊ militantis eccleſie. et per illa oia q̄ de te pia et indubitata fide credim⁹. te dn̄e de⁹ ſuppliciter exoram⁹ et deuota mēte attenci⁹ obſecramus. vt ſicut vere credim⁹ hec te paciēter ſuſtinuiſſe ꝓ nobis ſic per gratiā tuā noſtri ſēper miſereri digneris et cūctis nobis affectū tribuas et facultatē aliq̄d tolerādi ꝓ te. q̄ tāta pati dignat⁹ es ꝓ nobis ad honorē bn̄dicti nois tui. et aīa ꝑ nr̄a ꝑ ſalutē et ſic curſum vite noſtre ad volūtatē tuā diſponas et ad optatū finē ſalubriter nos perducas: vt poſt mortē cicius a penis clementer erepti ſuſcipiamur ad eternā gloriam regni tui dieq; vltimo inter electos tuos cōnumeremur. et cū eiſdē ad celeſtē patriā perducamur. Amē. Ꝟ. Ad laudē et gloriā maieſtatis diuine. glorioſam dei filij recolim⁹ paſſionē.

Oremus.

Omīps ſempiterne deus da nobis ita dominice paſſionis ſacramenta peragere vt omnium peccatorum noſtroꝝ veniam et bene viuendi gratiam: et poſt huius vite decurſum. gloriam conſequi mereamur. eternam. Per eundem xp̄m dn̄m noſtrū. amen

¶ Hanc orationē ſequentem fecit ſanctus Bonifacius papa quartus. et conceſſit omnibus vere confeſſis et contritis qui dictam orationem deuote dixerit coram crucifixo vel corpore chriſti viginti diebus continuatis. viceſima die plenam remiſſionem omnium peccatorum quotienſcunq; dixerit.

Gratias tibi ago dn̄e ieſu xp̄e q̄ voluiſti ꝓ redēptiōe mūdi a iudeis reprobari. a iuda traditore oſculo tradi vinculis alligari: ⁊ ſicut agnus innocens ad victimā duci atq; conſpectibus anne cayphe pilati ⁊ herodis indecēter offerri a falſis quoq; teſtibus accuſari flagellis et opprobriis vexari: ſpinis coronari ſputis conſpui colaphis cedi clauorū aculeis perforari in cruce leuari. inter latrones deputari felle et aceto potari crucifigi et poſtremo mori lācea quoq; vulnerari. Tu dn̄e ieſu xp̄e ꝑ has ſanctiſſimas penas ⁊ pijſſimimas plagas tuas ⁊ per oēs paſſiōes quas ꝓ nobis miſeris pctōribus ſuſtinuiſti et quas ego indignus ſeruus tuus recolo et per ſanctiſſimam crucem tuam et per ſanctiſſimum ſanguinē tuum miſerere mei et libera me ab oibus penis inferni ⁊ ab oibus inſidijs laqueis et tēptationibus demonū ⁊ ab oi malo corporis et aīe ⁊ ſalua me. N. famulū tuū hodie et in oi tēpore ac etiā fūdatores amicos et benefactores meos: necnō ⁊ oēs q̄ ſe meis orationibus cōmendauerunt ⁊ mei memoriā faciunt in ſuis orationibus ⁊ oēs fideles chriſtianos a criminib⁹ ⁊ a pctis oib⁹ emūda et cōſerua et virtutib⁹ illuſtra ⁊ i bonis operib⁹ multiplica et ꝑ ſctām crucē tuā ſalua me ſemꝑ ⁊ cuſtodi ⁊ illuc ꝑduc nos miſeros pctōres quo ꝑduxiſti tecū crucifixū latronē te cōfitētē ſaluatorē mundi. q̄ cū patre ⁊ ſpū ſctō vi. ⁊ reg. deus ꝑ oia ſecula ſeculoꝝ. Amen. Pater noſter. Aue maria.

Auxilietur mihi dn̄e ieſu xp̄e oēs paſſiones tue et defendāt me ab oi dolore ⁊ anguſtia ab oi luctu ⁊ miſeria ab oi īpugnatione corpis ⁊ aīe. Scio enī q̄d in quacunq; die harū paſſionū memoriā hūero ſalu⁹ ero. Et ideo de tua pietate cōfiſus ꝑ tuas pijſſimas paſſiones te deprecor vt me famulum. N. celeſti auxilio cuſtodias et in tua ꝓtectione defendas. Qui cum patre ⁊c.

¶ Oratio venerabilis Bede preſbyteri de ſeptem verbis dn̄i ieſu xp̄i in cruce pendentis.

Domine ieſu chriſte fili dei viui q̄ ſeptē verba in vltimo vite tue in cruce pendens dixiſti: vt ſemꝑ illa ſacratiſſima verba ī memoria haberem⁹. Rogo te ꝑ virtutē illoꝝ verborū vt mihi ꝑcas quicq̄d peccaui aut de ſeptē pctīs mortalib⁹ cōmiſi. ſ. de: ſuꝑbia / inuidia / ira / accidia / luxuria / auaricia / et gula. Dn̄e ſicut tu dixiſti. Pater ignoſce crucifigētibus me: ita fac me amore tuo vt ego parcā cunctis michi malefaciētibus. Et ſicut tu dixiſti latroni hodie mecū eris ī paradiſo. Fac me ita viuere vt in hora mortis mee michi dicas hodie mecum eris in paradiſo. Et ſicut tu dixiſti matri tue. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Deinde dixiſti diſcipulo tuo. Ecce mater tua. Fac vt matri tue me ſociet amor tuus et caritas tua. Et ſicut tu dixiſti. Hely hely lamazabathani. Quod ſignificat Deus meus de⁹ me⁹ vt quid dereliquiſti me: fac me dicere in omni tēpore tribulatiōis mee et anguſtie. Pater mi dn̄e miſerere michi peccatori / adiuua me ꝛ dirige me rex meus ꝛ deus meus: q̄ me tuo precioſo ſanguine redemiſti. Et ſicut tu dixiſti ſitio: ſcȝ ſalutē animarū ſanctarū que ī limbo fuerūt aduētū tuum expectātes. Fac vt ego ſitiā te ſemꝑ diligēdo fontē aque vite fōtem eterni luminis toto deſiderio cordis mei ad te amādū. Et ſicut tu dixiſti: pater in manus tuas cōmēdo ſpiritū meū / fac vt in obitu meo ꝑfecte libere poſſim tibi dicere. Pater in man⁹ tuas cōmēdo ſp̄m meū. Reſpice me venientē ad te: qȝ nūc cōſtituiſti tēpus meū. Et ſicut tu dixiſti. Cōſūmatū eſt. Quod ſignificat labores et dolores quos ꝓ nobis miſeris peccatoribus ſuſtinuiſti ſiue ſuſcepiſti et paſſus fuiſti iā finiſti. Fac vt audire merear illā dulciſſimā vocem tuā dicentē mihi Veni amica mea ꝛ dilecta mea: qȝ iam diſpoſui petitiones tuas cōſummari: veni mecum vt ſedeas cum angelis et ſanctis meis in regno meo epulari iocūdari ꝛ cōmorari ꝑ īfinita ſeculoꝝ ſecula. Amē. ¶ Salutatio ieſu xp̄i. Aue benigniſſime ieſu chriſte grā plenus: mīa tecum: benedicta paſſio vulnera ꝛ mors tua ꝛ bn̄dictus ſanguis vulnerū tuoꝝ. Amē. Magna grā ē ī iſta ſalutatiōe. ¶ Iſtud ſequēs euangeliū paſſionis xp̄i fuit cōpoſitum ꝑ dn̄m papā iohānē. xxij. auinionen̄. tercia die ante obitū ſuū ꝓ quo cōceſſit oīb⁹ vere cōfeſſis et contritis illud deuote dicentibus vel audientibus. ccc. dies indulgētie totiens quotiens dixerint vel audierint.

Paſſio dn̄i noſtri ieſu chriſti ſcd̄m iohānem. In illo tempore apprehendit pilatus ieſum et flagellauit eum ꝛ milites plectentes coronā de ſpinis ꝛ impoſuerunt ſuꝑ caput eius et veſte purpurea circundederūt eum et illudentes veniebant ad eum dicētes Aue rex iudeoꝝ. Et dabant ei alapas expuētes in eum. Acceperunt etiā arundinem et ꝑcutiebant caput eius. Suſceperūt aūt milites ieſum et baiulabāt ſibi crucē et exiuit ī illum locū qui dicit̄ caluarie ꝛ ibi crucifixerūt eum et cum eo alios duos hinc ꝛ hinc mediū autem ieſum. Poſtea ſciens ieſus omīa que ventura erant illi dixit Sicio. Illi aūt ſpōgeam plenā aceto yſopo circumponentes obtulerunt ori eius: et cū guſtaſſet noluit bibere ſed dixit. Conſummatū eſt. Et inclinato capite emiſit ſp̄m. Et ſtatim terra ꝯtremuit ꝛ ſol obſcurat⁹ eſt. ꝛ velū tēpli ſciſſum eſt ꝛ petre ſciſſe ſunt ꝛ monumēta aperta ſunt. ꝛ q̄ dormierāt ſurrexerūt. Que cū vidiſſet cēturio dixit vere filius dei erat iſte. Tandem vnus militū. lancea lat⁹ ei⁹ apperuit. ꝛ cōtinuo exiuit ſanguis et aqua. Et q̄ iſta vidit teſtimoniū ꝑhibuit. et ſcim⁹ qȝ verū eſt teſtimoniū ei⁹. Dn̄s vobiſcū ꝛc. Oremus.

Domine ieſu xp̄e. qui manus et pedes tuos et totū corp⁹ tuū ꝓ nobis peccatoribus in ligno crucis poſuiſti et coronam ſpineam a iudeis in deſpectu tui ſacratiſſimi corporis ſuꝑ caput tuū īpoſitā ſuſtinuiſti. et quinq̄ vulnera ꝓ nobis pctōribus in crucis patibulo paſſus fuiſti. et nos de ſacro ſanguīe tuo redemiſti. Da nobis q̄s dn̄e hodie. et quotidie vſū penitētie. abſtinētie. paciētie. hūilitatis. obediētie. et caſtitatis. lumen ſenſum et intellectum verāq̄ ſciētiā. rectā fidē ſpem firmā et caritatē perfectam vſq̄ in finem ac remiſſionē oīm peccatorū noſtroꝝ ſaluator mūdi. Qui cum deo patre.

Ihesu yat art heuen kyng. Soyfaſt god et man alſo. Graunt me grace of good endyng. And hē yat. I am holdyn to. Ieſu lorde as thin madeſt me and with thy bleſſfull blood me bouȝt. Forȝyue yat. I haue grewyd ye. In worde in in werkȝ et euyl thought. Iheſu in whom is all my truſte. yat dideſt vppon ye rood tre. with drawe my hert fro fleſcely luſte and fro wordeli vanite. Ieſu criſt tho the I call. That art lorde full of miȝt. Kepe me clene yat. I ne fall In fleſchly ſyne as. I haue hiȝt. Iheſu for yi woundys ſwert. On foot et on hādis alſo Thow makȝ me mekȝ et low of hert and ye to loue as I ſchulde do theſu for that worthi wonde that wente yn to yin hert roote. For ſyne yat haþe my ſowl bonde thi bliſſfull blood mot be my boote. Jeſu yat dideſt vpon the rode. Only for the loue in me And bouzt me with yine preciouſe blood Haue yites mercey on me and if ouzt let me lorde for to loue the leeſ or loue if yat it be I praye ye lorde be reve it me. Amen.

¶ Femina quedã ſolitaria et recluſa numerum vulnerũ chriſti ſcire cupiẽs orauit deum vt ſibi reuelaret. Et dixit ei deus. Corporis mei vulnerã tot extiterũt que ſi veneratione aliqua pſequi volueris xv. Pater nr̃. et xv. Aue maria dicas quotidie p vnũ annũ ſicq̃ ãno reuoluto vnũqdq̃ venerabilit̃ ſalutabis

O Jeſu chriſte eterna dulcedo et amãtiũ iubilus excedẽs omẽ gaudiũ et omẽ deſideriũ ſalus & amator peccatorũ qui delicias tuas teſtatus es eſſe cũ filijs hoim̃ ꝓpter hominẽ homo factus es in fine tpm. Memẽto ois ꝑmeditatiõis et intimi meroris quẽ habuiſti in humano corpe inſtãte ſaluberrime paſſiõis tue tẽpore in diuino corde ab eterno preordinato: memẽto triſticie & amaritudinis quam in animis teipſo atteſtãte habuiſti qñ in vltima cena diſcipulis tuis corp⁹ & ſanguinẽ tuũ tradidiſti pedes eorũ lauiſti: ac dulciter eos conſolãdo iminentẽ paſſionẽ tuam predixiſti: memẽto ois tremoris anguſtie et doloris quẽ in tuo corpore delicato ante paſſionẽ crucis tue ptuliſti quãdo poſt trinã orationẽ et ſanguineũ ſudorẽ a diſcipulo tradebaris ab electa gente capiebaris a falſis teſtibus accuſabaris a tribus iudicib⁹ iniuſte iudicabaris in electa ciuitate in paſcali tpe i florida corporis tui iuuẽtute innocẽter dãpnabaris veſtibus ꝓprijs exuebaris veſtibus alienis induebaris. colaphizabaris oculis et facie velabaris: alapis cedebaris: ad colũpnã ligabaris flagellabaris ſpinis coronabaris: arundine capite feriebaris Da michi q̃ſo ob memoriã harũ paſſionũ verã ante mortẽ meã contritionem purã confeſſionẽ dignam ſatiſfactionẽ et oim peccatorũ meorũ remiſſionẽ.

O Jeſu mũdi fabricator quẽ nulla dimẽſio veris in termino metitur qui terram palmo cõcludis. Recordare amariſſimi doloris quẽ ſuſtinebas cũ ſctiſſimas man⁹ tuas ad crucẽ obtuſis clauis pernicioſi affixerunt et ad pforandũ delicatiſſimos pedes tuos cũ non eſſes cõuenientes voluntati eorũ dolorem ſup dolorẽ vulnerib⁹ tuis addiderunt et ita crudeliter te laniauerũt et extenderũt i lõgum et latũ crucis tue vt diſſoluerẽt cõpagines mẽbrorũ tuorũ. Deprecor te per hui⁹ ſacratiſſime amariſſimi in cruce doloris memoriã vt des michi timorẽ tuũ et amorẽ.

O Jeſu celeſtis medice recordare languoris liuoris et doloris quos in alto crucis patibulo leuatus paſſus es in oib⁹ dilaceratis mẽbris tuis: quorũ nullũ in ſuo ſtatu recto permanſerat: ita vt null⁹ dolor ſimilis tuo dolori inueniret q2 a plãta pedis vſq; ad verticem capitis non fuit in te ſanitas: & tũc oim dolorũ imemor patrẽ pro inimicis pie exoraſti dicens. Pater ignoſce illis q2 neſciunt quid faciũt. Per hanc miſericordiã & ob memoriã illi⁹ doloris cõcede vt hec memoria paſſionis tue amariſſime ſit oim peccatorũ meorum plena remiſſio. Amen.

O Jeſu libertas angelorũ paradiſus deliciarum. Memẽto terroris et horroris quos ſuſtinebas quãdo omẽs inimici tui quaſi leones ferociſſimi te circũſteterũt et colaphizatiõibus conſputatiõibus vngulationibus ceteriſq; inauditis penis te moleſtauerũt et per oia ꝯtumelioſa verba. dira verbera duriſſimaq; tormenta. Dñe ieſu chriſte per penas quibus te omẽs inimici tui afflixerũt deprecor te vt liberes me ab oibus inimicis meis viſibilibus & inuiſibilibus et dones michi ſub vmbra alarum tuarum protectionẽ ſalutis inuenire amen.

O Jeſu ſpeculũ claritatis eterne: memẽto illi⁹ meroris quẽ habuiſti quãdo in ſpeculo ſereniſſime maieſtatis tue ꝯſpexiſti predeſtinationẽ electorũ tuorũ p merita paſſionis tue ſaluãdorũ et ĩprobationẽ maiorũ in multitudine dãpnandorũ et per abiſſũ miſerationis tue qua nobis pditis & deſperatis peccatorib⁹ tunc cõdoluiſti et pcipue quãdo latroni in cruce exhibuiſti dicẽs hodie mecũ eris i paradiſo. Rogo te pie ieſu vt facias mecũ miam tuã nũcq; in hora mortis mee amẽ.

O Jeſu rex amabilis amice et tot⁹ deſiderabilis: memẽto meroris quẽ habuiſti qñ nudus & miſerabilis pepẽdiſti in cruce et oẽs amici tui & noti aduerſum te ſteterunt et nullũ cõſolantẽ inueniebas / niſi ſolũmodo dilectã genitricẽ tuã in amaritudie tibi fideliſſime aſtantẽ cui dilectũ tibi diſcipulũ in filiũ prouidiſti dicẽs. Mulier ecce fili⁹ tuus & quã diſcipulo tuo cõmẽdaſti dicẽs. Ecce mat̃ tua Rogo te pie ieſu per gladiũ doloris qui tunc eius aĩam ptrãſiuit vt cõpatiaris michi i oibus tribulatiõibus meis corpalibus et ſpiritualib⁹ et da michi cõſolationẽ i oi tpe tribu lationis amen.

O Jeſu fons inexhauſte pietatis qui ex intima dilectionis affectu in cruce pendēs dixiſti ſitio: ſcʒ ſalutē humani generis accende queſo noſtrū deſideriū ad omne opus perfectū et ſitim carnalis cōcupiſcētie et eſtum mundane delectationis in nobis penitus refrigera et extingue amen.

O Jeſu dulcedo cordium ingenſqʒ ſuauitas mentiū per amaritudinē aceti ⁊ fellis quod pro nobis ſuſtinuiſti et guſtaſti i hora mortis tue ꝯcede nobis corp⁹ et ſanguinē tuum digne percipere ad remediū ⁊ conſolationē animarū noſtrarum amen.

O Jeſu regalis virtus iubiluſqʒ mētalis. Memento anguſtie et doloris quē paſſus es quādo pre mortis amaritudie et iudeorum inſultatiōe cū magna voce te a deo patre derelictū clamaſti dicēs. Deus meus de⁹ meus vt quid dereliquiſti me. Peto per hāc anguſtiā vt in anguſtijs mortis noſtre nō derelinquas nos dn̄e deus noſter. amen.

O Jeſu alpha et oo et virtus in oī medio. Recordare quod a ſummo capitis vſqʒ ad plantā pedis te pro nobis in aquas paſſionis dimerſiſti ꝓpter latitudinē et magnitudinem vulnerū tuorū doce me per verā caritatem latum mandatū tuum in peccatis intimis dimerſum amen.

O Jeſu abyſſus ꝓfūdiſſime mīe ꝓpt̄ profunditatē vulnerū tuorū que trāſierūt carnē tuam medullā oſſiū ac viſcerū tuorū. Rogo te vt me ſubmerſum i peccatis erigas et abſcondas me in foraminibus vulnerum tuorum a facie ire tue donec pertranſeat furor tuus dn̄e amen.

O Jeſu veritatis ſpeculū vnitatis ſignū caritatis vinculū. Memento innumerabiliū vulnerū tuorū multitudinē quibus a ſūmo capitis vſqʒ ad imū pedis vulnerat⁹ fuiſti et ab impijs iudeis crudeliter lacerat⁹ fuiſti et ſāctiſſimo ſanguie tuo rubricat⁹. O quā magnitudinē doloris in virginea carne tua pro nobis protuliſti. Pie ieſu quid vltra debuiſti facere quod nō feciſti. Scribe pie ieſu oīa vulnera tua in corde meo precioſiſſimo ſanguine tuo vt in illis legā tuum dolorē et amorē vt in graciarum actione vſqʒ in finem vite mee iugiter perſeuerem amen.

O Jeſu leo fortiſſime rex imortalis ⁊ inuictiſſime. Memēto doloris quem paſſ⁹ es cum omnes vires cordis et corporis tui tibi penitus defecerunt et inclinato capite dixiſti conſūmatū eſt. Per hanc anguſtiam ⁊ dolorem miſerere mei in vltima conſūmatiōe exitus ſpiritus mei cum anima mea anxiata fuerit et ſpiritus meus cōturbat⁹ amen.

O Jeſu vnigenite altiſſimi patris ſplēdor et figura ſubſtātie ei⁹. Memēto ſubnixe cōmendationis qua ſpiritum patri cōmēdaſti dicens. Pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meū ⁊ lacerato corpe rupto qʒ corde cū valido clamore patefactis viſceribus miſericordie tue pro nobis peccatorib⁹ redimendis expiraſti. Per hanc precioſiſſimā mortē tuam deprecor te rex celorū conforta me ad reſiſtendum diabolo mūdo carni et ſanguini vt mundo mortu⁹ tibi viuā et in nouiſſima hora exitus mei ſuſcipe ad te reuertentē ſpiritū meū exulem et ꝑegrinū amen.

O Jeſu vitis vera et fecunda. Memento ſuperefluentis ⁊ abundātis effuſionis ſanguinis tui quem tu ſicut de botro expreſſo copioſe effudiſti quando in cruce torcular ſolus calcaſti: et ex lancea militari ꝑfoſſo latere nobis ſanguinē ⁊ aquam propinaſti ita vt nec minima gutta in te remaneret tunc demum quaſi mirrhe faſciculus in altū ſuſpēſus fuiſti: et delicata caro tua euanuit et liquor viſcerum tuorū exaruit et medulla oſſium tuorū emarcuit. Per hanc amariſſimā paſſionem tuā ⁊ precioſiſſimi ſanguinis tui effuſionē. O dulcis ieſu vulnera cor meum amore tuo vt penitentie et amoris lachrime ſint michi panes die ac nocte et conuerte me totaliter ad te vt cor meū tibi ꝑpetuo fiat habitabile et cōuerſatio mea tibi ſit placita ⁊ accepta et finis vite mee ita laudabilis vt poſt huius vite terminū te merear laudare cū oībus ſanctis tuis ineternū amen. Oratio.

Gratias tibi ago dn̄e ieſu xp̄e ꝙ paſſionem tuā ichoaſti potēter tuā crucē baiulaſti hūiliter: et huic inixus fuiſti patiēter in hac ſctā cruce pepēdiſti grauit̄ ac vulneratus penalit̄ loq̄baris icōſolabilit̄ fleuiſti acriter vociferaſti viriliter vniuerſe vene tue confracte ſunt integraliter tuūqʒ ſanguinē effudiſti largiter atqʒ pro me ſubiſti mortē acerbiſſimā indubitāter. Sic recōmendo me domine ieſu chriſte in hūc amorē quē tu exiſtens predicaſti per orbem atqʒ recōmendo me domine ieſu chriſte in tuarū paſſionū virtute ⁊ et tue ineffabilis miſericordie ꝓfūditatē. Jeſu chriſte et deus pater et dn̄e ꝓpter honorē tui ſancti nominis ⁊ propter imenſitatē tue ineffabilis miſericordie pietatis. Fac me euitare oē peccatū ⁊ oē quod in me moleſtū ſiat et omne quod animā meā maculat. Permitte te me reminiſci anxietates tue amariſſime moꝛtis tua ſanctiſſima vulnera i me frequēter gerēdo vt ſic apud te domine inueniar ꝓmerendo. Defende me piiſſime dñe a gehenne incēdiis vt ſic apud te pꝛotectus tibi ſemꝑ aſſim in gaudiis animā meam pꝛotege tua pꝛotectione ſemꝑ quam redemiſti dñe tuo ꝓcioſiſſimo ſanguine amen.

¶ Oꝛatio bona et deuota oibus dicētib⁹ illā cum deuotione quotidie.

DEus pater oīpotēs et filius ⁊ ſpūſſanctus da michi N. famulo tuo victoꝛiā contra inimicos meos vt non poſſint nocere mihi nec reſiſtere nec ꝯtradicere: ſed dirigas virtus coꝛum et conſiliū in bonum. Tu deus ſis foꝛtitudo mea ⁊ clipeus defenſionis mee et turris immobilis ꝓtectionis mee quatin⁹ diſpergātur ⁊ confundantur oēs aduerſarii mei deus abꝛahaam / deus yſaac / de⁹ iacob / deus omniū beneviuentiū libera me N. famulum tuū de oībus peccatis meis de anguſtiis de tribulatiōibus de neceſſitatibus ⁊ de periculis meis da mihi robur foꝛtitudinem et pſeuerantiā in bonis ⁊ ſermonē rectū ⁊ beneſonantē in os meū vt placita ſunt oīa verba mea oībus me vidētibus et audientib⁹ et inueniam gratiam ⁊ auxiliū in oībus petitionibus meis. Propheta clamat apoſtolus dicit chꝛiſtus in ſe confidentes ſanat chꝛiſt⁹ regnat chꝛiſtus vincit chꝛiſtus dignetur me eſſe triumphatoꝛē oīm aduerſarioꝛū meoꝝ vt nō timeam quid faciat michi homo pſalmus. Deus in noīe tuo. Deus miſereaẗ noſtri. Ab hoſte viſibili ⁊ inuiſibili libera me domine ieſu chꝛiſte qui in cruce ſuſpenſus fuiſti: et lancea latus perfoꝛari permiſiſti et de precioſo ſanguīe tuo me redemiſti. Et ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis ardentis. et ſicut liberaſti danielē de oꝛe leonū. et ſicut liberaſti ſuſannam de falſo crimine. et ſicut exaudiſti mariā magdalenā peccatricē et dimiſſa ſunt ei peccata multa ita dñe libera me. N. famulū tuū ab oī opere malo ꝓſenti pꝛeterito et futuro. Et exaudi me in oībus depꝛecationibus meis et de neceſſitatibus et periculis libera me dñe ihesu chꝛiſte. Qui cū patre ⁊c. Pater noſter. Aue maria. et Credo in deū. ¶ Pꝛo ad expellendū oēs noxias et vanas cogitationes ſacerdotis celebꝛaturi ante miſſam deuota oꝛatio.

SUmme ſacerdos et vere pontifex domine ihesu xpē q̄ te obtuliſti deo patri hoſtiam purā et imaculatā in ara crucis pꝛo nobis miſeris peccatoꝛibus. quiq̄ dediſti nobis carnē tuā ad manducandū et ſanguinē tuū ad bibendum. Rogo te per hanc mirā et ineffabilē caritatem qua nos miſeros et indignos peccatoꝛes ſic amare dignatus es vt lauares nos a peccatis noſtris in ſanguine tuo. doce me indignum ſeruū tuū quem etiam ad ſacerdotale officium nullis meis meritis. ſed ſola miſeratione tue vocare dignatus es. Doce me queſo per ſpiritum ſanctum tuum tractare miſterium ea reuerentia et deuotione. eo timoꝛe et honoꝛe quibus oppꝛtet et decet. Fac me dñe deus me⁹ per gratiā tuā ſemper de tāto miſterio digne credere et intelligere. ſentire. firmiter et tenere dicere et cogitare quod tibi placeat ⁊ expedit anime mee pꝛopter magnam clemētiā tuam concede michi indigno miſtro tuo miſſaꝝ ſollēnia puro coꝛde et munda mēte ſemꝑ celebꝛare libera coꝛ meū ab imundis ⁊ nefandis a vanis et noxiis cogitationibus et maxime in hoꝛa ſanctiſſimi ſacrificii tui. Per virtutē tanti miſterii et per manum ſancti angeli tui repelle a me et a cunctis ſeruis tuis duriſſimū ſpm ſuperbie et cenodoxie inuidie ⁊ blaſphemie foꝛnicatōis et imūdicie dubitatis et diffidētie. Moꝛtifica in membꝛis meis carnis ſtimulos oēſq̄ libidinoſas ꝯmotiōes et da mihi verā et ꝑpetuam caſtitatem cū ceteris virtutibus que tibi placent in veritate vt ſacrificium laudis caſto coꝛpoꝛe et mūdo coꝛde valeam quotidie tibi offerre. Quis enim digne hoc celebꝛare poteſt niſi tu deus oīps offerentē feceris dignū. Scio et vere ſcio et idipſum bonitati tue confiteoꝛ qđ non ſum dignus accedere ad tantū miſteriū ꝓpter nimia pctā mea et negligētias meas infinitas Sed ſcio ⁊ veraciter credo et cōfiteoꝛ qꝛ tu potes me facere dignū q̄ de indignis dignos et de imūdis mūdos et de pctōꝛibus ſctōs facis et iuſtos. Per hāc igiẗ oīpotētiā tuā te rogo cōcede mihi pctōꝛi hoc celeſte ſacrificiū ſemꝑ celebꝛare cū timoꝛe et tremoꝛe cū coꝛdis puritate et lacrimarum fonte cū leticia ſpirituali, et gaudio celeſti. Sentiat mēs mea dulcedinē beatiſſime pꝛeſentie tue ⁊ excubias ſctōꝛum angeloꝝ tuoꝝ in circuitu meo. Suſcipe illud queſo ſūme paſtoꝛ ꝓ eccleſia tua ſācta ꝓ populo tuo quē adquiſiſti ꝓcioſo ſanguine tuo. Aufer a nobis dñe ꝓ tua ſctā mīa oēs iniquitates noſtras et ignē ſcti ſpūs in nobis clementer accēde. Aufer coꝛ lapideū de carne noſtra et da nobis coꝛ carneū qđ te timeat te amet: te diligat: in te delecteẗ: te ſequaẗ: te ꝑfruatur. Rogamus etiā te o bone ieſu ⁊ per ſpiritibus parentũ meoꝝ fratrũ ſoroꝝ amicoꝝ et bñfactoꝝ meoꝝ ⁊ olim fideliũ defunctoꝝ vt ſit illis ſanitas ſalus gaudiũ req̄es et refrigeriũ hoc magnũ pietatis ſacramẽtũ. Panis dulciſſime: panis ſcientie panis viue panis pulcher panis mũde qui dixiſti ore tuo ſancto et vero panis quẽ ego dabo caro mea eſt ꝓ mũdi vita. Si qͥs mãducauerit ex hoc pane viuet ineternũ: ſana queſo palatũ cordis mei vt ſentiã ſuauitatẽ amoris tui. Sana me ab oĩ languore et dolore vt nullã ꝑter te ſenciã dulcedinẽ. Intra in aĩam tuã et ſctifica me intus et exterius et mũda me ab omĩ inquinamẽto carnis et ſpũs. Supplex obſecro dulciſſime dñe ieſu xp̄e miſericordiã tuam reſpice ⁊ mihi miſero miniſtro tuo miſerere ſacrificatorẽ purifica et ſacrificium ſanctifica. Deus pr̄ audi me ⁊ quicq̄d eſt in me cõtra te aufer a me apta me tuo ſctõ ſeruitio ⁊ me miniſteriũ idoneũ ꝑfice et annue, vt que tibi placita ſunt inter hec ſancta miſteria ual poſtulem et queq̃ꝫ poſtulauero tua dñe benigniſſima perfice queſo nam tibi honor tibi gloria in ſempiterna ſecula. Amẽ. ¶ Fertur qđ dominus ieſus chriſtus cuidã clerico apparuit et inſtruxit eũ, vt iſto modo, cotidie eũ ſalutaret atq̃ matrẽ eius.

AVe ieſu xp̄e verbũ patris filius virginis agnꝰ dei ſalus mũdi hoſtia ſacra vera caro fõs pietatis. Aue virgo dei quã naſci et de cuiꝰ lacte paſci rex celoꝝ voluit. Aue dñe ieſu xp̄e laus angeloꝝ gloria ſanctorũ viſio pacis deitas integra verus homo flos et fructus virginis matris. Aue virgo vt ſupra. Aue ieſu xp̄e ſplendor patris ꝑnceps pacis ianua celi panis viuꝰ virginis partꝰ vas puritatis. Aue virgo ⁊c. Aue dñe ieſu xp̄e lumẽ celi preciũ mũdi gaudiũ noſtrũ angeloꝝ panis iubilus cordis rex et ſponſus virginitatis. Aue virgo ⁊c. Aue dñe ieſu xp̄e via dulcis veritas ſũma ꝑmiũ noſtrũ caritas vera fons amoris pax dulcedo requies noſtra vita perennis. Aue virgo de quã naſci et de cuius lacte paſci rex celorum voluit.

¶ Fertẽ qđ dñs papa iohãnes conceſſit cuilibet cõfeſſo et cõtrito quotiẽs hãc orõnẽ dixerit de indulgentia pardorum tria milia dierũ et eſt dicenda hec oratio inter eleuationẽ corporis xp̄i ⁊ primum agnus dei.

ANima ieſu xp̄i ſanctifica me. Corpꝰ ieſu xp̄i ſalua me. Sanguis ieſu xp̄i inebria me. Aq̄ lateris ieſu xp̄i laua me. Paſſio ieſu xp̄i cõforta me. Sudor ieſu xp̄i ſanguinee mũdifica me. Crux xp̄i ieſu fortifica me. Mors ieſu xp̄i viuifica me. O bone ieſu xp̄e audi me et ne ꝑmittas me ſeparari a te. Ab hoſte maligno defẽde me. In hora mortis voca me et pone me iuxta te. Vt cum angelis tuis laudẽ te in ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ Fertẽ etiã qđ cuilibet cõfeſſo et cõtrito dicenti hanc orationẽ ſequẽtẽ inter eleuationẽ corporis xp̄i et agnus dei, cõcedunt duo milia annoꝝ ꝑ dñm papam Bonifaciũ ſextum ad ſupplicationẽ philippi regis francie.

DOmine ieſu xp̄e fili dei viui qui hanc ſacratiſſimã carnẽ ⁊ hũc precioſũ ſanguinẽ de glorioſe virginis vtero aſſũpſiſti ⁊ eundẽ precioſum ſanguinẽ de ſctiſſimo latere tuo in ara crucis ꝓ ſalute noſtra miſericordiẽ effudiſti ⁊ in hac glorioſa carne a mortuis reſurrexiſti et ad celos aſcendiſti et iterũ venturꝰ es i eadẽ carne iudicare viuos et mortuos libera me ꝑ hoc ſacroſanctũ corpꝰ tuũ quod mõ in altari tractatur et totũ populũ xp̄ianũ ab oibus imundiciis mẽtis ⁊ corporis et ab oibus malis periculis vniuerſis preteritis pñtibus ⁊ futuris. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate ſpũſſancti deus: ꝑ oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Orõ optima ad ſanctã mariã et ad ſanctũ iohãnẽ euãgeliſtã quã beatꝰ edmũdus cant. archiepũs dicere cõſueuit vt bono fine vitam terminaret nec eſt fraudatus a deſiderio ſuo

O Beata intemerata ⁊ ineternũ bñdicta ſingularis atq̃ incõparabilis virgo dei genitrix maria gratiſſimũ dei tẽpliũ ſpũſſcti ſacrariũ ianua regni celoꝝ: per quã poſt deũ totus viuit orbis terrarũ. Inclina aures tue pietatis indignis ſupplicationibus meis et eſto mihi miſerrimo pctõri pia in oibꝰ ſemꝑ auxiliatrix o iohannes beatiſſime xp̄i dñi noſtri ieſu familiaris amice q̇ ab eodẽ dño noſtro ieſu xp̄o virgo es electus et inter ceteros magis dilectꝰ atq̃ miſteriis celeſtibus vltra oẽs imbutus apoſtolus eiꝰ et euãgeliſta factꝰ es ꝑclariſſimꝰ. Te inuoco etiã cũ matre eiuſdẽ dei et dñi noſtri ieſu xp̄i et ſaluatoris noſtri vt mihi opẽ tuã cũ ipſa ferre digneris. O due gẽme celeſtes maria ſimul et iohannes memẽtote mei et miſeremini mei et eſtote amici mei. O duo luminaria diuinitus ante deũ lucẽtia veſtris radiis ſcelerũ meorũ effugate nubila. Vos eni eſtis illi duo in quibꝰ deꝰ pr̄ ꝑ filiũ ſuũ ſpecialiter edificauit ſibi domum et i qbꝰ ipſe dei filꝰ patris vnigenitꝰ ob ſinceriſſime virginitatis veſtre meritũ dilectionis ſue cõfirmauit ꝑuilegiũ: in cruce pẽdẽs vni veſtrũ ita dicẽs. Mulier ecce filius tuus

Deinde ad alterū. Ecce mater tua. In huiꝰ ergo ſacratiſſimi amoris dulcedine qua ita tunc ore dñico velut mater et filius adinuicē cõiuncti eſtis vobis duobus ego indignus et miſer pctõr hodie et ſemꝑ ꝯmēdo aiam meā et corpus meū: vt oibꝰ horis atqꝫ momētis intus et exterius firmi cuſtodes et pij apud deum interceſſores mihi exiſtere dignemini. Credo eni firmiter et fateor indubitanter qꝛ velle veſtrū velle dei eſt: et nolle veſtrū nolle dei eſt. Unde quicquid ab illo petieritis ſine mora obtinebitis. Per hanc ergo tam potentiſſimā veſtre dignitatis virtutem poſcite mihi a deo aie et corporis mei ſalutē. Agite queſo agite veſtris ſacris orationibus: vt cor meum inuiſere et inhabitare dignet ſpiritus almus qui me a cunctis viciorum ſordibus expurget virtutibus ſacris exornet et in dilectione dei et ꝓximi perfecte ſtare ꝯ ꝑſeuerare faciat et poſt huius vite decurſum perducat me ad gaudia electorꝝ ſuorū benigniſſimus paraclitus gratiarū largitor optimus. Qui cū patre et filio coeternus et conſubſtantialis viuit et regnat deus per cūcta ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Fertur qꝙ dum thomas glorioſus martyr cant. archieps. vij. gaudia tꝑalia cū nimia cordis exultatione et deuotione qualibet die diceret ob reuerentiā beate marie virginis glorioſe beata virgo maria ſibi apparuit eiqꝫ dixit. Cur de gaudijs que preterierunt tantū letaris et me honoras et de pꝛeſentibus gaudijs quē in celis habeo que durāt ꝑ perpetuo nõ gaudes nec letaris: nec me honoras. Gaude ergo et exulta mecum de ſeptem gaudijs ſequentibus.

Gaude flore virginali. honoreqꝫ ſpeciali tranſcēdens ſplēdiferū. Angelorū principatū. et ſctorꝝ decoratū dignitate munerꝝ. Gaude ſpōſa clara dei. nā vt clara lux diei ſolis dat lumie. Sic tu facis orbē vere. tue pacis reſplēdere lucis plenitudie. Gaude ſplēdēs vas virtutū cuius pēdēs eſt ad nutū tota celi curia. Te benignā et felicē iheſu dignā genitricē venerat i gloria. Gaude nexu voluntatis et amplexu caritatis iuncta ſic altiſſimo. Ut ad votū ꝯſequaris quicqꝫ virgo poſtularis a ieſu dulciſſimo. Gaude mater miſerorꝝ qꝛ pat ſeculorꝝ dabit te colentibus. Cōgruentē hic mercedē et felicē poli ſedem regnis i celeſtibꝰ. Gaude virgo mater xpi q̄ ſola meruiſti o virgo piiſſima. Eſſe tātē dignitatis vt ſis ſancte trinitatis ſeſſiõi proxima. Gaude virgo mater pura certa manēs et ſecura qḋ hec ſeptē gaudia. Nõn ceſſabūt nec decreſcēt ſꝫ durabūt ꝯ florebūt ꝑ etna ſcła.

O Sponſa dei electa mater dñi noſtri ieſu xpi bñdicta. Eſto nobis via recta. ad eterna gaudia. Ubi pax ē et gloria. Et nos ſemꝑ aure pia dulciſſima atqꝫ piiſſima. exaudi virgo maria. V. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. Ut digni. Oratio.

Domine iheſu xpe fili dei viui qui beatiſſimā genitricē tuā glorioſiſſimā virginē mariā ꝑpetuis et felicibꝰ gaudijs in celo letificaſti. cōcede ꝓpicius vt eiꝰ meritis et precibus continuis ſalutem et proſperitatem mentis et corporis cōſequamur et ad gaudia tua et eius eterna feliciter perueniamus. Qui viuis et regnas cū deo. ec.

¶ Deuota oratio ad ſanctam mariam.

O Mnis virtus te decorat: omnis ſanctꝰ te honorat / in celeſti patria
Omnes te benedicunt: et laudantes tibi dicunt / aue plena gratia.
Propter plagas ieſu chriſti: quas cruentas fles vidiſti / pro noſtra miſeria.
Fac nos dignos te videre: et videndo te gaudere / in perhēni gloria. Amen.

¶ Alia oratio ad ſanctam mariam.

Gloria ſanctorū decus angelorꝝ aue maria. Uiſita tuorū mentes famulorꝝ dulcis maria. O fons bonitatis noſtre paupertatis ſis memor maria. Sordes voluptatis eiꝰ prauitatis dilue maria. Nobis eue natis ſinum pietatis aperi maria. Ne nos pro peccatis ſimꝰ cū dāpnatis ſuccurre maria. Aue maria. ořo. Deus qui de beate marie ec.

Legitur de quodā ſancto viro religioſo noie Arnoldus beate marie virgini nimiū deuotus. Cui eadē virgo quadā nocte in ſōpnis apparuit et letaniā iſtam ſubſeq̄ntem factā in honore virginis marie mōſtrauit dicens. quod quicūqꝫ ſubſcriptam letaniam quolibet die deuote dixerit: magnū meritum et gaudium ſibi acquireret.

Kyrieleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrieleyſon. Chriſte audi nos. Pater de celis deus miſerere nobis. Saluator mundi ieſu chriſte fili dei viui miſerere nobis et adiuua nos ſecundū magnā miſericordiā tuā. Spiritus ſancte deus miſerere nobis. Scā maria excellētiſſima regina celorꝝ angelorum et hominū intercede ꝓ nobis. Sancta maria mater dñi noſtri ieſu xpi. ora ꝓ nobis ad ipſum dilectū filiū tuū dñm noſtrū iheſū xpm Sancta maria virgo beatiſſima. intercede ꝓ nobis. Sancta maria. clemētiſſima dña in tercede ꝓ nobis. Sācta maria benignissima consolatrix miseroꝝ ad te cōfugientiū intercede ꝓ nobis. Sancta maria pietate plenissima et oī dulcedine suauissima intercede pro nobis. Sancta maria mater regis eterni intercede ꝓ nobis. Sācta maria pulcritudo angeloꝝ intercede ꝓ nobis. Sctā maria flos patriarcharꝝ intercede ꝓ nobis. Sancta maria desideriū ꝓphetarū ora ꝓ nobis. Sācta maria thesaur⁹ apostoloꝝ. oꝝ. Sctā maria laus martyrū. oꝝ. Sctā maria dulcedo confessoꝝ. oꝝ. Sctā maria decus virginū. oꝝ. Sctā maria castitatis exēplū. oꝝ. Sctā maria caritatis documētū. oꝝ. Sctā maria humilitatis indiciū. oꝝ. Sctā maria fidei supportatrix. oꝝ. Sctā maria dulcis cōsolatio tribulatoꝝ. oꝝ. Sctā maria virgo imaculata. oꝝ. Sctā maria gloriosa dei genitrix. oꝝ. Sācta maria regina celi et vsq ad solium filij exaltata. oꝝ. Sctā maria inter oēs feminas bn̄dicta. oꝝ. Sctā maria ostende mihi miam tuā et libera corda nostra de maloꝝ cogitationū tēptatione vt fiat voluntas tua in nobis et illumines nos a pctis nr̄is libera nos dn̄a. Sācta maria dei genitrix ꝑ miam filij tui saluatoris nostri qui ex vtero tuo voluit icarnari miserere nobis famulis tuis et ora ꝓ nobis ad vnigenitū filiū tuū ꝓ pctis nr̄is. Sancta maria virgo ꝑpetua ꝑ dilectionē filij tui q̄ te dilexit, vt exaltaret te sup choros angelorum exaudi nos ꝛ a pctis nr̄is libera nos dn̄a. Sācta maria adiuua nos ꝛ intercede ꝓ nobis ad iesum filiū tuū vt custodiat nos ab oī malo ꝓterito pn̄ti et futuro et a pctis nostris libera nos dn̄a. Sctā maria decoratrix virtutū miserere nr̄i: ꝛ a pctis nr̄is libera nos dn̄a. Sctā maria mitissima benignissima clemētissima btissima i dei pietate plenissima miserere nr̄i: et a pctis nr̄is libera nos dn̄a. Sācta maria porta celi ꝛ seruatrix secretoꝝ dei miserere nr̄i et a pctis nr̄is libera nos dn̄a. Sctā maria te laudam⁹: te glorificam⁹: te adoramus: ꝛ glorificamus spōm tuū laudam⁹ et adoram⁹ laudē et sapiētiam tuā: laudamus et adoram⁹ virginitatē tuā: laudam⁹ et adoram⁹ miam tuā q̄ sola fuisti digna portare dn̄atorem celi et terre maris et oīa q̄ in eis sunt laudam⁹ ꝛ ho adoramus vētrē tuū bn̄dictum qui portauit dn̄m nr̄m iesū xp̄m laudamus et adoramus beata vbera tua que lactauerunt dn̄m et saluatorē mūdi. Sancta maria ꝓcamur te pijssima dei genitrix ꝑ amorē filij tui vnigeniti vt digneris nos exaudire in oībus necessitatibus nr̄is et non derelinquas nos sine adiutorio in hora illa tremenda: q̄n aīe nostre exierint de corporibus nr̄is: sed adiuua nos nūc et tūc ꝛ in die iudicij vt secure mereamur venire ad portas paradisi ante cōspectū dei vt mereamur videre filiū tuū et letitiā sempiternā sine fine habere. Sctā maria dn̄a dulcissima pia celi regina ornamētū seculi: margarita celestis a pctis nr̄is libera nos dn̄a. Sācta maria porta celi tu ianua filij tui templū dn̄i: palaciū iesu xp̄i sacrariū spūssācti. Per te beatissima dei genitrix porte paradisi apte sunt. Per te pax inter hoīes et āgelos facta est. Per te mūdus restauratus est. Per te dn̄a oīa bona facta sunt in celo et in terra. Tu es gloria hierusalē. Tu es letitia israel. Tu es exultatio totius mūdi. Tu es electa ante constitutionē mūdi et manes sine fine in regno filij tui. Ubi tibi seruiūt angeli archāgeli patriarche et ꝓphete. Obediūt etiā tibi apostoli martyres cōfessores et virgines et oēs virtutes celoꝝ. Ꝓpter hoc ꝓcamur te btissima dei genitrix virgo maria ꝑ amorē filij tui vnigeniti vt digneris nos exaudire in oībus necessitatib⁹ nostris et nūq̄ dimittas nos sine adiutorio et a pctis nostris libera nos dn̄a. Sācta maria tuo interuētu ab oī ira et idignatione dei et a pctis nostris libera nos dn̄a. Sācta maria a subitanea et improuisa morte ꝛ a pctis nostris libera nos dn̄a. Sctā maria a pctis oīb⁹ et a penis ꝑpetuis libera nos dn̄a. Sctā maria ab oī imūdicia mētis et corporis: et a pctis nr̄is libera nos dn̄a. Sācta maria gr̄a plena dn̄s tecū benedicta tu i mulierib⁹ et bn̄dictus fructus ventris tui iesus. Amen. Sctā maria ab insidijs diaboli ꝛ oī periculo mētis ꝛ corporis ꝛ a pctis nostris libera nos dn̄a. Sancta maria in oībus necessitatibus angustijs et tribulationibus nr̄is libera nos domina. Sancta maria mater luminis honor etheris signū serenitatis. Te rogamus audi nos. Sancta maria mater glorie mat̄ ecclesie mater mīe mater pietatis ꝛ indulgētie. tꝝ. Sctā maria aula dei porta celi sacrariū spūs scti. tꝝ. Sctā maria corona aurea tēplū deitatis reclinatoriū eterne pietatis. tꝝ. Sācta maria dec⁹ virginū dn̄a gētiū regina āgeloꝝ. tꝝ. Sancta maria fons ortorū ablutio pctōrū lauacrū aīaꝝ. tꝝ. Sctā maria mat̄ orphanorū dulcissima mamilla pupilloꝝ cōsolatio oīm miseroꝝ. Tꝝ. Sancta maria. Ugo sūma ꝛ virgo ꝑpetua. sola mater ꝛ vgo. Tꝝ. Sancta maria. mater xp̄i īpetra nobis spaciū penitētie ꝛ emēdationē vite. Tꝝ. Sān maria salue sancta parens enixa puerpera regẽ q̄ celũ terrãq; regit in ſecula ſeculoꝝ. Salue felix integritas, ſancta ⁊ īmaculata virginitas aſſiſtẽs ſemꝑ ī cõſpectu dei. memento fragilitatꝭ nr̃e benigniſſima ſuauiſſima mitiſſima gratioſiſſima dña. Da nobis victoriã cõtra hoſtes noſtros ⁊ poſt huiꝰ vite curſum ꝑduc nos ad regna celeſtia. Ubi tecũ et cũ oĩbꝰ ſanctis gaudeamꝰ in ſecula ſeculoꝝ. Amẽ. ¶ Quilibet deuote dicẽti hãc oꝛationẽ ſequentẽ. ſ. Obſecro te dña dñs innocentius papa cõceſſit centũ dies indulgentie.

Obſecro te dña ſancta maria mater dei pietate pleniſſima, ſummi regis filia. mater glorioſa mater orphanoꝝ. cõſolatio deſolatoꝝ. via errãtiũ ſalus in te ſperantiũ. Uirgo ante partũ. virgo in partu ⁊ virgo poſt ꝑtũ. Fõs mĩe. fons ſalutis. fons gratie fons pietatis et letitie. fons cõſolationis et indulgẽtie. Per illã ſanctã ⁊ ineffabilẽ pietatẽ gratiã. mĩam amoꝛẽ ⁊ hũilitatẽ ꝑ quas filiꝰ dei deſcẽdit ſuſcipere hũanã carnẽ ī venerabiliſſimo vẽtre tuo. Et ī qbꝰ ipſe te reſpexit qñ te cõmẽdauit caro ſuo. Johãni apĺo ⁊ euangeliſte. Et poſtq̃ ſic te cõmẽdauit ſibi ⁊ te exaltauit ſuꝑ choꝛos angeloꝝ. Et ꝑ illã ſctã hũilitatẽ in qua tu reſpõdiſti archãgelo ſuo gabꝛieli dicẽs. Ecce ãcila dñi. Fiat mihi ſm verbũ tuũ. Et ꝑ illa ſanctiſſima quindecĩ gaudia q̃ habuiſti de filio tuo dño noſtro iheſu xp̄o. Et per illã ſanctã maximã cõpaſſionẽ ⁊ acerbiſſimũ coꝛdis doloꝛẽ quẽ habuiſti qñ vidiſti filiũ tuũ dñm noſtrũ iheſum xp̄m ante crucẽ nudatũ ⁊ in ipſa leuatũ. pendẽtẽ crucifixũ vulneratũ. ⁊ ſiti clamantẽ audiſti ⁊ moꝛientẽ vidiſti. Et per quinq̃ vulnera filii in cruce. Et ꝑ cõtractionẽ viſceꝝ ſuoꝝ ꝓ nimio doloꝛe vulnerũ. Et ꝑ cẽm doloꝛẽ quem habuiſti quãdo vidiſti eũ vulnerari. Et ꝑ fõtes lacrimaꝝ tuaꝝ. Tu cũ ſctis ⁊ electis dei veni ⁊ feſtina ī auxiliũ et ꝯſiliũ meũ ī oĩbꝰ oꝛõnibꝰ et requiſitiõibꝰ meis et ī oĩbꝰ ãguſtijs et neceſſitatibꝰ meis et ī oĩbꝰ rebꝰ ĩ qs ego ſũ facturꝰ. aut cogitaturꝰ. oĩbꝰ diebꝰ noctibꝰ hoꝛis atq̃ momẽtis vite mee. Et mihi famulo tuo ĩpetres a dilecto filio tuo. gratie ꝯplemẽtũ cũ mĩa. cũ ꝯſolatiõe. cũ auxilio cũ ꝯſilio. cũ adiutoꝛio cũ bñdictiõe. cũ ſctificatiõe. cũ pace. cũ ꝓſꝑitate. cũ gaudio et alacritate et abũdãtia oĩz bonoꝝ ſpũaliũ et coꝛpoꝛaliũ. Et gratiã ſctĩ ſpũs q̄ me bñ per oĩa diſpõat alam meã cuſtodiat. coꝛpꝰ meũ regat mẽtẽ erigat curſũ dirigat. ſenſum erigat. moꝛes cõpõat actus ꝓbet et vota. et deſideria mea perficiat cogitatiões ſãctas ſubſtituat ꝓterita mala indulgeat. ꝑſentia emẽdet. futura moderet. vitã honoꝛabilẽ et hõneſtã michi tribuat et victoꝛiã cõtra oẽs huiꝰ mũdi aduerſitates. verã pacẽ ſpũalẽ ⁊ coꝛpoꝛalẽ. bonã ſpẽ caritatẽ ⁊ fidẽ caſtitatẽ hũilitatẽ et paciẽtiã cum obediẽtia ⁊ quinq̃ ſenſus coꝛpoꝛis mei regat et ꝓtegat. ſeptẽ opera mĩe cõplere me faciat ⁊ a ſeptẽ pctĩs criminalibꝰ liberat ⁊ defendat vſq̃ in finẽ ⁊ ī nouiſſimis diebꝰ meis oſtendas mihi faciẽ tuã glorioſã etiã ãnũcies michi diẽ ⁊ hoꝛã obitꝰ mei ⁊ hãc oꝛationẽ meã ſupplicẽ ſuſcipias ⁊ audias et vitã eternam mihi tribuas. Audi et exaudi me dulciſſima maria mat̃ dei et dñi nr̃i ieſu xp̄i. amen.

De ſancta maria quinq̃ gaudia.

Gaude mater dei genitrix virgo īmaculata. Gaude q̃ gaudiũ ab angelo ſuſcepiſti. Gaude q̃ genuiſti eterni luminis claritatẽ. Gaude mater. Gaude ſancta dei genitrix virgo tu ſola mater innupta. te laudat omnis creatura genitrix lucis ſis ꝓ nobis q̃s perpetua interuẽtrix. Poſt partũ. Meritis et ꝓcibꝰ

¶ Alia oꝛatio de ſancta maria.

O Preexcellentiſſima maria virgo puriſſima per illũ doloꝛẽ intenſiſſimum quẽ habuiſti: qñ ſanctꝰ ſymeõ tibi ꝑdicebat qđ tuã ipſiꝰ alam gladiꝰ ptrãſiret. ſupplicitẽ exoꝛo vt me ſemꝑ alleues et liberes ab oĩ malo et onere pctõꝝ meoꝝ amẽ. O btã maria virgo btiſſima mr̃ dei benigniſſĩa ꝑ illũ triſtiſſimũ meroꝛẽ quẽ habuiſti qñ iheſum xp̄m filiũ tuũ remanẽtẽ ī iheruſalẽ tribꝰ diebus et noctibꝰ dolẽti coꝛde et lugubꝛi q̃ſiuiſti te obnixꝰ ĩploꝛo vt ī fine vite mee verã michi ĩpetres ꝯtritiõem oĩm delictoꝝ meoꝝ. a. O ſanctiſſima maria virgo ſereniſſĩa et mr̃ dei ſacratiſſĩa. ꝑ illã meſticiã doloꝛoſaz quã habuiſti qñ ſciebas ī ſpũ qđ captꝰ eſſet xp̄s filꝰ tuus moꝛtẽq̃ ī cruce acerrimã tolleraret coꝛditer a te peto. vt a me coꝛdis mei tribulationẽ auferas vniuerſã amẽ. O mitiſſima maria virgo mũdiſſĩa et mat̃ dei miſericoꝛdiſſĩa. ꝑ illã vehemẽtiſſimã ãguſtiã quã habuiſti qñ vidiſti tuũ vnigenitũ ī cruce pẽdẽtẽ recẽtibꝰ vulneribꝰ ī ſuo ſanguine totaliter rubꝛicatũ ardẽter ſupplico ⁊ deuote qđ memoꝛia paſſiõis eiꝰ ī coꝛde meo continue perſeueret meq̃ ī celeſtibꝰ merito et glĩa facias ꝓmari. O dulciſſima maria virgo dilectiſſima ⁊ mr̃ dei digniſſima ꝑ illã incõſolabilẽ triſticiam quã habuiſti qñ inter bꝛachia tua dilectum tuũ natũ tenẽs moꝛtuũ cõſpexiſti hũiliter te depoſco: vt īfundas michi gratiã ſemꝑ tuã voluntate ſurgere ꝗ̄ impleſſet. ℣. Sancta dei genitrix dulcis ⁊ decora: ieſum filium tuū pro nobis exora. Oremus.

Domine iheſu xp̄e dei patris ⁊ ſancte marie virginis fili dulciſſime q̄ ꝓ nobis peccatoribus mortē ſubire tēporalē nec ꝓprio tuo corpori nec materno dolori parcere voluiſti: preſta q̄s vt q̄ tuarū ſanctarū paſſionū ⁊ dicte genitricis tue anguſtiarū ⁊ dolorū memoriam veneramur vobiſcū ſine fine gaudere mereamur. amē. Per quos dolores anxios ieſu rex inſignis, da nobis celi gaudio frui tecum, benignus. Amen.

Domine iheſu xp̄e fili patris vnigenite q̄ in cruce pendēs dulciſſimā matrē tuā triſtē ⁊ lachrimantē beato iohanni apoſtolo tuo ⁊ euāgeliſte cōmendaſti cuſtodiendā: concede michi ꝓ eius amore in ſeculo ita viuere, ne ꝓ malis q̄ fecis facio dampnetur aīa mea ſed per tuā miſericordiā ⁊ ꝓ amorē piiſſime matris tue de q̄ carnē tuā ꝓ nobis ſumpſiſti poſt mortē meam cum electis tuis ī gloria tua requieſcam. amen.

Mary thou were greet with loueli chere. yoruz gabriel greting with child thou were. with owt any weme iheſu thou bere. Mary for yi ioyes v. my prayere thou here. Lete neuere fend me wickid pouzt. Kepe me fro yi ſonne pāt me dere hay bouzth. haue mercy vpon my dedys pōt. I haue mys wrouzt. For ſinne is the moſt ying pāt brigeth mā to nouzt. Mary moder my hoope is alle ipe. Ouer alle wommen bleſſid thou bet. vvith yin eye of mercy. I pray me ſe. And alle wickid ſinnis do me to flee. Mary moſt helpe at nede. thou art good in ſorte in care ⁊ i drede vpon yi ſynfull ſeruaunt lady take hede. the et mā haue ſchryfte houſell et heuen to my mede amē amē. amen. par charite.

¶ De ſancta anna.

Gaude felix anna. q̄ concepiſti ꝓlē. Que erat paritura mūdi ſaluatorē. Gaude felix anna, mater magne ꝓlis. Ex te ꝓceſſit rutilās ſtella ſummi ſolis. Gaude felix āna genitrix marie. Que ꝟgo deū pepit et mat eſt meſſie. Gaude felix āna. q̄ ſola meruiſti mater eſſe virginis matris ieſu xp̄i. Gaude felix anna, gaude ſine fine. Pro nobis preces porrige celorū regine. Ora ꝓ nobis beatiſſima anna. Vt digni efficia.

Deus q̄ de beate anne tantā gratiā donare dignat᷒ es. vt mariā matrē tuā in vtero ſuo portare mererē. da nobis ꝑ intercēſſionē matris ⁊ filie tue ꝓpiciationis abūdantiā, vt quarū memoriā ſpio amore cōplectemur earū precib᷒ adiuti ad celeſtē iheruſalē peruenire valeam᷒. Qui vi. ⁊ regnas cū deo.

¶ Oratio de ſctō michaele archangelo.

Sancte michael archangele dei q̄ ad animas accipiendas accepiſti poteſtatē: te rogo et ſupplico vt aīam meā ſuſcipe digneris. qn̄ de corpore meo egreſſura erit. ⁊ liberā eā de poteſtate inimici ⁊ eſto michi firmiſſimus ꝓtector in adiutoriū ī illa hora tremenda. qn̄ aīa mea a corpore exibit. Gabriel archangele dulcis ⁊ amātiſſime. O fortitudo dei michi clementer ſubueni. exurge ī adiutoriū mihi aduerſus demonū malignātiū inqſtatiōes eſto michi firme ꝓtector in adiutorium in illa hora tremēda qn̄ aīa mea a corpore mee exibit. Auxiliare mihi obſecro o tu princeps eximie ſācte Raphael alarū ⁊ corporū optime medicator morbos aīe mee cerciū expelle medela vt ꝑ te influat michi ſal᷒ eterna et eſto michi firme ꝓtector ī adiutoriū in illa hora tremēda qn̄ aīa mea a corpore mee exibit. Obſecro vos ſanctos angelorū et archangelorū duces eximios. michael. gabriel. et raphael. cū vniuerſis ſuperne felicitatis agminib᷒ quatin᷒ ſedulo ꝓ me miſero a veſtra ſocietate defūcto dūm iploretis ꝓcatu. multarū fragilitatis mee meorēs erūpnarū vt in illa terribili exitus mei hora nulla demonū me oppugnare volētiū ꝓptās timeā. ſed vro ſubueniēte ſuffragio. fugatis hoſtiū cuneis. celos petā ⁊ cū xp̄o viuā et vaticā ſempiterne. amē.

Angele q̄ me᷒ es cuſtos pietate ſuperna Me tibi cōmiſſum ſalua defende guberna. Terge meā mentē vicijs et labe veterna. Aſſiduuſq; comes michi ſis vite q; lucerna amē. Me dormitantē ſerua ꝓcor et vigilantē. Me q̄ſo viuentē ſerua. tuta morientem. Semp iuuamē ſiſtas michi iugiter amē.

¶ Oratio ad ſanctum michaelem.

Precor vos o oēs ſancti āgeli et archāgeli. troni et dn̄aciōes principat᷒ et poteſtates cherubin et ſeraphin. milia milium decies cētena milia q̄ aſtatis ante cōſpectum dn̄i dei viui. vt oīpotentē deū ꝓ me pctōre deꝓcemini: quatin᷒ de oīb᷒ pctōrū vinculis me dignetʒ abſoluere et ad vitā eternā ꝓducere. amē.

¶ Oro ad ſctm̄ Iohēm Baptiſtā.

Salue ſacratiſſime mulierū nate. Angeli dictamine iohēs vocate. Patris aluo tamine ſacro cōſecrate. Lucernā gratie populis parate. Salue qui in heremis vixeras deuotus. Veſtit᷒ cilicijs et locuſtis fot᷒. Cunctis cares vicijs vnda tibi pot᷒. A mūdi delitijs etiā᷒ remot᷒. Salue preco paſcēs xp̄ʒ orbi natū. Et preſētē indicās digito mōſtrā tium. Ad iordanē increpās populi peccatum Baptizando predicans iter deo gratū. Salue qui mortaliū ſolꝰ meruiſti. Sacrū lymphis tingere corpus iheſu xp̄i Patris teſtimoniū de celis audiſti. In colūbe ſpecie ſpiritū vidiſti. Salue rubēs roſula martyrio cruore. Redolēs vt lilia virginali flore. Sumas hec ꝓconia de me pectore. Et affer ſolamina mortis in agone. Ora pro nobis beate iohānes. Vt digni efficiamur.

Deus a quo vniuerſa bonitas ꝓcedit q̄ beatū iohannē bāptiſtā gratiarū ꝓuilegijs dignitatis faſtigio ſublimaſti: concede ꝓpicius. vt ſicut eo maiorē inter natos mulierē te teſte nō nouimꝰ. Sic cū ꝓ nobis apud te interceſſorē accepiſſe ſentiamꝰ Per xp̄m.

¶ Oro ad ſanctū petrū ⁊ oēs apoſtolos.

O Petre beatiſſime apoſtolorū maxime me in fide catholica tua ꝑce conſolida. O paule mūdi lumē ꝓceſſa mihi i auxiliū. Spē firmā michi impetra. inter mūdi diſcrimia. At andree piiſſime vota ꝑcantis ſuſcipe ⁊ caritatis gemine reple mentem dulcedine. O Jacobe accelera mea purgādo ſcelera mundans dono iuſticie a fermēto malicie. O Johannes caſtiſſime o tu xp̄o lumē. dona verā prudentiā ⁊ caſtā ꝯſcientiam. O philippe cos lāpadis eruta mea a tenebris. virtutū luſtrās lumie. munime fortitudie. O iacobe ieruſalē fac me poli participē adornās tēꝑanciā cū ſcitiratis gr̄a. O ꝓnceps apoſtolice bartholomee dn̄e mala mea mortifica: q̄ bōa ſunt viuifica. O thoma tu q̄ vulnera palpaſti ſalutifera tu ſana plagas pectoris celeſtis rore nectaris. O ſymō beatiſſime norma obediētie da per ꝓceſſū potentiā verā obedientiam. O mathee ne differas fugare res mortiferas voluptates carnaliū dans dona ſpūalium. O mathia qui meritis cōiunctꝰ es apoſtolis a cunctis ſalua peſtibꝰ. ꝯiūge me celeſtibus Vos quoq̃ ſingulariter oēs q̄ ꝓcor pariter vt pro meis exceſſibus oretis horis omnibꝰ Omnes ſācti apoſtoli. vos mei miſeremini veſtra ſācta memoria me collocet in gloria. O q̄ beata merita xp̄i ſerui preſētia. cuiꝰ audire dulcia ſolebatis colloquia Vos mūdi de tumultibꝰ elegit ſibi dn̄s q̄ meruiſtis cernere deū verū i corpe. Voſq̃ mūdi lumina ſup ſolē lucētia. ꝑ quos fulget eccleſia vt ſol ⁊ luna ſplēdida. Cū filio vos hominis mūdūq̃ iudicabitis: me ꝑ vos ſaluū expecto i extremo iudicio. amē. ¶ De recommēdatione glorioſiſſimi cōfeſſoris ieronimi ſctus augꝰ ad ſanctū cirilliū loquēs ita dicit. Si ſingulorū ſanctorū vitā inquirerē. neminē vt puto ieronimo ſanctiorē inueniſſem vn̄ idē aug. lectorē exhortādo dicit. Tu qui venerariſ iohēm Baptiſtā ⁊ apoſtolos venerare ⁊ ieronimū qꝛ ipſis equalis eſt. hec auguſtinus.

¶ De ſancto ieronimo.

Deus miſerator et benigne q̄ miſericors ⁊ ꝓſtabilis es ſuꝑ malicia. te deꝓcor ꝓpter temetipm. aut audi me aut ꝯcede aliquē audire ꝑ me quē audias ꝓ me. Benigne ieſu plus es clemēs q̄ poſſim cogitare. nō minꝰ hoc ſenciā q̄ ꝑſumo ſperare. Tantū ꝯfidit dn̄e de tua pietate creatꝰ et recreatꝰ a te ſeruus tuus vt a te petere ꝑſumat beatū ieronimū cōfeſſorē tuū ad te eſſe interceſſorē ſuū. Sancte ergo ieronime ꝯfeſſor xp̄i ꝑ illū te deꝓcor q̄ ꝑ totū mūdū venerari facit nomē tuū. ne denegeſ mihi idigētis ſupplicāti auxiliū tuū Spūalia mihi iptire qbꝰ gloriaris. Eternis letifica. qbꝰ letaris. celeſtia iſtū de qbꝰ cōuerſaris. Decꝰ meꝰ in te cōfido. in te q̃ pono ſpē meā hūiliter exorās ꝑ merita ſācti ieronimi cōfeſſoris tui vt reducas de abiſſo pctō ꝝ quē q̄ſitū inueniſti ꝑditū tuū. Sancte ieronime ꝯfeſſor xp̄i tibi cōmēdo orationē meā, ſuꝑ ābos vos iacto curā meā immo vobis iacto aiam meā hoc eſt qd a me magis exigitis tu iubēdo tu cōſulēdo ſuſcipe eā vobis iactatam: habete te eā vobis proſtratam. cuſtodite eā cū dormio. ſeruate eā cū aliud facio. videte eā cū aliū cogito. tu per conceſſionem vel confeſſionem tu per interceſſionem. tu per merita tui tam dilecti ꝯfeſſoris. tu ꝓpter nomē tuū et mei creatoris q̄ eſt bn̄dictꝰ in ſecula amē. Sanctiſſime ieronime cōfeſſor dn̄i glorioſe adeſto meis ꝓcibus piꝰ ac ꝓpicius et intercede ꝓ mea oim̄q̃ ſalute. Ora pro nobis. ⁊c.

Adeſto dn̄e ꝓcibꝰ nr̄is quas in ſcī confeſſoris tui ieronimi cōmemoratiōe deferimꝰ. vt q̄ nr̄e iuſticie fiduciā nō habemꝰ eiꝰ q̄ tibi placuit meritis ⁊ ꝓcibꝰ adiuuemur. Per xp̄m dn̄m noſtrū. Oratio ſācti edmūdi archiepi ad beatū iohannem euangeliſtam.

Sancte ac beate iohannes aplē et euāgeliſta dei q̄ virgo electꝰ es a dn̄o et inter ceteros magis dilectꝰ: ipetra michi donū a dn̄o qd tibi cōceſſū eſt. vt. ſ. habeā vnē bonū ⁊ ꝑclarū. ⁊ finiā vitā meā in fide recta in ſpe firma in caritate ꝑfecta. i ſenſu integro i itellectu ſano ⁊ in vera confeſſiōe ſalutis cōmunitꝰ viatico ⁊ extrēa delibutꝰ vnctiōe inſicienti deſiderio vidēdi deſiderabilē faciem dn̄i noſtri iheſu xp̄i. Qui cū patre.

¶ De apoſtolis petro ⁊ pauloq̃ ceteris.

Sancte petre apoſtole ⁊ electe dei q̄ confeſſus es xp̄m filiū dei ſup te edificauit dñs eccleſiam ſuam tibi tradidit deꝰ claues regni celoꝝ. Tibi dedit ptātē ligādi atq; ſoluēdi ⁊ pctā remittēdi. Tu es paſtor ouiū exēplar cōfeſſionis. exēplar penitētie doctor eccleſie. cuſtos ꝑadiſi. adiutor electorum. Tu es ſuſceptor aīaꝝ ⁊ ego pctōr ac fragilis qd ſum facturus. Cū venero ad te. adiuua me vt nō recedā cōfuſus ꝓpter vicia ⁊ pctā q̄ male cōmiſi ſ; pocius abſolue vincula peccatoꝝ meoꝝ q̄ habes ptātē ſoluēdi atq; ligādi i celo ⁊ i terra. Scte petre. Scte paule ſancte andrea ⁊ oēs apoſtoli xp̄i aꝑite michi portas iuſticie ⁊ igreſſus in eas confitebor dño. Clemēs trinitas vna diuinitas ſalua me adiuua me ⁊ libera me q̄ ē bñdictꝰ i ſecula. amē

¶ De ſancto edmūdo confeſſore.

Edmūde ſingularis ſigna ferēs gratie. Diſcipline ſalutaris ſignifer egregie. vita ſacer potens ſignis meritis eximie. Nobis reis ⁊ idignis locū poſce venie. Ora pro nobis. ⁊c.

Plenā in nobis eterne ſaluator tue virtutis opare medelā. vt q̄ ꝓclara btiſſimi edmūdi cōfeſſoris tui atq; pōtificis merita veneramur ipſius adiuti ſuffragiis a cūctis aiarū ⁊ corpū noſtroꝝ lāguoribꝰ liberemur. Per xp̄m. De ſancto thoma martire ⁊ confeſſore cantuarieñ.

Sancte ⁊ piiſſime martir et pōtifex thoma venerande int̄ martires ꝓcioſus. vitā meritis ac paſſiōe celeberrime cognite apd deū potētie et apd hoies pietatis imēſe ꝟtutū ac miraculoꝝ atteſtatiōe glioſe. q̄ ꝓ dño mortē ſubiſti et eccleſie libertate. in cuius etiā ſinu ab ipſis iaudita crudelitate occiſus es te deꝓcor ꝑ ptātē tibi traditā. et ꝑ iſtam tibi miam. vt michi miſerrimo pctōri ad te cōfugiēti in oi neceſſitate ſuccurrere digneris. O thoma amice dei piiſſime ipetra michi cōuerſationē ſanctā. cōfeſſionē purā ⁊ penitētiā fructuoſam. in fine dñici corporis et ſanguinis ꝑceptionē et poſt vite ꝓſentis erūnā btām vultꝰ ſui ꝑcipere viſionē. amen

Orō de ſancta katherina ꝟgīe et martire.

Gemma dei ꝓcioſa katherina fulgida. Spōſa xp̄i ſpecioſa ꝑadiſi viola. Virgo martir katherina prudēs et mitiſſima. Que ꝓ xp̄o detrūcata aula regnas celica. Ora ꝓ me pctōre apd regē glie. Cuiꝰ fulges claritate vt ſol i meridie. O btā bñdicta dulcis et piiſſima. Pulſa ꝓce īdefeſſa pia xp̄i viſcera. vt me ſaluet et gubernet ſua ſemꝑ gr̄a Et poſt huiꝰ vite curſum ducat ad celeſtia. Vbi tecū et cū ſctis gaudeā in ſecula. amen

De maria magdalena oratio bona.

Gaude pia magdalena ſpes ſalutis vite vena lapſoꝝ fiducia. Gaude felix aduocata reſurgēdi via data miſeris poſt vicia. Gaude dulcis deo grata cui dimiſſa ſūt peccata ſpeciali gr̄a. Gaude lotrix pedū xp̄i. cuius tanta meruiſti amoris īſignia. Gaude ꝓrio digna frui viſu redēptoris tui ſurgētis cū gloria. Fac nos ſic penitere vt poſt mortē lucis vere ſortiamur gaudia. amē. Ora ꝓ.

Largire nobis clemētiſſime paṫ quo ſicut btā maria magdalene dñm nr̄m ieſum xp̄m ſuꝑ oia diligēdo ſuoꝝ obtinuit veniā peccaminū ita nobis apd miam tuā ſempiternā impetret btitudinē. Per xp̄m.

De ſancta margareta virgine et martire.

Virgo prudens margareta cōtēpſiſti premunita deſuꝑ obprobriū. ſigno crucis inſignita. quo fuiſti deglutita crepuit demoniū. Saluatoris non oblita alligaſti i petita hoſtis ꝓmu ſociū. Michi prece da mellita. vim ꝟtutis in hac vita cōtra fraudes hoſtiū. Diffuſa eſt gratia. Oremus.

Deus q̄ beatā virginē margaretā ad celos ꝑ martirij palmā puēire feciſti cōcede ꝓpiciꝰ. nobis q̄s. vt eiꝰ exēpla ſequētes ad te peruenire mereamur. Per xp̄m dñm noſtrum. De ſancta Brigitta ant.

Roſa rorās bōitatē. ſtella ſtillās claritatē brigitta vas grē. Rora celi pietatē ſtilla vite puritatē in valle miſerie. ꝟꝰ. Ora ꝓ nobis btā mr̄ brigitta ſpōſa xp̄i ꝓdilecta. vt ad celeſtē pr̄iā ſit nobis via recta. amen.

Deus q inter cetera potētie tue miracula etiā i ſexu feminco. beatā brigittā ſecreta tua ei reuelādo. nouā nobis ꝓphetiſſam et euāgeliſtā miraculoſe feciſti. ꝓſta q̄s vt cuiꝰ celeſti doctrina illuſtramur in terris ſpecialē adiutricē ſēꝑ habeamꝰ i celis. Per xp̄m dñm nr̄m. amē. Pro tōitruo ⁊ fulgure dr̄ hec orō q̄ a dño cuidā herēite fuit miſſa.

Omnipotēs ſēpiterne deꝰ parce ſupplicātibꝰ mederere metuētibꝰ vt poſt choruſcatiōes fulgurū dicceſq; tēpeſtatū in materiā tue laudis trāſeat comminatio poteſtatis. Per xp̄m

Oratio de omnibus ſanctis.

O Vos oēs ſancti dei et electi q̄bus deus ꝓparauit regnū eternū a ꝓncipio vos deꝓcor per caritatē qua dilexit vos deus ſuccurrite michi. N. miſerrimo pctōri ātēq̄ mors me capiat ſubuenite michi ifelici admodū antēq̄ ira dei me diſꝑdat. Recōſiliate me creatori meo antēq̄ infernꝰ me deuoret btā virgo maria mater dei pctōrum interuentrix exaudi me ſalua me cuſtodi me obtine mihi piiſſima dña fidē rectā ſpē; certā caritatēq; ꝑfectā hūilitatē caſtitatē ſobrietatē coꝛdis cōpūctionē atq; puritatē ⁊ poſt curſū vite mee ſocietatē ꝑpetue btitudinis. O ſctē michael cū oib⁹ milib⁹ angeloꝝ oꝛa ꝓ me vt eripiar de ptāte aduerſarioꝝ meoꝝ. Adiuua me obtinere amoꝛē dei coꝛdis decoꝛē fidei vigoꝛē ⁊ celeſti; patrie iocūditatē. Vos quoq; ſcti patriarche ⁊ ꝓphete poſcite mihi a deo indulgētiā ꝯſtātiā paciētiā ſāctāq; ꝑſeuerātiā ⁊ vitā eternā;. Bti apoſtoli dei ſoluite me a pctis meis defēdite me a penis iferni ⁊ de ptāte tenebraꝝ eruite me ꝯfoꝛtate me ⁊ ad regnū celeſte me ꝑducite. Per vos ſcti martyres dei mihi det̄ a dño caritas ſctā pax ſincera mēs pura vita caſta ⁊ pctoꝝ remiſſio. O glioſi ꝯfeſſoꝛes dei oꝛate pꝛo me: vt ꝑ vos mihi tribuat̄ a dño ꝯcupiſcētia celeſtis moꝝ reuerētia ac criminū abſolutio. Necnō ⁊ vos rogo omēs ſctē virgīes et vidue ſctē dei oꝛate ꝓ me ⁊ adiuuetis me: vt habeā bonā vitā et deuotā coꝛdis ⁊ coꝛpis ſanitatē hūilitatē tēperātiā ⁊ oim pctoꝝ meoꝝ a deo indulgētiā. Oēs ſcti et ſctē dei vos quoq; deꝓcoꝛ ⁊ ſupplico ſubuenite mihi miſeremini mei coꝛrigite nos miſericoꝛdit̄ et oꝛate ꝓ me inſtāter: vt ꝑ vrām inſtātiā tribuat̄ mihi a dño cōſūmacio laudabilis: quatin⁹ ꝑ vrā merita ꝑuenire valeā ad eterne vite btitudinē ꝓſtante dño nr̄o ieſu xp̄o ꝗ cū prē ⁊ ſpūſctō vi. et regnat de⁹. Per oia ſe. ſecu. Amen.





Quicūq; de peccatis confeſſus et contritus intuetur hec arma dñi noſtri ieſu chꝛiſti et in memoriam paſſionis eius oꝛationem dñicam: ſcilicet Pater noſter et Aue maria dixerit tres annos indulgētie habet auctoꝛitate ſancti petri pꝛimi pape. Item ex ꝑte alioꝛum ſummoꝛum pontificū. xxx. quilibet coꝛu; centum dies indulgentie. Item cētum et viginti octo ſummi pontifices quilibet coꝛum. xl. dies indulgentie. Item innocentius quartus poſtea in concilio lugdunēſi oia predicta confirmauit ⁊ addidit. cc. dies indulgētie. Sūma annoꝝ et dierū idulgētie. iij. āni tria milia dierū. cccclvi. Dñs petrus papa pꝛimus ꝯceſſit quod quicūq; hanc antiphonā cū verſiculo et oꝛatiōe dixerit habebit. vi. milia ſexcentos ſexagintaſex annos indulgentie ſi confeſſus fuerit et contritus. añ. Cruci coꝛone ſpinee clauiſq; dire lancee honoꝛem impendamus. Fel acetum ſpongiam rixas et oppꝛobꝛia deuote celebꝛamus. Hec ſunt vexilla regia per que coꝛone gaudia perpetue ſperam⁹. ℣. Omnis terra adoret te deus et pſallat tibi. Pſalmum dicat nomini tuo domine. Oꝛemus.

Concede q̄s oı̄ps deus vt qui ſacratiſſime redēptionis noſtre inſignia tēporaliter veneramur in terris per hec indeſinēter muniti eternitatis gloriam cōſequamur in celis. Per dn̄m noſtrū ꝛc. Sint medicina mei pia crux ꝛ paſſio xp̄i. Quinqȝ es Pater noſter aue maria. cum humili deuotione.

LEgitur in vita ſancti Bernardi: quod diabolus apparens ei dixit q̄d ſciret xij. verſus pſalterij quos qui diceret deuote oī die ſaluaret̄. Et cū requiſit⁹ eſſet a beato bernardo qui eſſet illi verſus noluit ſibi manifeſtare. Tunc ēdidit beatus bernardus q̄d quotidie totū pſalterium diceret. Audiens hoc diabolus manifeſtauit eos ſibi et ſunt iſti ſequentes.

ILlumina oculos meos ne vn̄q̄ obdormiā in morte neq̄ dicat inimicus me⁹ p̄ualui aduerſus eum. Reminiſcere miſerationū tuarū dn̄e: et m̄iarū tuarū q̄ a ſeculo ſunt. Delicta iuuētutis mee ꝛ ignorantias meas ne memineris. Secundū m̄iam tuam memēto mei tu ꝓpter bonitatē tuam dn̄e. In manus tuas cōmēdo ſp̄m meū redemiſti me dn̄e deus veritatis. Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi dn̄e finē meū Et numerū dierū meorū qui eſt: vt ſciā q̄d deſit mihi. Fac mecū ſignū in bonū vt videant qui oderūt me: ꝛ cōfundantur q̄m tu dn̄e adiuuiſti me: ꝛ cōſolatus es me. O dn̄e q2 ego ſeru⁹ tu⁹ ego ſeru⁹ tu⁹ et fili⁹ ancille tue Dirupiſti dn̄e vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiā laudꝭ: ꝛ nomē dn̄i inuocabo. Perijt fuga a me et non eſt qui requirat aīam meam Clamaui ad te dn̄e dixi tu es ſpes mea portio mea in terra viuentiū. Gloria patri et filio et ſp̄ui ſācto. Sicut erat in p̄ncipio ꝛ nūc et ſemꝑ et in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Quicūqȝ in hoc libro iam vtcūqȝ ꝛ ꝯtinā ad laudem dei finito legendo: meditādo: cōtemplando: ſeu orādo: ſenſerit ſe in aliquo ꝓfeciſſe dignetur ꝓ cōpilatore deo regraciari: et ꝓ ipſo deuote orare vt ei deus hanc cōpilationē ad meritum nō ad preſumptionis elationem aſcribat. Amen.

Compilatorem veſtris precibus releuetis.
Necnon, ſcriptorem qui per me proficietis.

Deo gratias.

¶ Speculū ſpiritualiū: in quo de vita actiā et cōtēplatiua ꝑpulchre tractat̄ ac nonnulla exēpla vtriuſqȝ vite multū accōmoda inſcribūtur finit. Anno milleſimo quīgēteſimodecio kalēdas decembris.

De conuersione.

Hic est libellus de exhortatione vite: siue de regula viuẽdi ꝙ distinguit' in xij. capitula. Primũ est de cõuersione. Secũdũ de cõtemptu mundi. Tertiũ de paupertate. Quartũ de institutiõe vite. Quintũ de tribulatione. Sextũ de patiẽtia. Septimũ de oratione. Octauũ de meditatiõe. Nonũ de lectione. Decimũ de puritate mentis. Undecimũ de amore dei. Duodecimũ de cõtẽplatiõe dei.

De conuersione. Cap. primũ.

Si tardes conuerti ad dñm et differas de die in diem nã subito rapit multos vehementia mortis et quos nunc piget conuerti inopinate deuorabit acerbitas penarum. Sed a nobis numerari non possunt quot vero presumptio mundana decepit. Magnũ enĩ est peccatũ in dei misericordia cõfidere et a peccato nõ cessare estimando tantã esse dei misericordiã ꝙ nõ iustã peccatoribus velit inferre penã. Ergo dũ dies est operemur: veniet enĩ nox in qua nemo põt operari. Lucẽ vel diem presentẽ vocat vitam in qua a bonis operibus nũꝗ̃ cessare debemus scientes ꝙ mors nobis iuncta est. Noctẽ mortem appellat in qua ligant' mẽbra priuãtur sensus etiam aliquid salutiferum operari non possum': sed secũdũ opera nostra gaudiũ vel tormentũ recepturi sumus. In puncto minimus imo minus puncto qꝫ si totũ temp' nostrum eternitati cõparetur nihil est. Quomodo ergo non sine grauissima dampnatione vitam nostram in amore dei vanitati cõsumimus et tota die negligentes ipenitentes et ociosi stamus. Conuerte ergo nos domine et cõuertemur. Sana nos dñe et sanabimur. Multi vero nõ sanãtur sed corrumpunt' et vulnera eorũ cõputrescũt qꝫ hodie cõuersi ad dñm cras a deo sunt auersi. Hodie penitentes cras ad pristina mala redeuntes sanandum dubiũ est. Curauim' babilonẽ et non est sanata qꝫ ad christũ nõ est vere conuersa. Quid ẽ cõuersio ad dñm nisi auersio a mũdo a peccato a diabolo et a carne: quid auersio a deo nisi cõuersio ad delectabilẽ speciẽ creature ad opera diaboli ad voluptates carnis ꝙ mundi. Non enĩ incessu pedũ ad deũ cõuertimur: sed imitatiõe affectuũ et morũ. Cõuersio autem ad deũ fit dum aciẽ mentis in ipsum dirigimus et eius cõsilia et mãdata incessanter cogitamus vt a nobis expleant' etiã vbicũꝗ̃ fuerimus vel steterimus vel sederim' timor dei a corde nostro non recedat. Non loquor de timore qui penã habet: sed de timore qui est in caritate quo reuerentiam debemus presentie tante maiestatis et ꝙ semꝑ timeamus ne in modico eum offendamus. Sic siquidẽ dispositi ad deum recte conuertimur et a mundo auertimur. Auerti autem a mundo nihil aliud est ꝙ oẽs eius delectationes postponere et amatores illius pro christo libenter sustinere et huic obliuioni oẽs occupationes inutiles et negocia secularia sic ꝙ animus noster in toto ad deũ conuers' ꝙ ad omnia que in mundo sunt amanda vel querenda insensibilis moriatur. Expeditus igitur et dilatatus ad superna desideranda deum ante oculos suos semper habeat quasi ipsum videsse intueretur: sicut sanctissim' psalmista se fecisse testatur cum diceret. Prouidebam dñm in conspectu meo semper. Non ad horam sicut illi faciunt qui aliꝗ̃ pulcrũ ꝗ amabile videntes ante oculos corꝑis ponunt ꝙ contemplantur in quo delectantur et frui concupiscunt. Sic etiam psalmista ait. Oculi mei semper ad dominũ: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Patet igit' ex his verbis ꝙ nisi oculos nostros interiores infatigabiliter erexerimus laqueos temptationũ non euadem'. Sed ne oculos cordis in dño figamus ad deũ perfecte conuertamur multa sunt impedimenta ex quibus aliqua ponamus. Habundantia diuitiarum blandimenta mulierum forma vel pulchritudo iuuentutis: hic est triplex funiculus qui de difficili rumpatur et tamen perdus tamen est et pro nichilo habendus vt christus ametur. Qui enim vere christum amare desiderat non solum sine tristicia: sed cum immenso gaudio omnia que eum impedire poterunt abiciet ꝙ nec patri nec matri nec et sibi ipsi in hac causa parcit nõ accipit multum alicuius violentiam omnib' infert obstacula cuncta cõfringit parum sibi videtur quicquid facere potest vt deum amet. Volat a vicijs quasi ebrius ad ea que seculi sunt solacia non respicit imo in deum se totum dirigens pene sensus exteriores amittit totus intus colligatur totus in christum eleuatur vt eum videntes illum putent contristatum vehementer gaudet. Sed sunt plerique qui se dicunt velle ad deum conuertere: sed nondũ se posse implere quia per has vel per illas occupationes detinentur quorũ frigidam mentem dolendo reprehendimus quia sine dubio si minima scintilla amoris christi tacti essent statim omnimoda sollicitudine quererent qua uia ad ſeruitiũ dei peruenirent ſi ab inquirẽdo deſinerent donec inuenirent. Excuſationem ſepe pꝛetendũt que magis eos accuſat nam multos diuicie retrahunt blãdicie mulierum fallunt et qui diu bene fecerunt aliquãdo per illas in foueam peſſimam demerguntur quia pulchꝛitudo cito amatur et dũ ſe amatam ſentit facile allicitur allecta pꝛecipitatur ⁊ peioꝛ poſt conuerſionem fit ꝙ̃ ante fuit. Tunc fama denigratur et qui laudabilis pꝛius fuerat a cunctis deſpicitur ⁊ abominabilis reputatur. Uidi enim unum de quo dixerunt ꝙ per quindecim annos mirabili rigoꝛe coꝛpus ſuum perdomauit et poſtea lapſus in peccatum cum coniuge ſeruientis ſui a qua non potuit ſeparari: ſed vſꝫ ad moꝛtem perſeuerauit. In moꝛte vero omnes amici dixerunt ꝙ ſacerdotibus ad ſe venientibus maledixerit et ſacramenta recipere recuſauit. Debent igitur neophiti id eſt nouiter conuerſi occaſiones peccati fugere verba et facta et viſiones ad mala excitantia intentione ſedula deuitare. Quo enim res eſt magis illicita eo eſt amplius deteſtanda. Inſurgit et diabolus vehementer contra illos quos videt a ſe auerti et ad deum conuerti et mundi et carnis deſideria accendere non deſiſtit anteactas delectationes animo ingerit deſolationem penitentie pꝛoponit et innumerabilia fantaſmata cogitationum vanarum et affectionum inutilium contra eũ excitat que pꝛius erant ſopita. Inter hec penitens viriliter ſe exerceat arma ſpiritualia aſſumat diabolo et omnibus ſuggeſtionibus ſuis conſtanter reſiſtat carnalia deſideria extinguat ſemper ſuſpiret ad amoꝛem dei ⁊ cõtemptus mundi a ſe non recedat de quo nũc dicendum eſt.

¶ De contemptu mundi. Cap. ij.

Contempnere mundum eſt cuncta tẽpoꝛalia et tranſitoꝛia ſine amoꝛe illorum per hanc vitam tranſire. In via nil pꝛeter deum querere de omnibus vanis gaudiis et ſolacijs non curare vix neceſſaria accipere et ſi aliquando deſunt libenter ferre. Iſte eſt mundi cõtẽptus hunc igitur habe ſi non vis eſſe peremptus. Tunc mundus contempnitur quando non amatur. Omne enim ꝙ amamus honoꝛamꝰ turpe eſt honoꝛare ſtercoꝛa ꝙ eſt amare terrena. Hinc eſt ꝙ diuites amari viliſſimis ſeruitoꝛibus ſe ſeruos conſtituunt et gaudent ſe dici dominos vicoꝛũ. Quod homo homini dominatur nõ nature eſt: ſed foꝛtune. Quod homo vicijs ſubditur peruerſe voluntatis eſt. Aufer igitur malam voluntatem ⁊ eris liber a diabolo et a peccato effectus ſi ſecutus fuiſti eũ qui te docet mũdana nõ amare. Contraria enim ſunt cupiditas mundi et amoꝛ dei nec in eodem ſimul requieſcũt coanguſtiatum eſt ſtratum ita ꝙ alterum decidet. Quanto ergo pꝛofundius cupiditatẽ expuleris tanto magis diuinũ amoꝛẽ guſtabis. Et ꝙ̃to maioꝛ cupiditas tãto minoꝛ caritas. O miſera aĩa ꝗd in mũdo ꝗris ubi oĩa tranſitoꝛia et deceptoꝛia cernis. Ea citius te decipiunt que tibi magis blandiuntur cur te rebus moꝛtalibus ſatagis. Cur res perituras tanto affectu cupis. Nonne vides ꝙ citius pereunt ꝙ̃ acquiruntur. Sed ſcio ubi habitas ubi ſedes eſt ſathane qui oculos tuos cecauit et per pꝛeſtigia ſua tibi illudit ut cuperes fugientia amares vilia permanentia contempneres et euaneſcẽtibus adhereres ⁊ ſic te fundas ſuper fallibile fundamentum et cum te ſtare putaueris cades in ignes. Habitantes in habundantia tempoꝛali per quinꝙ̃ que amant decipiuntur per diuitias p dignitatem per voluptatem per poteſtatem p honoꝛes. Hec alligant eos in peccatis ſtringunt in culpis his vinciũtur delectationibꝰ nec ſoluũtur niſi per moꝛtem ſed tũc nimis tarda eſt ſolutio quibus non reſtat niſi eterna cruciatio. Hec impediunt eos a contemptu mundi ab amoꝛe dei a cognitione ſui ab appetitu celeſtis regni. Nemo quidem ſaluari poterit niſi mundũ ⁊ omnia que in mũdo ſunt amare deſierit. Reſiſtat ergo dũ calor eſt in coꝛpoꝛe et pulchꝛum adhuc iuuẽtutis eius reſtat. Quid enim delectabit eũ qui ad amandum chꝛiſtum ſe diſponit. Iuuentutem ſuam calcabit foꝛtitudinẽ ſuã ad deũ cuſtodiet diuicias pꝛo nichilo ducet ꝙ fallax gratia et vana eſt pulcritudo aduertet. Quid per ſingula diſcurramus perfecte contempnet omnia que in hoc mundo tranſeunt tã ꝙ̃ umbꝛa. O carnalis amatoꝛ quid i carne reperies qui in ea ſic delectaris placet tibi foꝛma vel foꝛte ſi in pelle gloꝛieris quid ſub pelle latet cur non attendis an neſcis ꝙ pulchꝛitudo carnis eſt velamen turpitudinis fomes coꝛruptionis et ſepe cauſa perditionis ſufficiat ergo tibi ceteris deſpectis amare de um laudare deum eſſe cum deo gaudere in deo. non recedere a deo ſed illi inextinguibili deſiderio adherere. Ad contemptum mundi ipſe mundus nos compellit qui tot miſerijs plenus eſt in quo eſt malicia perſeuerans ꝑſecutio conquaſſans inuidia tabeſcens detractio corrodens falſe impoſitiones criminū amaritudo ſcandalorum vbi omnia confuſa omnia inordinata vbi nec iuſticia diligatur nec veritas approbatur vbi eſt fidelitas infidelis amicicia crudelis que in proſperitate ſtat et in aduerſitate deficit. Alia et iā ſūt que mouere nos poſſunt ad contemptum mundi. ſ. mutabilitas temporum breuitas vite preſentis certa mors incertus mortis euentus ſtabilitas eternitatis vanitas rerū preſencium veritas futurorum gaudiorum. Elige ꝙ vis. Si amas mundum peribis cū mundo. ſi chriſtum amaueris regnabis cū illo.

¶ De paupertate. Cap. iij.

Si tu vis eſſe perfectus vade ⁊ vende omnia que poſſides ⁊ da pauperibus ⁊ veni ſequere chriſtum. In deſerendo que mūdi ſunt in imitando que chriſti ſunt iudicat eſſe perfectionem. Non enim omnes qui bona ſua dereliquerunt chriſtum ſecuti ſunt. nam nonnulli ſunt peiores poſt deſertionem ſuorum ꝙ̄ ante fuerunt tunc enim deſeruiunt detractionem proximorum bonam famam auferre non pertimeſcunt tunc tabeſcunt inuidia frendent malicia alijs ſe preponunt ſtatum ſuum laudant ⁊ omnes alios vituperant ⁊ condempnant. Quomodo putas diabolus talibus illuditur qui nec mūdum habent nec deum quos diabolus per diuerſa deliramenta deducit ad eterna tormēta. Tu vero intelligens que dicta ſunt per aliam viam accipias paupertatem cū dicit vade et vende ⁊c. Qui enim ſequi voluerit chriſtum ipſum ſequatur. per imitationem affectuum ⁊ cogitationum vt qui prius ſuperbus fuerat iam humilis deueniat atque iracundus mitis qui inuidus caritatiuus. qui cupidus diſcrete largus fiat et ſi immundus extiterat nō ſolum ab omni malo ſed ab omni ſpecie mali ſe abſtinere contendat. ⁊ ſi per ante in aliquo per cibum ⁊ potum exceſſerat deinceps per ieiunium emendet. Qui vero mundum nimis amauerat nunc ad amorem chriſti ſe totum colligat. Omnes affectiones cordis in vno deſiderio eternorum bonorum figat. Sic nimirum fructuoſa erit illa paupertas voluntaria et per anguſtiam quam propter chriſtum patitur. corona glorioſa coronabitur. Beati enim pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Quid enim eſt paupertas ſpiritus niſi humilitas mentis qua ſuam infirmitatem homo cognoſcit videns ſe ad ſtabilitatem perfectam non poſſe pertingere niſi per graciā dei. Cuncta namꝙ que eum impedire poſſunt ab illa gratia percipienda deſerit et in ſolo gaudio ſui conditoris deſiderium ſuū ponit. Et ſicut ex vna radice multi rami oriuntur ſic ex voluntaria paupertate hic modo aſſumpta virtutes et boni mores ineſtimabiles procedunt. Nam ſunt qui mutant habitum non animum diuicias videntur deſerere et innumerabilia vicia non ceſſant cōgregare. Sed quid peius eſt paupere ſuperbo. Quid execrabilius mundo mendico. Tu vero ſi propter deum omnia deſeris vide magis quid contempnis ꝙ̄ quid relinquis vide diligenter quomodo chriſtum imiteris in moribus. Diſcite inquit chriſtus a me quia mitis ſum et humilis corde. Non enim dixit. diſcite a me quia pauper ſum. paupertas enim non eſt virtus ſed magis miſeria nec propter ſe eſt paupertas laudabilis ſed quia eſt inſtrumentum virtutis et quia adiuuat ad beatitudinem acquirendum et facit hominem vitare multas occaſiones peccandi et ideo eſt paupertas laudabilis et optabilis. Nam paupertas facit hominem nō honorari ꝙ̄uis virtuoſus ſit. ſed deſpici facit eum et confundi et abici inter ſeculi amatores que omnia ſuſtinere pro chriſto. ſummum meritum eſt. Propterea chriſtus ad exemplum noſtrum pauperem vitam ī via duxit quia ſciuit eos qui diuicijs et delicijs abundant difficile intraturos in regnum celorum. Unde vt auidius et feruencius homines paupertatem amplecterentur ſummam honorem his qui propter ipſum omnia dereliquerunt promiſſā iudiciariā poteſtatem conceſſit dicens. Uos qui reliquiſtis omnia et ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes duodecim. ⁊c. Qui vero paupertatem habent etiam ſpontaneam et carent humilitate et manſuetudine ꝙ̄ ipſe chriſtus docet miſerabiliorē caſum his qui omnibus diuicijs habundant nec tales accipient in iudicio ſedem apoſtolice dignitatis ſed induentur diploide confuſionis que eſt dampnationis corporis et anime. Qui autē man ſuetudine ⁊ habilitate pollent. Quis diuitias ⁊ multas poſſideãt tñ ad xp̄i dexterã eũ iudicabit ſtatuens. Dicunt enim quidã oĩa relinquere nõ poſſum⁹ infirmi ſum⁹ neceſſaria nobis retinere oportet vñ viuam⁹. Et hoc licitũ eſt. ſed minus valent qz anguſtiã paupertatem ⁊ penuriã ꝓ deo ſuſtinere nõ audẽt poſſunt tñ ad culmẽ virtutũ per gratiã dei attingere. ⁊ ad cõtẽplationẽ ſupernoꝝ ſe leuare ſi occupatiões ⁊ ſecularia negocia deſerãt et ad orandũ et meditandũ indefeſſe aſſurgant atqꝫ ea que habẽt nõ amãdo poſſideãt Attendant igiẽ vigil' ꝙ ſuperflua q̃rere eſt vilis cupiditatis neceſſaria retinere. eſt infirmitatis ſed oĩa ꝓpter xp̄m relinquere eſt ꝑfectionis. Hii enim cõſiderant altiora eſſe q̃ nõ attingũt de minorib⁹ q̃ habent nõ ſuperbiant non ꝓſumãt vt ad inſtitutionẽ vite ordinate aſcẽdere mereant de qua nunc ſeqtur conſequenter.

❡ De inſtitutione vite. Cap. iiij.

Vt homo ad honorem dei ⁊ cõmodũ ſui ac vtilitatẽ ꝓximi recte dirigatur quatuor occurrunt dicenda primo que ſunt q̃ coinquinant hoiem et ſũt tria peccata vel tria genera peccatorum. ſ. peccata cogitationis oris et operis. Cogitatione peccat quis. qñ aliquid contra deum cogitat. ſi cor ſuum non occupet laude ⁊ amore dei ſi illud diuerſis cogitatiõib⁹ abſtrahi et mũdo vagari permittit. Ore peccat quis qñ mentit. qñ periurat quando maledicit. qñ detrahit qñ errorẽ ſuis ignorans defendit qñ ſtultiloquia vel turpiloquia vel vana ocioſa ꝓfert. Opere peccat qs multis modis luxuriãdo lubrice tãgendo oſculando voluntarie ſe polluendo vel procurando vel ſuſtinendo maxime occaſiones quibus credit ſe poſſe pollui rapiẽdo furando defraudendo percutiendo et aliis multis modis. Scd̃o dicendũ eſt q̃ mũdificãt hominem et ſunt tria contra tria peccata. ſ. contritio cogitationis et expulſio omnis affectionis que non pertinet ad laudem dei et amorem. Confeſſio oris que debet eſſe temperata nuda et integra. Satiſfactio operis que habet partes. ſ. ieiunium quia peccauit cõtra ſeipſum / orationem quia peccauit cõtra deum ⁊ elemoſinam. quia peccauit contra proximũ. Non tñ dico ꝙ de bõis alienis faciat elemoſinã. ſed reſtituat. quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum Tertio dicendum eſt que ſunt quem mundiciam cordis conſeruant et ſunt tria. ſ. vigil dei meditatio vt nullum tempus ſit in quo de deo non cogites. excepto ſompno qui oib⁹ eſt cõmunis. Secundum eſt ſolicitudo cuſtodie ſenſuum exteriorum vt guſtus et olfactus auditus viſus tactus ſub freno diſcipline ſapienter arceantur. Tertium ꝙ mundiciam cordis conſeruat eſt. honeſta occupatio ſicut legendo vel aliqd de deo loquendo aut ſcribendo aut aliquid vtile agẽdo. Similiter tria ſunt q̃ conſeruant mũdiciam oris. ſ. loquẽdi premeditatio cauere a multiloquio mẽdacij deteſtatio. Item mundiciam operis tria conſeruant. ſ. alimentorum moderatio praue ſocietatis declinatio ⁊ iugis mortis meditatio. Quarto dicendum eſt que ſũt que ad conformitatem diuine voluntatis nos alliciunt et ſunt tria. ſ. creaturarum exemplaritas que attendãtur per conſiderationem dei familiaritas que acquiritur per meditationem et orationem. Et regni celeſtis iocunditas que admodum ſentitur per contemplationem. Itaqꝫ in hunc modum ad triumphum vir dei inſtructus ⁊ tanq̃ lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum ideſt fluenta gratiarum. vireſcat in virtute ⁊ nunq̃ areſcat vicij ariditate ꝙ fructum bonum. ideſt opera in exemplum ⁊ bona data in ſubſidium ad honorẽ dei dabit non vendet pro inani gloria in tempore ſuo ꝙ eſt contra ſingulares qui dant exempla ieiunandi . quando eſt tempus comedendi et econtra. et econtra ꝗ auaros qui fructus dant quando putridi ſunt vel diſſerunt dare vſqꝫ ad mortem prouide igitur orauit ille qui dixit. Bonitatem ⁊ diſciplinam et ſcientiam doce me. Quid enim eſt diſciplina niſi morum inſtitutio vel correctio. Primo ergo per diſciplinam in rectitudinẽ inſtruimur vel a malis corrigimur et deum cognoſcamus quid agere ⁊ quid vitare debeamus. Tandem ſapimus non carnalia ⁊ terrena ſed celeſtia ⁊ diuina. Cumqꝫ quis toto niſu ad voluntatem dei ſe direxerit atqꝫ in virtutibus ſuccreuerit. aliosqꝫ forte qui eum precelleuerunt in conſtantia viuendi ⁊ deſiderio chriſti ſuperauerit. non debet deinde gloriari vel ſibi quicq̃ tribuere vel ſe aliis qui praui videntur ſuperiorem eſtimare immo ſe adhuc miſerrimum etiam viliſſimum reputare debet. Neminem niſi ſeipſum iudicet omnes ſibi anteponat cupiat ab hominibus non ſanctus predicari. ſed deſpicabilis Cum venerit inter homines procuret ꝙ ſit vltimus in numero et minim⁹ in opinione eſtimetur quia quāto maior es tāto magis humilia te in oībus et tunc coram domino inuenies gratiam exaltationis: quia magna eſt potentia dei et ab humilibus honoratur ergo a ſuperbis cōtempnitur ꝗ ſuam gloriam querunt non dei. Si autem ꝙ abſit in fauore populi gloriaris et honoreꝫ tibi pro fama in vita tua oblatum a plebe cum gaudio aſſūpſeris ſcito te hic recepiſſe mercedem tuam. Et quāuis mirabilis potentie vel continentie videaris dum magis gaudes in gloria hominum q̄ angelorum in futuro nichil tibi reſtat niſi tormētum. Debes igitur teipſum perfecte deſpicere et oēm mūdi gloriam penit⁹ declinare nichil niſi intuitu diuini amoris cogitare vel agere vt tota vita tua intus ⁊ extra laudem dei clamet. In cibo et potu ſis parcus et diſcretus nichil reijciēdo pro tempore: ſed quod affertur cum gratiarum actiōe percipiatur niſi tam fortem in complexione te ſenſeris ꝙ ſine perceptione ciborum delicatorū ſimpliciori cibo competenter poſſes domino deſeruire. Apoſtolo dicente. habētes victum ⁊ veſtitum neceſſariū ſcilicet ad ſuſtentationem vite his contenti ſimus. Dum comedis aut bibis memoria dei tui qui te paſcit a mente tua non recedat immo laudes ⁊ benedicas et glorifices deum tuum in omni morcello tuo: vt magis ſit cor tuum in laudem dei directum q̄ in cibum. Attendas vt nulla hora ſit mens tua a deo ſeparata: ſic enim faciens coram chriſto ieſu ineffabilem coronam promereberis et temptationes demonum qui maxime in cibo et potu hominibus inſidiantur et eos decipiunt effugabis. Nam demones quandoqꝫ incautos per immoderatam ſumptionē ciboruꝫ ab arce virtutum deiiciūt aut per nimiā abſtinentiam ipſā virtutē frangunt. Multi enim ſunt qui edendo ſemper fluctuant vt autem minus aut maius continue ſumāt: et formam comedendi nunq̄ tenent dū nec hec nec illud melius putant. Eſtimāt enim inſipientes qui dulcedinem amoris chriſti nunq̄ experti ſunt: ꝙ indiſcreta abſtinētia ſit ſanctitas nec putant ſe poſſe fieri apud deum magis meriti niſi per raram ⁊ quaſi iniuſtam abſtinentiam ſingulares hominibus innoteſcant. Sed vere in abſtinētia ꝑ ſe nō eſt ſanctitas: ſed ſi diſcreta ſit adiuuat: vt quis ſanctus ſit: ſed ĩdiſcreta abſtinentia impedit ne quis ſanctus ſit quia deſtruit diſciplinam ſine qua virtutes in vicia conuertuntur. Si quis vero velit abſtinētiam ſingularē aſſumere: debet viſus hominum et laudem vitare ne quaſi pro nichilo ſuperbiat et totum amittat. Homīes enim iudicant illos ſanctiores quos vident abſtinentiores cum inferiores ſepe in veritate ſint qñ in amore chriſti min⁹ feruētes ſiunt. Qui vero ſuauitatem eterni amoris veraciter guſtauerit nunq̄ alium per abſtinentiam precellere iudicabit: immo in tanto apud ſe īferior eſtimabatur quāto apud homines in abſtinentia mirabilit̄ videtur. Optimum ergo et dño placens arbitror vt q̄s ſe conformet in cibo ⁊ potu ꝓ loco ⁊ tp̄e et honeſtate his cū quibus conuerſatur ne aut ſuperſtitioſus aut ſimulator religiōis appareat. Contigit enim quādoqꝫ ꝙ ſi vn⁹ vel duo de abſtinēte bene ſentiant ceteri ipſum ypocritam et ſimulatorem appellant Sed ſunt quidam inanis glorie cupidi qui nullo modo acquieſcunt inter homines cōmunes haberi quoniā aut tam parum comedunt vt omnino verba hominum ad ſe trahant aut alterius generis cibaria ſibi afferri procurant vt propter appetitum laudis humane in aliquo ceteris diſſimiles videantur quorum inſania et obſtinatio longe ſit a me. Veruntamen ſalubre conſiliuꝫ eſt. vt illi qui minus abſtinentes ſunt abſtinentiores ſe preferant et quia ſic nō poſſūt continere in mente conpungantur. Illi et qui mirabilis ſunt abſtinentie alios ſe ſuperiores eſtiment quorum virtus hominibus latet in quā excellunt. Dum enim illorum virtus ſeu abſtinentia a multis laudatur niſi vana gloria totaliter expellatur et magna humilitate et caritate fulciatur coram chriſto pro nichilo veraciter iudicatur Aliorum vero virtus tāto maior eſt de q̄to ab hominibus non videtur. Quis enim hominum cognoſcere poteſt quāto amore erga deum quis ferueat quanta compaſſiōe erga proximum illuceſcat? Et ſine dubitatione virtus caritatis omnē abſtinentiaꝫ vel ieiunium et alia opera que exterius videri poſſunt incomparabiliter excedit. Et plerumqꝫ fit ꝙ qui coram hominibus videtur minus abſtinens intus per amorem ſit chriſto magis feruēs. Oportet enim ꝙ fortis ſit qui ſe in amore diuino viriliter exercebit. Carne enim nimia afflictione debilitata homo ſepe orare non ſufficit quanto magis feruenti desiderio ad summa se non leuabit. Mallem ergo ꝙ homo pꝛe amoꝛis magnitudine potius ꝙ̄ pꝛo ieiunio deficeret sicut sponsa de se testatur dicens. Nunciate dilecto meo quia amoꝛe langueo. Uerum tamẽ sicut supꝛadictum est: in abstinẽtia per se nõ est sanctitas: sed si discreta fuerit adiuuat vt quis sanctus esse possit dũmodo quattuoꝛ habeat conditiões. Pꝛimo ꝙ abstinens in comedẽdo si bono modo poterit solitarius sedeat. Secundo ꝙ vanam gloꝛiam pꝛopter hoc non appetat tertio ꝙ pꝛopter amoꝛẽ dei pꝛincipaliter abstineat. Quarto ꝙ cum bono moderamine ⁊ discretione fiat. Quibus conditionibus habitis non dubium quin huiusmodi abstinentia multum iuuare poterit ad sanctitatem consequendũ. vnde saluatoꝛ cuius actio chꝛistianoꝛum debet esse instructio quadꝛaginta diebus in deserto ieiunauit ꝙ tempus signat vitam viatoꝛum vt per hoc significaret omni tempoꝛe vite nostre esse abstinendum a carnis petulantia et coꝛpus perdomandum. Sed chꝛistus in deserto taliter ieiunauit vt per hec doceret homines fugere laudes et vanitates seculi volens abstinere chꝛistus ⁊ ieiunare aggressus est diabolus multipliciter temptans ipsum ad peccandum per quod factum debemus intelligere ꝙ nullo tempoꝛe plus temptat hostis spiritualis ꝙ̄ tempoꝛe abstinentie et penitẽtie coꝛpoꝛalis. Tunc enim plus furit gula cum per ieiunium coꝛpoꝛis domat. Tũc plus ardet luxuria cum per continentiam carnis resistitur. Et tunc auaricia plus instigat cum per paupertatem ei obuiatur. Quib⁹ debet abstinens fortiter resistere sumens exemplum ab ipso saluatoꝛe qui ꝙ̄uis diabolum potuit abijcere voluit tamẽ temptari et vincere volens sic vincendo viatoꝛes infoꝛmare ꝙ temptationes patienter debeant tollerare ⁊ viriliter resistendo illas superare. Sed an temptationes habere vtilius sit, vel eis carere solius rei exitus ꝓbat quia temptationes habere ⁊ eis viriliter resistere magne virtutis est illas superare ⁊ de ipsis triumphare gloꝛiosum est illis succũbere periculosum et viciosum est eis aũt carere comodius et securius est ipsas appetere et se eis ingerere incautũ est maxime infirmis et imperfectis. Excitare tamẽ se ad pugnam spontaneam contra vicia spiritualia scilicet iram inuidiam ⁊ vanam gloꝛiã et cetera huiusmodi. aliquando vtile est vt qui inter illos eligit moꝛari qui eum persequuntur et offendunt vt per hec patientiã discat ⁊ qui sub discreto magistro viuit qui eius voluntatem frequenter frangit vt humiliter obediens sic assuescat et sic de ceteris vicijs spiritualib⁹ expugnandis. De carnalibus autem vicijs hoc periculosum est ⁊ stultum sed fugiende sunt eoꝛum pugne et a memoꝛia excludẽde et earum actiones totaliter sunt tollende. vnde dominus noluit se de luxuria temptari vt nos doceret nõ debere nos ingerere huic temptatiõi aut sub spe pꝛemij aut triumphi. Cum eniꝫ hec tẽptatio magis habeat de delectatione admixta in quo vicio etiã cõcepti sum⁹ et in quo non solũ mens sed ⁊ coꝛpus delectatur ideo periculosius sibi aditus conceditur. Sicut si hostis in vꝛbe aliquos sibi fautẽtes habuerit si contra poꝛtas illius irruperit citi⁹ ⁊ facilius eam capit. Quapꝛopter dicitur ad coꝛinthi. per apostolum pꝛecipientem fugite foꝛnicationem. Pꝛo cõmendatione insup abstinentie notare debes ꝙ ad titulum beati Johannis baptiste plurimũ cõmendationis adiecit ꝙ vinum et siceram nec omne ꝙ inebꝛiare potuit bibit. Aaron etiam ⁊ filij eius pꝛecepit dominus vt intraturi tabernaculum a vino et ab omni ꝙ inebꝛiare potuit abstinerẽt. Reuera multi ex nimia gulositate moꝛbescunt suamq; crapulam remediantur vomitu turpiter egerẽtes ꝙ turpiter ingesserunt. Galienus equidẽ fidelissimus ipocratis interpꝛes teste beato Jeronimo refert athletas quoꝛum vita et ars sagina ẽ diu viuere aut diu sanos esse nõ posse animasq; eoꝛum nimio sanguine et adipe quasi luto inuolutas nichil celeste sapere sed semper de victu et ingluuie cogitare. Testimonio ipocratis crassa et obesa coꝛpoꝛa necessarium habent crebꝛam sanguinis demptionẽ ⁊ alios attenuatiõis modos alioquin paralisis podagra ⁊ alij moꝛbi pestilentes erumpent. Ideo ꝙ galien⁹ semper die decima ꝓ vite coꝛpalis medicamie legit sibi abstinentiã indixisse nec facile legimus aliquem infirmari qui frequẽter abstineat aut regulam diete modestioꝛis obseruet. legimus nãq; quosdã moꝛbo articularij aut podagrico laboꝛãtes pꝛo sũptiõe ciboꝛum delicatoꝛum, qui simplicioꝛi mẽsa medꝛoꝝ officio fuerant restituti. Flete inqt ꝓpheta oẽs qui bibitis in dulcedie. Abstinete ⁊ vos inquit apostol⁹ a carnalib⁹ desiderijs q̃ militant aduersus aiam si eni ẽm carnẽ vixe ritis moriemī illa ſcꝫ morte que nec morit̄ nec finit̄. Hanc in voluptatibus carnis cito preterit ꝙ delectat ⁊ ꝑmanet ſine fine ꝙ cruciat. Recordare hīc qꝛ factꝰ es diſcipulus nō epicuri ſed xp̄i vt crucē xp̄i circumferas in corpe tuo vt nō curā carnis in deſiderijs agas. Si chriſti miſteriū ſuſcepiſti i oībus te exhibe ſicut dei miniſtrum vt non blaſphemet̄ in te nomen dei tui. Recogita quomō gula ꝑmos parentes de ꝑadiſo expulit et huic exilio eos deputauit ꝙ ſi minimus cibus quem ibi ſumpſerūt adeo nociuus fuit q̄d putas maximꝰ cibus nocere ſibi poterit quē pro voluptate carnis imoderate ſumit. Si pomū: quid illicitū cōuiuiū Si gutta vel bucella: quid ciborū crapula. Si ſm apoſtolū ſcribentē ad Roma. bonū eſt nō comedere carnes et nō bibere vinum ſanis ſuplex corpore robuſtis quomodo bonū eſt eiꝰ cōtrariū. Cōſeruat enī abſtinētia bona nature qꝛ ꝑ ſapientē ſanitas corpis ⁊ aīe ſobrius potus. Et alibi ſm eundē. Noli auidus eſſe in omī epulatiōe et nō te effundas ſuper oēm eſcā. In multis enim eſcis erit infirmitas et ꝓpter crapulā multi perierunt: qui autē abſtinēs eſt adijciet vitam. In cuiꝰ ſignū daniel ⁊ ſocij ſui qui abſtinebant a cibis regijs ne ab eis cōtaminarent̄ apparuerunt pulchriores et corpulētiores poſt ieiuniū q̄ ceteri pueri qui cibo regio veſcebantur. Et nō tm̄ abſtinētia cōſuat bona nature vez etiā accumulat bona grē vn̄ b. Aug. in ſmōe de oratiōe ⁊ ieiunio ſic iq̄t. Ieiuniū mentē purgat ſenſū ſubleuat carnē ſpūi ſubicit cor ꝯtritū ⁊ hūiliatū facit cōcupiſcētie nebulas diſꝑgit. libidinū ardorē extiguit. caſtitatis lumē accēdit et ꝓpē multiplex bonū grē ꝙ tribuit oēm virtutē diaboli a ieiunāte expellit dicēte ſaluatore hoc genꝰ demonij nō eijcit̄ niſi in orōne ⁊ ieiunio de quo b. Ambro. in examerō. Tāta eſt inq̄t vis ieiunij ꝙ ſerpēs morit̄ ſi guſtauerit ſputū hois ieiuni. Sed qꝛ ſcriptū eſt q̄ iugū deo accipit ſedere debet ſolitariꝰ et tacere. Ideo ſi q̄s velit abſtinentiā ſingularē aſſumere debet viſus hois ⁊ laudes vitare nec ſic abſtinēdo ſupbiat ⁊ laudes hoim appetēdo mercedē celeſtē amittat. Tu igit̄ cōſtans eſto in oībus vijs tuis: ſm regulā tibi mōſtratā viā tuā dirige et q̄uis in ꝑncipio nō poteris optinere ꝙ cupis ne diffidas ſed pſeuera qꝛ ꝑ lōgū tp̄s ⁊ exercitiū ꝑuenies ad ꝑfectionē. Si viator fueris. ſi ſederis. ſi q̄d cūq̄ aliud feceris ſemp ad deū mētis oclōs dirige cogitationē tuā ab illo recedere nō ꝑmittas. Quaſi enī tp̄s illud amiſeris reputa i quo de deo nō cogitaſti In nocte lauda deſis eiꝰ amorē ꝯcupiſce nec alit̄ te occupatū q̄ orantē aut de deo cogitātē ſopnꝰ inueniat. Vide ne cogitatiōibus vanis defluas nec ſupfluis curꝫ te ſubdas: ſed hāc mētꝫ cōſtātiā acq̄reres retinē ſtude vt nec mala mūdi timeas nec eiꝰ bona quouiſmō imoderate cōcupiſcas. Qui aduerſa ſuſtinere metuit quō opteat eū mūdū ꝯtēpnere nōdū cognouit. Et q̄ gaudet i trenis bonis longe diſtat ab et̄nis. Ad virtutē vere fortitudis ꝑtinet oēs aduerſitates ⁊ pſperitates imo mortez ipām ꝓ et̄na vita ꝯtēpnere. Et caritas ē ſola celeſtia gaudia deſiderare nā ꝑfectꝰ amator mori gaudet ⁊ vitā patiēt̄ ſuſtiet Ad quā ꝑfectionē ſi dn̄o dāte aſcēderꝫ nō tn̄ ſine tēptatiōe vel tribulatiōe eris. Ad quā deū dādam ſermonē couertatur

De tribulatione in temptatione. Ca. v.

TEmptatio eſt vita hominis ſuper terram: ideo ꝙ ſi ſeruire proponis ei: cui ſeruire regnare eſt non eris a temptatione imunis. Sapientia enim dicit. Fili accedēs ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia et timore etꝰ prepara animam tuam ad temptationē: vt ſcꝫ cūctis diebus militie tue ſis in cōflictu et certamine: et vt fortunā tibi raro aut nunq̄ accideat optata: ſed ecce quis impatiens in tribulatione poſitus ex amaritudine ſui ſpiritus remurmurando. Refert forte per hunc modum. Quos deus ad opꝰ ſue ſeruitutis elegit ſi ſanitate: aut robore: aut elegantia corporali gaudeant multipliciter afflicti incipiunt continue deficere: et vel extrinſecis caſtigationibus vel grauiſſimis infirmitatibus oppreſſi langueſcere coguntur. Si aurum eſt eis vel argentum fures veniunt et furantur vel ꝙ difficilius eſt affectum eius ab ipſis reſcindit. Si poſſeſſiones agrorum vincta vel oliueta eis ſint cum alijs proſpera acciderint hec grādo vel pluuia conſumit. Quid ergo dn̄s dabit eis reuera panem artū et aquam breuem. Hic eſt cibꝰ ille regꝰ quo deꝰ paſcit ſeruos ſuos Si ſeruus dei tranſit maria vētus ſibi contrariatur. Si per terrā ille diſponit ⁊ multis diebus celum terre ſerenitatem cōceſſerat. Cum hic ſeruus dei ad lucem venerit et ad viam ſe parauerit: tunc cōglutinatur nubes terra imbribus ꝑfundatur ⁊ vel pluuia vel eſtus aut gelu intemperato: ſeruus dei multipliciter affligitur. Mica res nunc mures in occulto non ſinūt eum quieſcere nec canes latrantes aut murelegi clamantes variuſq; ſtrepitus bꝛutoꝛum ⁊ hominum ſeruum dei multipliciter inquietant et doꝛmire nõ permittunt. ⁊ ſiue loquatur ſiue taceat diſplicet. Quod ſiquis contra eum etiam tacentem ⁊ nullum verbo aut facto ledentem ſe erexerit omnes cõcurrũt ad maledicendum linguas ſuas acuunt, et velut rapidi canes lepuſculum ipſum inſequuntur lacerant ⁊ decerpunt. Ecce ipſi dicunt diligit deus odientes ſe ⁊ odio habet diligentes ſe. Illis bona, iſtis mala largitur. Nonne habundancia peccatoꝛibus eſt. filijs autem dei penuriam. Nonne iuſti pꝛiuantur et impij floꝛent in mundo dicentes ꝙ tam paucos amicos deus habet eo ꝙ cum eis huiuſmodi ludo ludere ſolet. De quo quaſi impacienti animo conquerebatur ille amabilis re et nominis interpꝛetatione ꝓpheta domini qui dixit. Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes ⁊ taces domine deuorante impio iuſtioꝛem ſe. Ecce bene agit et maledicta recipit tibi deus ſeruire ſatagit ⁊ vitam eius mundus contempnit. Poꝛro a ſeipſo ſ mille caſtigationibus tribulatur ⁊ ꝙ ad huc maius eſt, ecce, ſathan a facie tua egreditur ⁊ ei in omnibus ad que ſe verterit inſidiatur. Quomodo ergo hec multifoꝛmia mala in ſuis electis deus ſuſtinere poteſt. Aut quomodo hec ⁊ ſimilia videt et non adiuuat menſa pietas dei qui cuſtos hominum dictus ſolus conſiderat laboꝛem ⁊ doloꝛem. Reuera in his diuina miſeratio fidem adhibet certiſſime dilectionis. Quem enim diligit coꝛripit deus ⁊ flagellat omnem filium quem recipit. Dulcioꝛa ſunt iuſti ⁊ miſericoꝛs dei verba ꝙ fraudulenta verba adulantis. vtinam ait ꝓpheta coꝛripiat me iuſtus in miſericoꝛdia oleũ autem peccatoꝛis non inpinguet caput meum. Si mũdus inquit chꝛiſtꝰ odit vos ſcitote quia pꝛioꝛem vobis me odio habuit. Nepe hinnulꝰ nouiter pꝛogenitus maternum refugium querit capꝛa vbera petit ſed cum ad incrementa debita peruenerit lac deſerens cacumina moncium aſcendit tunc inter lilia paſcitur ⁊ gregi ſui generis libere ſociatur.

Puerilia iura lacti debita annoꝛum maturitate tranſcendiſti ideo tempus eſt vt ablactatus ⁊ auulſus ab vberibus numero viroꝛum foꝛcium coniungaris. Exemplo eorum diſce quid agere debeas ⁊ ꝙ ſapienter debeas cuncta ſuſtinere ⁊ pariter etiam vt tribulatione pꝛobatus eoꝛum numero cuꝫ gaudio ſine fine ſocieris. Aſcende ad coꝛ altum ⁊ poſt tergum reſpice turbam innumerabilem omnium ſanctoꝛum qui a ſeculo ſunt quia omnes qui deo ſingulariter placuerunt ſingulares in tolerancia aduerſitatum extiterunt. Et vt de ceteris omnibus quoꝛum infinitus eſt numerus ſileam ecce ad manus eſt puer cithariſta vir ſꝫ coꝛ dei quantas inquit oſtendiſti michi tribulationes multas ⁊ malas ⁊ conuerſus viuificaſti me. Joſeph futurus egipti dominus a fratribus ſuis venditus et a muliere mala infamatus carcerali cuſtodie mancipatus fuit. Silentio pertranſeam abꝛaham benedictum deo moyſen electum a domino ⁊ ceteros patriarchas ⁊ pꝛophetas ⁊ amicos dei altiſſimi quoꝛum longanimitas ſpei non immerito ſpeculum paciendi tibi eſſe deberet. ſi ꝙ pateris libꝛare debes ⁊ cõparare paſſionibus alioꝛuꝫ patrum. Ecce yſaias graciarum nobilitate inſignis ſerra lignea ſecatur. Jeremias in vtero ſanctificatus qui diem hominis non concupiuit lapidibus obꝛutus crematur. Ezechiel crudeliter excerebꝛatur daniel vir deſiderioꝛum in lacuꝫ leonum ꝓicitur. Tres pueri camino ignis ardentis traduntur. Job exemplum paciendi in manus inimici traditur. Thobias excecatur. Machabei cruciatibꝰ exquiſitiſſimis interempti ſunt. Et hi quideꝫ patres bona tempoꝛalia in repꝛomiſſione acceperant poꝛro ab initio naſcẽtis eccleſie regnũ celoꝛum vim patitur. ⁊ violenti rapiunt illud. Nonne etiam vides amicos xp̄i kꝛmos apoſtolos in mundo degere ⁊ fame frigoꝛe ac nuditate carceribus plagis ⁊ moꝛtibus ſe exponere ⁊ omnibus vite pꝛeſentis laboribus ſubiaceꝛe nec deficere in tribulationibus nec queruloſis vocibus inſiſtere ſicut tu facis ſed gaudere in contumelijs ⁊ tribulationibus letari. Sanctos etiã martires quis audeat reſpicere ⁊ queruloſus aut deſidioſus eſſe qui ludibꝛia ⁊ verbera experti innumera toꝛmentoꝛum genera paſſi glorioſiſſime coꝛonati ſunt. Confeſſoꝛes ⁊ virgines longum ducentes martirium coꝛpoꝛa ſua cum vicijs ⁊ concupiſcẽtijs crucifixerunt. Nonne erubeſcis cum hos pꝛoſpicias et ſocietatem eoꝛum annumerari vis ⁊ eoꝛum ſufferencias in modico imitari non vis. Inter tot ſtrenuiſſimos milites vis deſidioſus eſſe ⁊ ſompnolencia toꝛpeſcere. Delicatus miles es in tempoꝛe aduerſitatis. Bellatoꝛ inuictus ad exercendū et probandū ſe tribulationē et miſeriā inuenire deſiderat nā niſi preceſſerit pugna non poteſt eſſe victoria. Gubernatur nauis in tempeſtate dinoſcitur miles in acie belli probatur cōflictio in aduerſis eſt probatio virtutis. Cum oēs ſimus filij ire cur cauſatis in chriſto flagellū miſericordie: minor enī eſt pena q̄ pro peccato deus infligit ꝙ culpa mortalis que penam preceſſit. Si flagellū eius cū equanimitate ſuſtineas ira trāſibit in gratiā atq̄ ſecundū multitudinē dolorem in corde tuo conſolationes eius letificabūt aīam tuam. Nam forſitā temporaliter te punit de⁹ vt eterne mortis ardores pena redimat tēporali. In edificio tēpli oēs lapides pri⁹ malleis tundebant ne in illorum poſitione ſonus mallei audiretur. Sic etiā viui lapides qui ponendi ſunt in illa celeſti hieruſalem que edificatur vt ciuitas. varijs infortuniorum tunſiōibus prius polliuntur ꝙ ī edificio celeſtis habitaculi collocent. Sed nec ī horreo dñi ponitur granū donec flagellis aut triturantium pedibus ſit excuſſum. ſane qui in labore hominū non ſunt ⁊ qui cū hominibus non flagellantur cum demonibus flagellabuntur. Medicus nō ſemper dulcia miniſtrat egroto ſed frequenter porrigit amaras potiones. Quippe egritudies que cauſātur ex immoderata ſumptione ciborum delicatorum ſepe purgantur abſinthio. Et apoſtemata que ex ocio ſuccreuerunt et crapula vſtio ſanat ⁊ purgat inciſio Quis miſeriā et infirmitatē inter dei dona non computet cum chriſt⁹ apoſtolo dicat ſufficit tibi gratia mea nam virtus in infirmitate perficitur idcirco idem apoſtol⁹ edoctus in ſcola experientie ꝙ magiſter quandoq̄ predixerat quando inquit infirmior ſum. tunc fortior ſum et potens. Job afflictione corporis et ſubſtantie corporalis amiſſiōe mulctatus qui afflictus eſt inquit erit in gloria. beatus Jacobus ſciens ꝙ magna ſit dulcedinis dei multitudo in flagellis illius dicit. Omne gaudium exiſtimate fratres cum in temptationes varias incideritis flagellat enim dominus omnē filium quem recipit. Viſitat eum diluculo et ſubito probat illum. Sic iraſcitur domin⁹ vt manſuefiat affligit vt parcat proſternit vt erigat. Et quis nouit domine deus poteſtatem ire tue plena eſt enim miſeratioib⁹ ira tua et iudicia tue animaduerſionis quam temporaliter exerces in tuos certa ſunt indicia pietatis pateris enī forte fili pro iniquitatibus tuis vtinam datum eſſet tibi deſuper pro iuſticia pati. Beati enim qui perſecutionem propter iuſticiam patiuntur. Nemo īquit petrus apoſtolus patiatur vt fur aut homicida aut auarus ſed ſi benefacientes ſuſtinetis hec eſt gratia apud deum plures inuenimus qui proſperis ſucceſſibus elati deciderunt ꝙ qui aduerſis fracti a ꝓpoſito ſpirituali corruerunt. Sicut enī in cithara corde proportionaliter protenſe ſonum reddunt ſuauem ſic electus dum aduerſitate premitur ad reddendum dulcē ac celeſtem melodiam plenius abilitatur. Tribulatio temporalis que a mundo vilipenditur a deo valde precioſ⁹ reputatur ipſa iram dei extinguit ⁊ eius ſeueritatem in amicitiam et benignitatem conuertit. Sicut ſtella matutina ſolem vicinum mundo prenunciat ortum ſic ipſius ſupercelestis ſolis animam tribulatā inuiſere volētis tribulatio iocundā demonſtrat propinquitatem et internam arguit cōſolacionem ſubſequentem. Et ſicut arcus refulgens inter nebulas glorie ſignum eſt diuine pacis ad genus humanum ſic tribulatio ſeuiens ſignum eſt diuine propiciationis ad animū contritum. Eſt enim tribulatio gratie preambula ſpei ſocia dilectionis puerpera Ipſa actiuam vitam ſuo munimine protegit et contemplationis oculum ſubtilē acuit. Hec eſt que hominem carnalē facit ſpiritualem et mentem terreſtrem mutat ī celeſtem. Ipſa generat mundi huius deſertionem: ſed diuinam parit familiaritatem. Amicos conſueuit diminuere ſed gratiam ſolet augere. O quanti in mundo ſunt captiui qui per manum altiſſimi velut anialia indomita et auicule incaueate tribulationibus ſe prementibus īcluſi tenentur quibus ſi facultas adeſſet ocio reſoluti a ſtatu diffugerēt proprie ſalutis. O quanti ſunt qui grauiſſima cōmiſiſſent peccata ſi non pia diſpenſatione diuina per tribulationes preſeruati fuiſſent. Quid nanq̄ eſt ꝙ cor elatum et hominem ambitioſum ſeipſum magni faciat cognoſcere et non alta ſapere ſed humiliter in ſe conſiſtere et proximo pacienti condeſcendere doceat. Hec eſt nutrix humilitatis doctrix paciencie cuſtos virginitatis comparatrix eterne felicitatis rubiginem aufert peccatorum incrementa preſtat virtutum ⁊ vbertatē confert gratiarum ipſa peccata tollit / purgatoriū [illegible] / superat temptationes / extinguit carnalitatem / spiritum renouat / spem roborat / multum exhilarat / in hac vita affert / serenitatem / et futurorum gaudiorum continuam prebet dulcedinem. Ipsa est potio sanatiua. Herba salutifera super omnes herbas paradisi terrestris / corpus corruptibile castigat / animam immortalem vegetat. Anima deuota saginatur / tribulationes suauiores et lilia fecundantur celesti rore. Non putet quis se sanctum quando non tẽptatur ad peccandum. Magis temptantur boni qui altum ascendunt ꝙ quandoq̃ labiles. Ratio est quia quanto mons est altior tanto illic ventus est maior. Sic quanto vita viri est sublimior tãtã hostis temptatio est fortior. Unde si heremita vel anachorita non senciat temptationes tunc multum timeat ꝙ sit nimium temptatus. Nam sm greg. tunc maxime impugnaris cum temptari non sentis. Cum enim diabolus viderit unum hominem et mille ad deum conuerti perfecte christi vestigia sequi presencia despicere sola inuisibilia querere et amare perfectam penitentiam assumere ab omni contagio mentis et corporis se purgare nulle fraudes nocendi nulle artes pugnandi contra eum reperit ut ipsum ab amore dei ad amorem mũdi deiciat ut iterum sordibus scelerum se polluat et libidinosis sabbati cogitationibus deo suo odibilem reddat. Excitat contra eum quandoq̃ persecutiones tribulationes calumpnias impositiones falsorum criminum genera odiorum ut qui pene terreant et [illegible] et que prospera decipere nequiuerunt. Nunc aspera nunc blanda apponit. ymagines rerum corporearum ingerit fomenta viciorum fantasmata componit antique vetustatis. et preterite dilectionis delectationem reuocat. cor et carnem [illegible] incendijs inflammat a minimis persuasionibus incipit. Sed ad maximam flammam nequicie deducit et tanto maiori solicitudine contra nos omnia genera temptationum et tribulationum suscitat [illegible] quanto nos iam ab eius faucibus per veniam euasisse dolet. Nichil autem aliud queritur ut nos ab incorporeis amplexibus et castissimis et suauissimis eterni amoris separet in lacu miserie et in luto fecis nos iterum deturpet. Quod profecto nobis magis miserabile esset ꝙ explicare sufficio. Quis enim cogitare posset illi⁹ insaniam qui a delicijs regum ad escas porcorum gratis descenderet et ad hoc magis insanit qui sapientie iocunde delicatissimas epulas renuit et ad immundiciam carnis se spõte subdit. Nonne gula et luxuria sunt sorditates porcine quas qui faciunt demones pascunt. Quomodo ergo cõtra temptationes et tribulationes inimicorum nostrorum agendum sit et resistendum paciẽtia nos docebit de qua iam loquamur.

De paciencia. Cap. vi.

Non dignentur filij regis ad irrationabilium animalium pabula deuolui immo spernant cunctas voluptates illicitas et solacia mũdi pro amore xp̃i. Qui enim illo pane vescitur qui de celo descendit affectum nõ inclinet ad ea que a diabolo suggeruntur. Quando insurgunt tribulationes et temptationes accipienda sunt arma spiritualia et tunc ad bellum procedendum est. Temptationes enim cõstantia fidei et amoris christi vincuntur et tribulationes paciẽtia superantur. Quid enim est paciencia nisi rerum aduersantium libens et voluntaria perpessio. Qui ergo est paciens in nulla aduersitate murmurat sed magis in omni tempore cum propheta deum laudat. Quanto namq̃ quis pacientior in aduersis fuerit tanto in celestibus gloriosior erit. libenter ergo sustinende sunt tribulationes et angustie amaritudines et pene infirmitates et priuantur quia per hec hui⁹ mũdi peccata nostra purgantur et merita augentur. Aut enim oportet nos in hac vita igne diuini amoris et tribulationis excruciari sic a sordibus seculi purgari aut post hanc vitã igne purgatorij vel inferni acerbissime cruciari. Eligamus ergo ꝙ volum⁹ quia pro certo alterum istorum nõ euadem⁹. Hac autẽ leui penitẽtia immo cum gaudio sincero deo inhereamus et sic possumus futuram penã abolere. Ideo immittuntur tribulationes ut nos ab amore mũdi reuocent et ne grauius in alia vita puniamur. Doloribus enim purgatorij oportet purgari ꝙ in voluptate cõmisimus. Sed peccatores supra dorsum nostrum fabricant nõ nobis nocendum pacienter tolleramus sed sibi nocent quia etiã si modicã penam inferunt nobis tñ coronã et ipsis tormentũ cumulant. Multi vero eo vitam presentem sine multis tribulationibus transire penitus nolunt quia eis nulla gloria in futuro reseruatur propter quod sancti viri tribulationes amant quia per illas ad eternitatẽ peruenire nõ ignorant. E contra reprobi semp in aduersitatibus murmirantatqꝫ eas quãtũ poſſunt declinãt. quia dum viſibilibus rebus immoderate ſunt dediti ſpe eternorũ ſunt p̄uati. In exterioribus bonis tãtummodo ſolacium inueniunt: quia ſaporem celeſtium funditus amiſerũt. Nulla autẽ eſt anima ratõalis hic exiſtẽs que nõ aut creatori aut creature adhereat ſi creaturam immoderate diligit deum amittit ⁊ cum dilecto ſuo ad interitum vadit. Talis vero labor ĩ p̄ncipio eſt labor ⁊ ſtulticia in medio lãgor et miſeria ĩ fine odium et pena. Qui vero cõditorem ſuum recte amat omĩa que in mũdo ſũt propter deum refutat. De illo et cum illo loqui dulce habet ipſum cogitare refectio ſibi videt claudit ſenſus exteriores ne mors aſcẽdat per feneſtras ne in aliqua vanitate inutiliter occupetur. Et quãdo aliquãdo ſuſcitãtur deſpectiones et obprobria irriſiões et ſcãdala contra illum ideo neceſſe eſt vt ſcutum accipiat paciencie et magis ſit paratus iniurias ignoſcere ⁊ ignorare. Et pro cõuerſione illorum qui ſe oderũt et dep̄mũt nec curet hominibus placere ſed ſumme timeat deum offendere porro ſi in carne temptetur ipſam ſubiciat ne ſpiritus ſuccumbat. Temptatio ei cui non cõſentitur eſt materia exercende virtutis. Nemo quippe ſibi inoteſcit vtrum fortis aut debilis ſit niſi tẽptatus fuerit. Sic nec quis in pace paciẽs dici debet ſꝫ cum iniuria ipulſus fuerit / tũc ſi pacientiam habeat / aperte videbit. Multi pacientes videntur quãdo nõ impugnantur ſed ſtatim cum leuis flatus nõ dico iniurie ſed correctiõis eos attigerit mox mẽs eorũ in amaritudinem et irã ſe vertit. Et ſi vnũ verbum cõtra voluntatem eorum audierint duo verba multo auſteriora reddere cõãtur in quorum cõſilia nõ veniat aĩa mea. Extinguenda ſunt iacula lingue humilitate et amoris ſpũs ſuauitate nec cedendum eſt tẽptationi ſi ſatis grauiſſima ſit, quia quo maior eſt pugna eo glorioſior eſt victoria et ſublimior corona. Beatus enim vir qui ſuffert temptationem. quoniã cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromiſit deus diligẽtibus ſe. Nũc aũt ĩ via perfectiõis es nõ dubites ſi tibi ſit deſpectio quaſi laus paupertas ſicut diuicie. inopie ſicut epule vt iſta propter deum e quo aĩo ſuſtineas et in nullo ab altitudine mẽtis cadas.

Fuge et abhominare quantum potes laudes hoĩm. quia hoc maxime laudabile eſt. ſi laudabilis ſis et ab hominib⁹ laudari nolueris lingue adulancium multos decipiunt et detractorum labia plures confũdũt Tu igitur fauorem honorem et omnem vanam gloriam deſpice. inimicicias odia ⁊ detractiones pacienter ſuſtine ⁊ ſic per infamiam et bonam famam per tribulationes ⁊ blandicias ad celeſtia regna non ceſſes properare. Sepe cadim⁹ vt per multos caſus eruditi poſtea fortius ſtemus fortis non timet paciens in aduerſis non triſtatur ſicut ſcriptum eſt. Non cõtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Si nimirum diſpoſitus omnem temptationem ſuperabis omnem maliciam extingues tribulantes te miſeriores cernes et chriſto tota mente adherebis.

¶ De oratione Cap. viij.

SI in temptatione vel tribulatione poſitus fueris: mox ad orationẽ recurras ſi enim pure oraueris auxilium habebis. veniunt quandoqꝫ diſperſiones et euagationes cordis et cogitationes rapiunt ad diuerſa: nec ſinunt cor ſtare in laude dei ⁊ tunc forte bonum eſſet per aliquod momẽtum de diuinis meditari donec mens magis ſtabiliatur et ſciat orationes complere. Si qui vero omnes occupationes pro amore chriſti dimiſerint et omnino ſe celeſti meditationi ⁊ orationi ſãcte mancipauerint, eſtimo ꝙ per dei gratiã infra breue inuenient cor ſtabilitum ad amandũ ⁊ orãdum: vt non nunc in hanc rem nũc in illã tranſuolent: ſed magis in tranquillitate et eterna pace repauſent. Multum enim confert ad ſtabilitatem cordis optinẽdum crebris orationibus inſiſtere pſalmodiam deuote cantare. Iugi enĩ oratione demones vincimus et eorum inſidias oratione eneruamus. Reddẽtur enĩ debiles et quaſi ſine fortitudine dũ nos fortes et inuicti ad orãdũ perſeueramus. In illis quippe viris ꝗ longo exercitio ad orandum in ꝯſuetudine habent aliquãdo maiorem ſuauitatem et feruentius deſiderium orandi inueniunt. Dum igitur illa ſuauitas et ardor remanet bonum eſt vt ab orationibus non deſiſtãt quãdo vero ceſſauerit ꝙ propter corruptibilem carnem ſepe contingit poſſunt ad meditandum ſacras ſcripturas vel aliquid aliud agendum vtile attendere: ita ꝙ cogitationem a deo euagare non permittant vt cum ad orandum ſe erexerint ardẽtiores ſint ꝙ̃ fuerint. Tunc enim veraciter oram⁹ dum de alio ꝙ de deo non cogitamus: ſed tota intentio noſtra ad ſumma dirigatur et animus noſter in igne ſpiritusſancti inflāmet. Hic ꝑfecto in nobis mira affluentia bonitatis diuine inuenietur: quia ex intimis medullis cordis noſtri exurget amor dei et tota oratio noſtra cum affectu ⁊ effectu erit vt iam non verba in oratione tranſcurramus: ſed omnes pene illas cū clamore valido et deſiderio intenſo deo noſtro offeramus. Incenſo eniꝫ corde noſtro amore feruido oratio ipſa incenditur in odorem ſuauitatis et ex ore noſtro in conſpectu dei adoletur vt magna iocūditas ſit orare quia dū in oratione ineffabilis dulcor oranti infunditur ipſa oratio in iubilum commutatur. Hic reprehenduntur qui magis meditationi ꝙ orationi indulgent neſcientes ꝙ eloquium dei ignitum ſit quo purgantur ſordes peccatorum et amore mentes orantiū inflammantur. Dicunt ſe prius velle meditari: vt ſic poſſēt cor ſtabilire: ſed eo tardius ad ſtabilimentum perducuntur quo illi ad continue orandum non confortātur. Quis enim nō ita cito ſicut volumus cor noſtrum in vnum colligere valeamus non ꝓpter hoc debemus deſiſtere ſed paulatim ſtudeamus creſcere vt tandem nos dignet̄ ieſus xp̄s ſolidare ad qđ meditatio adiuuat ſi menſurā et modum non excedat.

¶ De meditatione. Cap. viij.

EST autem meditatio bona de paſſione chriſti et morte et ſepe recordari ꝙtas penas et miſerias ſponte chriſtus ſuſcepit pro noſtra ſalute in ambulando in ꝑdicando famē ſitim et frigus calorem improperia et maledicta ſuſtinēdo vt non videat̄ graue inutili ſeruo imitari dominū et imperatorem ſuum. Qui enim dicit ſe in chriſto manere debet ſicut ille ambulauit ⁊ ipſe ābulare. Dicit enim chriſtus per Hieremiā. Recordare inqt paupertatis mee et tranſmigrationis abſinthij et fellis ⁊ amaritudinis per quā de mundo ad patrem tranſmigraui. Hec enim meditatio ſiue recordatio diabolum confundit et machinas ei⁹ deſtruit: carnales temptationes extinguit et animum ad amorem chriſti incendit mentem ſubleuat et clarificat et clarificādo purgat. Eſtimo ꝙ hec meditatio vtilior eſt omnibus alijs his qui nouiter ad chriſtum conuertuntur. ideo enim ꝓponatur humanitas chriſti in qua iterum homo delectetur in qua habeat materiam gaudendi et lugendi gaudium propter certitudinem redēptionis et luctum ꝓpter turpitudinem criminis pro quo dolēdo tam admirabilis hoſtia imolata eſt. Quia rudis et carnalis animus in contemplatione diuinitatis non rapitur niſi aſſumptis carnalibus impedimētis ſpiritualis efficiatur. Cum enim iā mūdū terrere ceperit et nulla rei corporee ymaginatio ſibi illudere poterit tunc certe ad altiora admittitur vt in amore diuinitatis vehementer glorietur. Quidam et meditant̄ de gloria bonorꝫ angelorum et ſanctarum animarum cum chriſto exultantium ⁊ hec meditatio ad contemplationem pertinet. Alij meditantur de miſeria humane conditionis et eius vilitate: diſputantq; in cogitationibus ſuis de inſania hominum ꝙ ꝑ vanitate viſibilis vite inuiſibilia gaudia obliuiſcantur. Alij meditationes ſuas ita diſponunt vt nihil niſi laudem et deſiderium ſui conditoris ſonent vt ipſum ꝙtum poſſibile eſt viatoribus ament. Ad hanc autem meditationeꝫ nemo peruenit niſi qui multum in precedentibus exercitatus eſt. Eſt autē excellentior alijs et maxime virum cōtemplatiuum efficit. Sicut igitur diuerſa opera et exercitia electorum ſunt ita diuerſe ſunt eorum meditationes. Oēs tñ qꝛ ab vno fonte ꝓcedunt ad vnum finē tendunt et ad vnam btitudinem perueniunt vel ducūt ſed diuerſis vijs ꝓpter vnā caritatē que maior eſt in vno ꝙ in alio. Ideo dixit pſal. Deduxit me ſup ſemitas iuſtitie: quaſi diceret vna eſt iuſtitia ſed ſemite ſunt multe: quibus hoīes ducuntur ad gloriā vite eterne qꝛ dū oēs exiſtentes in vnitate diuerſorꝫ ſunt meritorꝫ in vna iuſtitiaꝫ plures ſemitas ducunt̄ ad deum. Alij pergunt per inferiorē ſemitam alij per ſuperiorem. Superior aūt ſemita illi tribuitur qui vt ampli⁹ xp̄m amet ab eterno ꝑdeſtinatur nō qꝛ pl⁹ alijs operetur vel quia magis largitur aut plura patiatur: ſed quia plus amat quidē amor feruor et dulcor eſt ⁊ in oībus requiē querit. Nemo aūt pōt ſe conſtituere in aliqua iſtarꝫ ſemitarꝫ: ſed illam accipit ad quā deus illā elegit. Et aliquādo aliqui qui nobis apparent in ſuperiori ipſi ſunt in inferiori ⁊ ecōuerſo qꝛ illud in interiori hoīe coram deo ſolū cognitum eſt non in aliquo ꝙ exteri⁹ ab hoīe fieri pōt. Scđm vero diſpoſitionē meditationū vel affectionū ꝑ quas ad illam vel ad illam ſemitam diriguntur

UMI

nullis exterioꝛibus cognoſci poteſt quis ſit maioꝛ vel minoꝛ coꝛam deo. Stultū igitur eſt de electis iudicare ⁊ dicere iſte excellit iſtū et illius merita ab iſtius meritis longe diſtant cum penitus ignoꝛent mentes illoꝛū quas ſi ſcirēt tunc licite poſſent ſic iudicare Sed ideo deus omni creature hoc voluit eſſe incertum ne hunc nimis contempnerent aut illum nimis honoꝛarent. Quia ſine dubio ſi poſſent videre coꝛda hominū multos quos homines velut electos honoꝛant: tūc tanq̄ viles et fetentes deſpicerent. Et alios de quibus nunc non curant nec quos ad videndum mouentur tanq̄ dei dilectiſſimos ⁊ velut angelos ſanctos tunc honoꝛarent. Bone itaqꝫ meditationes et cogitatiōes electoꝛum a deo ſunt et tales per ſuam gratiā ſingulis infundit quales eoꝛum ſtatui et cōditioni magis congruere cernit. Poſſes igitur meditationes tuas mihi dicere ſed quales tibi amplius efficaces erunt neſcio aperire: quia interioꝛem affectionem tuam nō vidi. Puto certe ꝙ ille meditationes in te magis deo placent et tibi magis pꝛoficiunt quas ipſe deus pꝛopter ſe in animam tuaꝫ infuderit: verūtamen initium poteris habere ab alioꝛum dictis ꝙ ego in me ipſo expertus ſum. Si enim contempſeris doctrinam doctoꝛum et putaueris te poſſe meliꝰ aliquid inuenire q̄ ipſi te docent in ſcriptis ſuis ſcito ꝙ amoꝛem chꝛiſti nō guſtabis inſipientis eſt enim dicere. Deus illos docuit quare ergo et me non docebit. Reſpondeo tibi quia non es talis quales ipſi fuerunt. Superbus enim es et auſterus: illi humiles ⁊ mites extiterunt et pꝛeſumendo nihil a deo queſierunt: ſed ſe ſub omnibus humiliando ſcientiam ſanctoꝛum acceperūt docuit ergo illos vt nos in illoꝛum libꝛis doceremur. Si vero meditationes tue amoꝛē chꝛiſti nunc deſiderant / aut nunc laudem eius ſonant / tunc vt michi videtur: bene diſpoſitus es: et meditationes in quibus maioꝛem dulcedinem ſentis in dño tibi amplius pꝛofuture ſunt. Meditari enī ſine dulcedine parum pꝛodeſt niſi in illa cauſa qua pꝛopter neceſſitatem dulcedo non ſentitur

¶ De electione. Capitulū .ix.

Si cupis ad amoꝛem dei peruenire et ſuccendi in deſiderio celeſtium gaudioꝛum et induci ad contemptū terrenoꝛum non ſis negligens ad meditandum et legēdum ſacram ſcripturam et maxime his locis niſi moꝛes inſtituit ⁊ inſidias diaboli cauere docet niſi loquatur de amoꝛe dei et de vita contemplatiua. Difficilioꝛes vero ſententie diſputantibus et ingenioſis viris lōgo tempoꝛe in ſancta doctrina exercitatis relinquantur. Multum enim adiuuat in bono pꝛoficere in hoc cognoſcimus defectus noſtros ⁊ pꝛofectus in quibus peccamus et in quibus non que et vitare debemus et que agere ſubtiliſſime machine inimicoꝛum noſtroꝛum nobis aperiuntur: accendunt ad amādum et ad lachꝛimas cōpungunt. Pꝛeparant nobis menſam delicatam ſi in illis ſicut in omnibus diuicijs delectati fuerimus ſi nulla cupiditas honoꝛis vel fauoꝛis laus hoim ſuccēdat nos ad ſciētiam ſcripturarum: ſed ſola intentio placēdi deo vt ſciamus quomodo ipſum diligamus ⁊ ipſū pꝛoximū doceamꝰ nō vt reputemur ſciētes ad populū imo debemꝰ magis occultare ſcientiā nr̄am q̄ ad laudē nr̄am oſtēdere ſicut dicit: In coꝛde meo abſcondi eloquia tua vt non peccem tibi. Cauſa igitur locutionis noſtre. ſola ſit laus dei et edificatio pꝛoximi vt illud de nobis impleatur laus eius in oꝛe meo ꝙ ſit q̄ſi laudem noſtrā nō querimus ⁊ contra eius laudem non loquimur. Per hos nouem gradus pꝛetactos ad puritatem mentis aſcenditur.

¶ De puritate mentis. Cap. x.

Vſa videtur deus puritate dico que in via haberi poteſt quomodo ꝑfecta puritas acquiritur hic niſi tociens hō venialibus peccatis ſoꝛdidatur lauandi ſunt pedes ſanctoꝛum quia puluerem de terra trahunt. Quis enim poteſt dicere purus ſum a peccato quaſi diceret nullus in hac vita. Nam vt ait Job ſi loꝰ fuero aquis viuis a vera penitentia et effulſerint velut mundiſſime manus mee ꝓpter inocentie opera tamen ſoꝛdibus intingis me pꝛopter peccata venialia que vitari non poſſunt et abhominabitur me veſtimenta mea .i. me mihi abhominabilem reddit caro mea et ſenſualitas que tam labilis eſt et fragilis et pꝛona ad amandum delectabilē mundi ſpeciem ꝙ me ſepe pꝛecare cogit ideo dicit apoſtolus. Non regnet peccatum in noſtro moꝛtali coꝛpoꝛe. Quaſi diceret peccatum in nobis poteſt non regnare ſed nō poteſt nō eſſe. Quam igitur puritatem poteſt homo habere in hac vita vere laudabilem et ma gn am ſi ſe iuſte exercerit in ſtudio lectionis orationis et meditationis vt prenotatum eſt. Quamuis enim peccet aliquando venialiter cito tamen propter ſuaz integrā intentionem ad deum directam delebitur. Feruor namqꝫ caritatis in ipſo exiſtens omnem rubiginem peccati conſumit quaſi ſi gutta aque i camino ardenti imitteret. Virtus ergo purgati animi eſt mentez habere intentam ad deuz quia in hoc ſtatu tota cogitatio in chriſtuz dirigitur tota memoria in chriſtum extenditur ⁊ quaſi aliis loqui videtur. In munda enim conſcientia nihil eſt amarum nihil duruz nihil aſperum. ſꝫ totum dulce totuz ſuaue. Ex cordis mūdicia ſurgit cantus glorie carmen dulciſſimū et gaudium amenum. Et plerūqꝫ tam ineffabilis iocūditas datur a deo ꝙ et melos celicum infundatur. In hoc ſtatu poteſt homo cognoſcere ꝙ ſit in caritate ⁊ in illa caritate quam nūq̄ amittet. Non tamen ſine magno timore viuat ne nō tormentum incurrat ſed nec dilectiſſimuz ſuū ieſum offēdat. Parco autem hic amplius loqui quia valde miſer mihi videor nā ſepe caro mea affligitur ⁊ temptatur quamq̄ quidem in hiſque dicta ſunt amor dei et contemplatiua vita contineantur aliud tamen de his ſpecialibus ad vtilitatem noſtrā dicēdū ē.

¶ De amore dei. Cap. xi.

Dulce lumen ⁊ delectabile ꝙ es conditor meus incircūſcriptus. Illuſtra faciem ⁊ aciem oculorum meorum interiorum caritate increata ⁊ mentem meam vt medullitus ab immundicijs mundata ac mirificata muneribus agiliter auolet in altitudinem ameniſſimi amoris tuo ſapore ſuccende quatinus ſedeam et quieſcam in te iheſu iubilans ſuperna quoqꝫ ſuauitate quaſi raptus incedens. inuiſibilium quoqꝫ ſpeculatione ſtabilitus nunq̄ niſi diuinis delecter. O amor eterne inflamma animam meam ad amandum vt non ardeat niſi ad amplexus eius. O bone iheſu quis michi det vt ſenciam te q̄tum nunc ſentiri ⁊ non videri potes infunde te in viſceribus anime mee veni in cor meum ⁊ reple illud dulcedine tua preclariſſima inebria mētem meam feruenti vino dilectionis dulciſſone et omnia mala omneſqꝫ illuſiorias ymagines viſionis obliuiſcens ac te ſolum cōplectens. exultem et iubilē in in deo iheſu meo. A modo dn̄e dulciſſie nō recedas a me iugiter mecū manēs in tua dulcedine quia tua ſola preſſētia michi ſolatiū ē ⁊ ſola tua abſentia triſtem me relinquit. O ſancte ſpiritus qui ſpiras vbi vis veni in me ⁊ rape tibi mentē quam creaſti donis imitte melliffluis gratiam tuā vt abſorta in tuo delicato gaudio deſpiciat ⁊ abiciat oē quod eſt in mundo. Spiritualia karismata te largiente accipiat et in canorum iubilum tendens incircūſcriptis lumen in amore ſancto tota liqueſiat vre igne tuo renes meos ⁊ cor meum qui in altari tuo ardebit ineternum. Veni precor te o ſuauis et vera gloria veni dulcedo deſideratiſſima veni dilecte mi qui es tota conſolatio mea aīe languenti pro te ⁊ ad te dulcifluo ardore illabere calore tuo penetralia cordis mei incende ⁊ intima quoqꝫ tua luce illuminando mellifluo amoris iubilo cuncta pro captu mentis ⁊ corporis depaſce. In his aūt ⁊ huiꝰ meditatiōibꝰ delecteris vt q̄ſiqꝫ ad medullam amoris iheſu tui ſaluatoris aſcendas. Amor autem amātem animam in ſe manere non ſinit ſed vltra ſe rapit ad amatum vt magis ſit aīa ibi vbi diligit q̄ vbi corpus eſt ꝙ ꝓpter illam ſentit ⁊ viuit. Si ſiquidem ſunt tres gradꝰ amoris xp̄i in quibus ab vno in alium proficit qui eligitur ad amorem. Primus vocatur inſuperabilis ſecūdus inſeperabilis ⁊ tertius ſingularis. Tunc quippe amor inſuperabilis eſt quando nulla affectione pōt ſuperari quando libenter propter chriſtum omnia impedimenta abicit omnes temptationes ⁊ carnalia deſideria extinguit quando propter xp̄m omnia anguſta pacienter patitur ⁊ nulla delectatione vel blandimēto ſuperatur. Facilis eni eſt amanti labor ois nec melius vincit quis laborem q̄ per amorem. Amor vero iſeperabilis eſt quando iam vehementi dilectione ſuccenſa mēs atqꝫ xp̄o. inſeperabili cogitatiōe adherens nullo quidem momēto ipſum a memoria recedere permittit ſed quaſi in corde ligaretur ipſum cogitat ad ipſum ſuſpirat eius amore ſe teneri clamat vt compedem mortalitatis ſoluat et ad ipſum quē ſolum videre deſiderat perducat et marie hoc nomē ieſu in tantum honorat et diligit ꝙ in ipſius mente iugiter recumbit. Cum igitur amor xp̄i in corde dilectoris dei ⁊ contemptoris mundi in tantum excreuerit vt ab alio affectu vel amore ſuperari non poteſt ſummus amor dei. Cum autez illum cogitando nulla occaſione ipſum obliuiſcendo xp̄o inſeparabiliter adheret inſeperabilis et ſempiternus nuncupatur. Et quis amore iſto amor maior vel altior eſſe poteſt ſi ſummus ⁊ ſēpiternus eſt. Ad hec reſtat tertius gradus q̄ dicitur ſingularis. Aliud enī eſt ſummum et aliud ſolum eſſe: ſicut aliud eſt ſemꝑ potentem eſſe et aliud conſortē nō admittere Poſſumus enī multos ſocios habere etiā tñ pre oībus ſuperiorem locum tenere. Si autem alienam conſolationē queris vel recipis q̄ dei tui ⁊ ſi forte ſūmediligis nō tamē ſingulariter vides ergo q̄ta ſupeminētie magnitudo ad exercendū ſup ſit: vnde iam cū ſummus ſis et ſolus eſſe non potes

Ad ſingularē igitur gradum amor aſcēdit qñ oēm conſolationē ꝑpter mīa que eſt in ieſu excludit quando preter ieſum nihil ſibi ſufficere poterit. In illo gradu aīa cōſtituta illum vnū diligit ſolum xp̄m ſitit xp̄ꝫ cōcupiſcit in ſolo illius deſiderio āhelat ad ipſum ſuſpirat in ipſo inardeſcit et in ipſo feruens requieſcit nihil ſibi dulceſſit nil ſapit niſi in ieſu dulcoretur cuius memoria eſt quaſi muſicū melos in cōuiuio vini

Quicquid vltro ſe offerat quicq̄d occurrat cito reicitur ſubito conculcatur ſi ſuo affectui non militat et ſuo deſiderio non cōcordat. Omne exercitium violenter opprimit ꝙ amori chriſti deſeruire non cernit. Quicquid agat inutile imo intollerabile videtur niſi in chriſtum finem deſiderij ſui concurrat et conducat. Cum xp̄o frui poterit oīa pariter quecūq; voluerit ſe habere credit ſine illo horrent omnia ſordeſcunt vniuerſa: ſed quia illo frui poterit omnia pariter quecumq; voluerit ſe habere credit et quia illo ineternum frui credit conſtanter perſiſtit corpore non deficit nec corde tabeſcit: ſed ipſum amat perſeueranter et cuncta patitur letanter. Et q̄to amplius ſic in illo viuit tanto magis in amore ſuccēditur et ei ſimilior efficitur. Tali nimirum ſolitudo congruit qui conſortem inter homines non admittit: quia tanto magis interius gaudijs rapitur q̄to minus in exterioribus reb⁹ implicatur vel moleſtijs aut curis vite preſentis nō impuree et iam quaſi impaſſibilis in anima efficitur quia quacunq; non obſtante anguſtia in deo iocundatur. O anima mea deſice ab amorē ſeculi ⁊ tota liqueſce in amore chriſti vt ſemper ſibi dulce ſit et ſuaue de ipſo loqui: legere: ſcribere et cogitare ipſum orare ipſum inceſſanter laudare. O anima mea deus te videre deſiderat ad te ex longinquo clamat in te ardet amore tuo languet. Deuiciſti me o amor indeficiens vulneraſti cor meum perhēnis dulcedo et pulchritudo ⁊ iam victus et vulneratus ſuccumbo: vix viuo pre gaudio et pene morior quia non ſufficio in carnis corruptibilitate maieſtatis perferre ſuauitatem. Totum enim cor meum in deſiderio iheſu defixum in amoris ardorem conuertitur et in aliam gloriam atq; formam non abſorbetur. Hinc o bone iheſu miſerere miſeri oſtende te languenti medere ſauciato infirmum nō me ſentio niſi languēs in amore tuo. Qui te non diligit totum: totum ꝙ eſt perdit qui te non ſequatur inſanit. Interim autem eſto mihi gaudium amor et deſiderium donec te vidcam deum deorum in ſyon. Eſt autem caritas virtus nobiliſſima quām amatū cum amato ſcimus coniungere et chriſtum cum electa anima perpetuo copulare. Reformat enim in nobis ſumme trinitatis ymaginē et creaturam creatori facit ſimilimam. O donum amoris q̄tum valet pre omibus qui ſupremum ſibi gradum vendicat cum angelis. Q̄to enim quis in via plus de amore accipit tāto in patria maior et ſublimior deo erit. O ſingulare gaudium iterni amoris q̄ ſuos ligans nexibus virtutum ſupra mundialia queq; ad celeſtia ipſos rapit. O cara caritas qui te non habet in terra iacet quicquid habet qui vero in te letari nititur ſupra terrena ſtatim eleuatur. Tu audacter intras eterni regis cubiculum tu ſola chriſtum rapere non vereris: ipſe eſt quem queſiuiſti quem amaſti tuus chriſt⁹ eſt tene illū ſine te nulla chriſto placent opera tu omnia facis ſapida tu es ſedes celica ſocietas angelica: ſanctitas mirifica: viſio beatifica: et vita ſine fine manſura. O ſancta caritas q̄ ſuauis et cōfortabilis es q̄ fractum redintegras ruinam reſtituis ſeruū liberas angelis homies equiparas ſedētes et quieſcētes ſubleuas leuatos indulcoras

In hoc ſtatu vel gradu amoris eſt amor caſtus ſanctus voluntarius amatum pro ſeiſo non pro ſuis amans et ſe totum in amato figens nihil extra ipſum querens de ipſo contentus illū in ſe miro modo ligans oēm modum excedens. Verus xp̄i amator in amando ordinem nō ſeruat nec gradū cupit qꝫ q̄tūcūq; in preſenti vita feruens et iubilans in diuino amore fuerit ad hec plus et ardentius et iocundius deum amare intendit: et ſi hic poſſet ſemper viuere non putaret ſe aliquando ſtare et in amoꝛe dei vlterius pꝛoficere non poſſe: ſed q̄to diutius viueret tanto in amoꝛem amplius arderet Deus enim infinite magnitudinis et inexcogitabilis bonitatis innumerabilis dulcedinis omni creature et nature incōpꝛehenſibilis: nunq̄ a nobis ita compꝛehendi poterit quēadmodū in ſe eternus exiſtit. Sed cum iam conditoꝛis deſiderio mens inardeſcere ceperit capax increate lucis efficitur ac deinde inſpirata et repleta donis ſpiritualiū eſt celeſti letitia vt moꝛtalibus fas eſt perfruitur. O amoꝛ inſeparabilis: o amoꝛ ſingularis q̄uis nulla eſſent toꝛmenta impiorum nec aliqua ſperare poterunt iuſti pꝛemia in celo non te citius ſolueres ab amato Tollerabilius tibi videtur ineſtimabile incurrere ſuppliciū q̄ ſemel foꝛe moꝛtaliter peccaturū. Ergo vere ames deum ꝓpter deum vt nihil aliud nec teipſum niſi ꝓpter deum ames et inde ſequitur ꝙ in te nihil niſi deus amat. Alioquin quomodo erit deus omnia in omnibus: ſi aliquid in homine remaneat hūani amoꝛis. O clara caritas veni in me et cape me in te ⁊ ſic pꝛ̄ſenta me coram te conditoꝛe. Tu enim es ſapoꝛ condiens: odoꝛ redolens dulcoꝛ placens feruoꝛ purificans conſolatio ſine fine manens tu viros contemplatiuos efficis ianuam celi aperis oꝛa accuſancium claudis deum oſtēdis viſibilem et multitudinē abſcondis peccatoꝛum. Te laudamus per quam mundū vincimus per quā iubilamus per quā ſcalam celi ſcandimus. Illabere michi in tua dulcedine te mecum et me tecum commendo ſine fine. Amen.

¶ De contemplatione dei. Cap. xij.

Contemplatio vel vita contemplatiua habet tres partes: ſcʒ lectionem oꝛationem meditationem. In lectione loquitur deus nobis. In oꝛatione nos loquimur deo. in meditatione angeli ad nos deſcendunt et erudiunt ne erremus: in oꝛatione aſcendunt et offerunt pꝛeces noſtras deo cōgratulātes pꝛofectui noſtro qui etiā ſunt nuncij inter deum et nos. Eſt autem oꝛatio pius affectus mentis in deum directus qui cum ad deum peruenerit delectatꝰ inde recedit inuite. Meditatio in deo et i diuinis poſt lectionem et oꝛationem aſſumēda eſt: niſi eſt amplexus rachelis. Ad lectionem pertinet ratio et inquiſitio veritatis q̄ eſt lumen gratum ſignatum ſuper nos. Ad oꝛationem pertinet laus hymnus ſpeculatio exceſſus admiratio. Ad meditationē ꝑtinet. inſpiratio dei: intelligentia ſapientia ſuſpiriū. Si queratur quid ſit contemplatio difficile eſt diffinire. Dicit quidam ꝙ cōtemplatiua vita nihil aliud eſt q̄ rerum latentium futurarumq; notitia ſiue vacatio ab omnibus occupationibus mūdanis vel ſtudium diuinarum litterarum. Alij dicunt ꝙ contemplatio eſt libera perſpicatia in ſpectacula ſapientie cum adminiſtratione ſuſpenſa. Alij dicūt ꝙ contemplatio eſt pꝛoſpicax intuitus animi ad vires pꝛoſpicandas vndiq; diffuſus. Alij dicunt ꝙ contemplatio eſt iubilus ſupernoꝛum. Alij dicunt ꝙ contemplatio eſt ſuſcepte mētis iubilum et moꝛs carnalium affectionum mihi vero videtur ꝙ contemplatio ſit iubilus diuini amoꝛis ſuſcepti in mente ſuauitatis laudis angelice. Hec eſt iubilatio que eſt finis oꝛationis perfecte et ſumme deuotionis in via. Hec eſt exultatio mentis habita pꝛo eterno delicto in ſpirituali canoꝛa voce pꝛoꝛumpens. Eſt autem actus iſte conſummatiuus et perfectiſſimus omnium actuum huius vite. Unde pſalmiſta. Beatꝰ vir qui ſuffert temptationem: ſcilicet in cōtemplatione dei. Non eni aliquis a deo alienus poteſt iubilare in ieſu: nec amoꝛis illiꝰ ſuauitatem aliquando guſtabit: ſed qui iugiter ſuſpirat igne eterni amoꝛis ſuccendi pacientia humilitate manſuetudine cū omni mundicia mentis et coꝛpoꝛis decoꝛari ⁊ vnguentis ſpiritualibus imbui in contemplatione eleuatur. Querat inceſſanter virtutes ſalutiferas quibus in vita beata gloriabitur ineternum: ſicq; in hoc exilio diuini amoꝛis iubilum merebitur contemplari. Seipſum igitur mancipare non pigeat oꝛationibus et vigilijs ⁊ ſe exerceat in meditationibus ſanctis quia pꝛofecto huiuſmodi laboꝛibus ſpiritualibus cum gemitibus et fletibus interne compunctionis amoꝛ chꝛiſti ſuccendenda et omnes virtutes ac dona ſpiritusſancti in coꝛde ſuo infunduntur. Incipiat ergo per voluntariam paupertatem: vt dum nihil in hoc mundo appetit coꝛā deo et hoībꝰ ſobꝛie iuſte et pie viuat. Nihil hēre aliq̄d neceſſitatis ſed nec velle magne virtutis eſt poſſumus autem multa haberet et nihil velle q̄ȝ ea q̄ habemus non ad voluptatē ſed neceſſitatē retinem⁹ ſicut q̄ſq3 qui nihil habet multa cupit. Neceſſaria enim et pfectiſſimū accipere oportet alioquin pfectus nō eſſet ſi ea vnde viuat ſumere recuſaret. Hic igit̄ modus h̄ndus in pfectis vt oīa mūdana ꝓpter deū deſpiciāt: et tñ ex eiſdē victū ⁊ veſtitū ſumāt ⁊ ſi q̄n deſint nō murmurent ſed laudent et ſuꝑflua ſponte in ſe eē recuſent. Q̄to magis quis calore eterne lucis incaleſcere cepit: tāto in aduerſis quibuſcūq3 patiētior erit. Hic etiā h̄ūilis nec ſict⁹ efficit̄ dū ſe deſpicabilē et puū reputans nec dāpnis nec opprobriis ad irā ꝓuocatur. Qui ſe igit̄ meditationi ſubdēs ad ꝯtēplationē celeſtiū conatur ſcandere ⁊ purificata mētis acie q̄ patit̄ carnis infirmitas internis gaudiis ſuauit̄ et ardent̄ iubilātē: verū cū iā ad aliqua exteriora querēda nequaq̄ deſiluit nec aliquā pede ſuꝑbo vadit: ſed ſolū in ſupnis locat̄ deliciis ꝯtinuis diuini amoris ſuauitate quaſi in extaſi rapit̄ et rapt⁹ mirabiliter iocūdat̄. Talis ſi quid eſt ꝯtēplatiua vita ſi debito mō ſit aſſūpta p lōgā eni exercitationē ſpūaliū operū aſcendem⁹ ad ꝯtēplationem eternorū. Cōtēplatis eni viſio ſurſū rapitur ⁊ celeſtia ꝯtēplat̄. Per viſionē tñ enigmaticā et ſpeculatiuā nō clarā: qȝ dū p fidē currim⁹ p ſpeculū in enigmate videm⁹. Si eī intellectualis nitit̄ in lucē ſpūalem: lumē illud vti ſe eſt nō videt ſentit tñ ſe ibi fuiſſe dū ſaporē et feruorē incircūſcripti luminis ſecū retinet Vnde in pſal. dictū eſt. Sicut tenebre ei⁹ ita et lumē eius. Cuius eni ab aīa ſc̄ta tenebre pctōꝝ euanuerūt obſcura receſſerūt ⁊ impura mēs purget̄ et illuminet̄. Adhuc tñ dū in carne mortali manere cogitur illa ineffabilis gloria pfecte nō videt̄. Porro ſcti ⁊ ꝯtēplatiui viri reuelata facie gloriā dei ſpeculātur qȝ ſit aut apto eis ſenſu vt ſcripturas intelligāt: aut oſtio celi apto ꝙ magis oībus obſtaculis inter mētem illoꝝ et deū remotis purgato cordis oculo celeſtes ciues ſpeculantur Quidā aūt vtrūq3 iſtoꝝ acceperūt. Sicut in tenebris ſtantes nihil cernimus: ita in ꝯtēplatione que inuiſibiliter aīam illuminat viſibile lumen non videmus. Poſuit itaq3 chriſtus latibulum ſuum tenebras et adhuc in colūpna nubis ad nos loquit̄: ſed valde ſentit̄ ꝙ eſt delectabile. Et in hoc quidē pfect⁹ eſt amor q̄n h̄o in carne ambulans neſcit niſi in deo gloriari nec aliud velle vel affectare niſi deum et ꝓpter deū. Hinc patet ꝙ ſanctitas nō in rugitu cordis aut lacrimis aut exteriorib⁹ actib⁹ ſed ī ſuauitate pfecte caritatis ⁊ ſupne ꝯtēplatiōis exiſtit. Multi eni lacrimiſq3 facti ſunt q̄ poſtea in malū declinauerūt: ſed nullus vnq̄ mūdanis ſolicitudinib⁹ iterū ſe polluit poſtq̄ in eterno amore veraciter exultauit. Flere ⁊ gemere eſt nouiter conuerſoꝝ incipientiū ⁊ ꝓficientiū: ſed iubilare et in ꝯtēplationē exire nō eſt niſi pfectorū. Igit̄ qui q̄uis longo tp̄e penituerit mordētem. tñ ad hec cōſcientiā de reatu ſuo ſentit: ſciat ꝙ pfectā penitētiam nōdū egit. Interī ſint ſibi lacrime ſue panes die ac nocte: qȝ niſi prius fletibus ac ſuſpiriis ſe afficiat ad dulcedinē ꝯtēplationis ſe puenire nō poſſe cognoſcat. Cōtemplatiua ſuauitas non niſi laborib⁹ imēſis acquirit̄: ſed cū inenarrabili letitia poſſidet̄. Imo nō eſt hoīs meritū ſed dei donū cū a principio vſq3 hodie nec vn⁹ in ꝯtēplatione eterni amoris rapi potuit niſi q̄ ante oēm mundi vanitatē pfecte reliquit. In ſuꝑ ſalubri meditatione deuotaq3 oratione ipm exercere oportuit priuſq̄ ad ꝯtēplationē veraciter puenerit labor eſt contemplatio ſed dulcis deſiderabilis et ſuauis laborātem letificat nō grauat: hic nullus niſi gaudens pferuit nō q̄n venit: ſed q̄n recedit fatigatur O bonus labor ad quē mortales ſe dirigunt O nobilis et mira exercitatio quā ſedētes pfectius agunt. Requirit eni ꝙ magnā mētis ⁊ corporis quietē capiat quē ignis ſpūſſancti veraciter inflāmat. Multi eni neſciētes ſabatizare in mente nec ſcientes vanas et inutiles cogitationes expellere ꝙ p̄mo ſuſcipit̄ nō pñt implere. Vacate et videte q̄m ego ſū de⁹ Vacantes enim corpe: ſed vagātes corde nō merentur guſtare et videre q̄ ſuauis eſt dñs ꝙ dulcis ſit altitudo ꝯtēplationis. His eniȝ vir ꝯtēplationis ſolitudinē diligit vt eo feruentius ac crebrius ꝙ a nullo impediatur in ſuis affectibus exerceri poterit. Cū igit̄ conſtet vitā ꝯtēplatiuā digniorem eſſe ac magis meritoriā q̄ actiuā vitā et omnes ꝯtemplatiuos inſtinctu dei ſolitudinē amantes ⁊ ꝓpt̄ ꝯtemplationis dulcedinem in amorē precipuo ſunt feruētes: liquet ꝙ ſolitarii dono ꝯtēplationis ſublimati ſūmi ſunt: et ad pfectionē maximā attingūt niſi forte aliqui in tali ſtatu ſint ꝙ ꝯtēplatiue vite culmē arripiūt et tñ p̄dicationis officiū implere nō deſiſtūt Illi licet ſolitarios in ꝯtēplatione ſūmos. l. ſolū diuinis intētos notabili neceſſitate primorum in hoc ſuperant ꝙ ceteris p̄ibus aureolā ꝓpter p̄dicationē ſuā merent̄: vir autē contēplatiu⁹ tanto deſiderio in illā inuiſibiſe luce figatur vt ſepe quaſi ſtultus vel pene inſenſibilis ab hoībus iudicet. Hoc aūt ideo ſit qꝛ mens amoꝛe xp̄i funditus inflāmata penit⁹ geſtū mutat coꝛpoꝛalē et ab oībus terrenis actibus ip̄m et coꝛpus ſegregās velut alienatū virū dei reddit. Hic vero dū aīmus in vna amenitate eterni amoꝛis ſe totū colligit indeſinenter ſe intus retinēs vlterius ad coꝛpoꝛalia obiectamēta querenda non ſinit At qꝛ interius delicijs delicate paſcit non eſt mirū ſi ſuſpirās dicat. Quis mihi det te fratrem meū vt inueniā te foꝛis et deoſculer .i. ſoluta carne te inuenire merear ⁊ facie ad faciē vidēs tecū ineternū cōiūgar. Deuota aūt aīa cōtemplatiue vite mancipata dilectione eternitatis repleta oēm pñtis ſecul. vanam gloꝛiam deſpicit et in ſolo ieſu iubilans diſſolui cupit. Que qꝛ ab his qui mūdū nō celū ſapiūt habent deſpecta: vehementer amoꝛe languet et anxie deſiderat quatin⁹ cum illis choꝛis angeloꝝ dilectis gaudijs donec aſſiſtere q̄ deinceps mūdana aduerſitas nō poterit nocere. Nihil igitur vtilius nihil iocūdi⁹ gratia cōtemplatiōis que nos ab imis eleuat et deo nos pꝛeſentat. Quid eſt eni gratia niſi inchoatio gloꝛie. Et quid eſt ꝑfectio niſi gratia cōſūmatio. In qua nobis ſeruat iocūda felicitas: gloꝛioſa eternitas: et eterna gloꝛia cum ſctis viuere cū angelis manere ⁊ ꝙ ſupꝛa oīa eſt deum vere cognoſcere perfecte diligere in ſplendoꝛe ſue maieſtatis videre ⁊ cū ineffabili iubilatione et melodia ipſum eternaliter laudare. Cui ſit honoꝛ ⁊ gloꝛia ⁊ gratiarum actio in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Oratio perutilis ad angelum beatum ad cuſtodiam hoīs deputatum.

Angele ſancte dei cuſtos miſeri mei. Ego multiplici hoſte circūdatus: ego in periculo pctōꝝ poſitus: pulſo ianuā muniminis tui: vt mihi miſo ſuccurras cuſtodē te clamanti tu eni ad tuendū me es a deo mihi miſſus ego tuitioni tue a deo ſuꝫ ꝯmiſſus tuere igitur me tibi taliter cōmiſſum ne mādatū ſit a te diuinū pꝛetermiſſum. Sed quia pꝛeterire pꝛeceptum dei nō potes eo ꝙ ꝑfecte beatus es: defēde quē debes: cura pctā cuius curā habes fac ad qđ veniſti: veniſti ad excitandū ſuggerendum et dirigendū: veniſti ad cuſtodiendū confoꝛtandū et ſanādū: fac qđ iniūctū eſt tibi meo ꝓtectoꝛi ⁊ redde ꝙ debes mihi tuo pctōri. Fac queſo ne toꝛpeā in ſeruitio diuinoꝝ ſuggere quid eligā in diuerſitate dubioꝝ dirige me ne deuiem a tramite iuſtoꝛum et cuſtodi me ne coꝛruā in manus inimicoꝛū. Confoꝛta me ne murmure in tollerantia flagelloꝝ et ſana me ne peream languoꝛib⁹ peccatoꝝ. Sanctiſſime cuſtos ex quo gaudent angeli ſaluatoꝛe dicente ſuper vno pctōꝛe penitentiā agēte ſi de me pcōꝛe volueris gaudere: fac me gemitibus pctā mea deflere deū et ꝓximū debite diligere ꝓ ꝯmiſſis et omiſſis perfecte penitere et talia de cetero conſtanter pꝛecauere coꝛpus abſtinentia diſcreta domare coꝛ meum et coꝛpus caſta conſeruare. Excita in me oꝛandi deuotionem ⁊ aufer a me cogitādi diſtractionē defer deo de pꝛecoꝛ meā oꝛationē et refer mihi eius exauditionē: per te illi anguſtia mea intimetur et per te mihi eius conſolatio redonet oſtēde ſibi meū periculū ⁊ impetra mihi ei⁹ auxiliū adiuua me miſerum ne moꝛiar repēte fuga malū angelum de me moꝛiente vt celū empireū intrē te ducente et viuam imꝑpetuum cum te congaudente. Amen.

¶ Deo gratias.

¶ Explicit tractatus cuiuſdam viri deuoti contēplatiui et inſtar heremite ſolitarū noīe Ricardi hampole cuius aliqua capitula: ſcꝫ quartum et quintū ſunt per aliū dilatata et alia in parte abbꝛeuiata.

¶ Opera predicta in alma Pariſioꝝ academia ꝑ wolffgangū hopyliū ſunt impꝛeſſa: ſumptibus et expenſis honeſti viri Guilhelmi bꝛettoſi ciuis Londoñ. Anno dñi milleſimo quingenteſimo decimo.

1510



UMI